3 1761 04411 1474

Toronto University Library

Presented by

Messrs Joseph Baer & Co

through the Committee formed in
The Old Country
to aid in replacing the loss caused by
The disastrous Fire of February the 14th 1890

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΜΕΤΕΩΡΟΛΟΓΙΚΑ

ARISTOTELIS METEOROLOGICORUM LIBRI IV

Graeca verba denuo post Bekkerum ad codicum veterumque editionum fidem recensuit, novam interpretationem latinam confecit, excerpta ex commentariis Alexandri, Olympiodori, et Ioannis Philoponi, suos commentarios adiecit, de auctoritate, integritate et fide librorum, deque criticis subsidiis praefatus est, indices denique verborum et rerum uberrimos addidit

IULIUS LUDOVICUS IDELER PH. DR.

VOLUMEN PRIUS

LIBROS DUO PRIORES CUM COMMENTARIIS, EXCERPTIS ET PROLEGOMENIS CONTINENS.

LIPSIAE 1834

SUMPTIBUS FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.

Illud ante omnia mihi dicendum est, opiniones veterum parum exactas esse et rudes. Circa verum adhuc errabatur. Nova omnia erant primo tentantibus, post eadem illa limata sunt: et si quid inventum est, illis nihilo minus referri debet acceptum. Magni animi res fuit, rerum naturae latebras dimovere, nec contemtum exteriori eius conspectu introspicere, et in deorum secreta descendere. Plurimum ad inveniendum contulit, qui speravit posse reperiri. Cum excusatione itaque veteres audiendi sunt. Nulla res consummata est, dum incipit.

Seneca Quaest. natur. VI, 6.

14514
3/8/91

IOANNI SCHULZE

Theol. et Philos. Doctori

Consiliario supremo ab intimis Ministerii res sacras, scholasticas et medicas in regno Borussiae curantis, complurium societatum eruditarum socio, ordinis regii aquilae rubrae in classe tertia equiti

NEC NON

AUGUSTO MEINEKE

Philos. Doctori

Gymnasii regii Ioachimici, quod Berolini floret, Directori atque Professori, Academiae Berolinensis aliarumque societatum litterariarum sodali, classis tertiae ordinis aquilae rubrae equiti

VIRIS

DOCTRINAE COPIIS NON MINUS QUAM INSIGNI HUMANITATE

EGREGIIS

DE SE SUISQUE REBUS OPTIME MERITIS

NOVAM HANCCE

METEOROLOGICORUM ARISTOTELIS

EDITIONEM

CONSTANTIS REVERENTIAE SINCERIQUE AMORIS PIGNUS

ESSE VOLUIT

IULIUS LUDOVICUS IDELER.

PRAEFATIO.

Etsi plurima veterum scripta, in quibus de rebus ad naturae historiam pertinentibus agitur, emendavit et interpretatus est Schneiderus ita, ut gloriam nactus esset, fuisse eum inter philologos maximum physicum, inter physicos maximum philologum, restat tamen non exiguus operum numerus, quae in lucem edendi fortasse consilium habuit, quod tamen ne fieret, humanae vitae fines vetuere. Inter quae diu intacta iacuisse et alia Aristotelica et quos iam denuo expolitos, castigatos et explicatos in publicum usum edendos suscepimus de Meteorologia commentarios, erat quod saepe cum physici tum etiam philologi dolerent. Ipse cum duobus abhinc annis librum ederem hoc modo inscriptum: *Meteorologia veterum Graecorum et Romanorum. Prolegomena ad novam Meteorologicorum Aristotelis editionem adornandam.* VIII et 254. 8. in quo physici potissimum partes agebam, cumque meam non omnino improbatam viderem opellam neque ipsis, quibus tunc ego scripsi, physicis, neque, quibus scripturus eram, philologis *), nolui non stare promissis meis et quo plures per annos omnia mea, quasi unicum ad finem tetenderunt studia, editionem illam diutius non retinere constitui, in qua tum codicum et a Bekkero ac Brandisio nuper collatorum et aliorum quorundam, de quibus

*) Vide quae monuerunt Kämtz et Petersen in *Allg. Litterat. Zeit.* 1833. nr. 210. 211, quibus viris publicas hoc loco grates ago.

paulo post acturi sumus, tum veterum editionum, quae nunquam satis accurate neque in his libris neque in reliquis Aristotelicis comparatae sunt, rationem haberem et critici partes agerem: sed neque physici negligerem omniaque afferrem illa, quae in librorum, de quibus agimus, explanatione lucis aliquid praebere possent. Cuius cum primam partem iam divulgamus, in qua priores duo libri cum commentariis tum graecis tum nostris continentur, plura sunt quae monenda nobis videntur, idcircoque agemus tum de auctore libri, quem nos quidem Aristotelem esse censemus, tum de duplici eius recensione, quam agnovisse nobis videmur: deinde de codicibus ac editionibus, quorum ope graeca verba denuo constituere conati sumus, denique de graecis latinisque, veteribus ac recentioribus interpretibus. Restant alia, quae in altero volumine exponenda censuimus, dissertatio de quarto libro, deque nexu, qui inter hosce libros ac reliqua Aristotelis physica scripta intercedat.

§. I. *Utrum Meteorologica ab Aristotele scripta sint, necne?*

Nota est, quam Strabo [1]) et Plutarchus [2]) nobis tradidere de fatis Aristotelicorum librorum narrationem, qui cum ex Theophrasti testamento [3]) ad Neleum Scepsium pervenissent, situ et squalore vitiati diuque neglecti in cavis essent servati, ne a Ptolemaeis Aegypti regibus auferrentur, donec emisset eos Apellico Teius [4]), cuius ex bibliotheca a Sylla Athenis Romam essent delati. Qua de re cum plures exposuissent viri docti, inter

---

1) XIII. p. 906 C sqq Alm. 608 Cas. 384 Sieb.

2) *Syll.* c. 26. p. 468 A. Francof.

3) Diogen. Laërt. V, 52.

4) Athen. V. p. 214 E.

quos praeter antiquiores illos [5]) commemoramus Schneiderum [6]), Brandisium [7]), Titzium [8]), Koppium [9]), Stahrium [10]), non nostri nunc est officii eandem retractare. Cum vero Patricius [11]) aliique argumentum inde repetiissent, quo probarent Meteorologicorum libros non ab ipso Aristotele, sed a serioris aevi scriptore esse confectos, paululum huic rei exponendae immoremur necessarium nobis videtur. Meteorologica ante oculos habuisse Aratum, et in phaenomenis et in diosemeis, certum est, id quod nos in commentariis plus uno loco docuimus et probatum ivit Forsterus [12]). Etiam Geminus [13]) ait iisdem signis caelestibus, quibus Aratum, iam antea usum esse Aristotelem. Dubitari potest de Eratosthene [14]): certior res est de Philochoro [15]), Agathe-

---

5) Bayle *Dictionn. historiq. et crit. Art. Tyrannion.* Tom. IV. p. 379—381; *art. Andronique* I. p. 236 sq. ed. 1730. 4. Fabric. *Bibl. graec.* Vol. III. p. 292 sqq. 373 sqq. Brucker *Otium vindel.* p. 80 sqq. *Hist. phil.* I. p. 799. Villoisson *Anecdot. graec.* II. p. 136. Solan. ad Plutarch. *Syll.* Tom. III. p. 548. Buhle praef. ad Arist. op. Vol. I. p. XVII sq. *Allgem. Encyclop. von Ersch und Gruber.* Th. V. *Art. Aristoteles.*

6) Ad Aristotel. *Histor. animal.* Tom. I. p. LXXVI—XCIII. Cfr. etiam Heyne *Opuscul. academ.* Vol. I. p. 126 not.

7) *Rheinisches Museum Jahrg. I. Heft* 3. p. 236 sqq.

8) *De Aristotelis operum serie et distinctione liber sing.* (Lips. 1826. 8.) p. 5 sqq.

9) *Rhein. Mus. Jahrg. III. Heft* 1. p. 93 sqq.

10) *Aristotel.* Vol. II. p. 5—166. Adde Ritter *Gesch. der Philos.* Vol. III. p. 33.

11) *Discuss. Peripatet.* p. 36 sq.

12) *Classical Journal* 1819.

13) c. 14. τούτοις τοῖς σημείοις καὶ Ἀριστοτέλης κέχρηται ὁ φιλόσοφος.

14) Vide Comment. ad I, 13, 21. p. 467, quibuscum cfr. quae nimis fortasse confidenter diximus ad I, 13, 18. p. 462.

15) Apud Athen. *Deipnos.* XIV. p. 656 A. cfr. *Meteor.* IV, 3, 22. ibiq. Comment. Adi etiam Stahr *Aristotel.* Vol. I. p. 70 not. II. p. 96. 288.

mero[16]). Deinde Posidonius, quem Strabo ἀριστοτελίζειν dixit[17]), Meteorologica ante oculos habuit, uti nos multis in locis demonstravimus[18]). Etiam Polybius, sicuti Ethica[19]) et Politica[20]) etiam nostros, de quibus agimus, libros respexit[21]). Tacemus de posterioris aevi scriptoribus, Plinio, Seneca, Galeno[22]), qui etiam quartum librum laudavit[23]), Simplicio[24]), Scholiasta ad Dionysium Periegetam[25]), ut graecos interpretes

---

16) *Geogr. Epitom.* II, 14. p. 57. ed. Hudson. Vide Comment. ad II, 1, 12. p. 502.

17) II, 2. p. 163 A.

18) Vide Comment. ad II, 5, 11. p. 565 ac saepius.

19) VI, 1. 20) XII, 5. XII, 9. cfr. Stahr l. l. II. p. 103 sq.

21) Cfr. Commentar. ad I, 14, 30.

22) Adscribimus verba eius *de natural. facultat.* I, 3. Tom. II. p. 8. ed. Kühn (V. p. 11. ed. Charter.): *καὶ πρῶτός γ' Ἀριστοτέλης τὰς τῶν κατὰ μέρος ἁπάντων αἰτίας εἰς ταύτας ἀνάγειν πειρᾶται τὰς ἀρχάς. ἠκολούθησε δ' ὕστερον αὐτῷ καὶ ὁ ἀπὸ τῆς στοᾶς χορός. καίτοι τούτοις μέν, ὡς ἂν καὶ αὐτῶν τῶν στοιχείων τὴν εἰς ἄλληλα μεταβολὴν χύσεσί τέ τισι καὶ πιλήσεσιν ἀναφέρουσιν, εὔλογον ἦν ἀρχὰς δραστικὰς ποιήσασθαι τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν. Ἀριστοτέλης δ' οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τέτταρα ποιότησιν εἰς τὴν τῶν στοιχείων γένεσιν χρωμένῳ βέλτιον ἦν καὶ τὰς τῶν κατὰ μέρος ἁπάσας αἰτίας εἰς ταύτας ἀνάγειν. τί δήποτ' οὖν ἐν τοῖς περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς ταῖς τέτταρσι χρῆται, ἐν δὲ τοῖς μετεωρολογικοῖς καὶ τοῖς προβλήμασι καὶ ἄλλοθι πολλαχόθι ταῖς δύο μόναις;*

23) *De natur. facult.* III, 9. Tom. II. p. 167 (V. p. 62): *ὥσπερ οὐ σαφῶς Ἀριστοτέλους ἔν τ' ἄλλοις πολλοῖς κἂν τῷ τετάρτῳ τῶν μετεωρολογικῶν, ὅπως ἡ πέψις ἑψήσει παραπλήσιος εἶναι λέγεται καὶ ὅτι μὴ πρώτως μηδὲ κυρίως ὀνομαζόντων, εἰρηκότος.*

24) Plus quam triginta locis in commentariis ad libros *de caelo* v. c. fol. 1, a: *ἐν δὲ τῷ προοιμίῳ τῶν μετεώρων γράφει ταῦτα· Περὶ μὲν οὖν τῶν πρώτων αἰτίων τῆς φύσεως καὶ περὶ πάσης φυσικῆς κινήσεως, ἔτι δὲ περὶ τῶν διακεκοσμημένων ἄστρων κατὰ τὴν ἄνω φοράν, καὶ περὶ τῶν σωματικῶν στοιχείων, πόσα καὶ ποῖα, καὶ περὶ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς κοινῶς εἴρηται πρότερον.* fol. 5, b et c.

25) Ad v. 718. p. 359 ed. Bernhardy.

transeamus. Quodsi igitur Meteorologica Aristoteli supposita sunt, id Ptolemaeorum aevo factum esse necessarium foret, quo constat tempore plurima recentiorum scripta ornata fuisse veterum auctorum nominibus, quo facilius plurisque venderentur, teste Galeno [26]). Atque duo quidem proponi possunt argumenta, quo hoc re vera factum esse probari queat, alterum quod Eratostheni vix nota fuisse videntur Meteorologica [27]); alterum, quod tantopere a partibus Herodoti stet, cuius ipsis verbis interdum utitur. Prius tamen argumentum non admodum validum est, cum ipsa Eratosthenis Geographica non amplius habeamus: alterum inde potest refelli, quod libri nostri ante Alexandri expeditionem contra Persas scripta sunt, quod ex ipsis potest probari. Nam quae de Caspio mari tradit [28]) et lacu, quem nunc *Aralsee* vocamus [29]), ea scriptorem arguunt ista expeditione maiorem: accedit quod ipse auctor librum paulo post Ephesi templum Herostrati manu combustum scriptum esse refert [30]): nec con-

---

26) Commentar. ad Hippocrat. *de natur. homin.* I. p. 17. II. p. 18. Tom. V. ed. Bas.

27) Comment. ad I, 13, 18. At contra stare videtur argumentis iis, quae illic attulimus, quod Strabo refert XVII. p. 1139 B: *εἰ γὰρ ἄρα τοῦτ᾽ ἐχρῆν ζητεῖν ὅπερ καὶ νῦν ἔτι ζητεῖται, τί δή ποτε θέρους, χειμῶνος δὲ οὔ; καὶ ἐν τοῖς νοτιωτάτοις, ἐν δὲ τῷ Θηβαΐδι, καὶ τῇ περὶ Συήνην οὐ συμπίπτουσιν ὄμβρος, τὸ δ᾽ ὅτι ἐξ ὄμβρων αἱ ἀναβάσεις, μὴ ζητεῖν μηδὲ τοιούτων δεῖσθαι μαρτύρων, οἵους Ποσειδώνιος εἴρηκε. Φησὶ γὰρ Καλλισθένη* (in versione Eratosthenis nomen reperitur, quod videtur restituendum) *λέγειν τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων αἰτίαν τῶν θερινῶν, παρὰ Ἀριστοτέλους λαβόντα· ἐκεῖνον δὲ παρὰ Θρασυάλκου τοῦ Θασίου· (τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἷς οὗτος·) ἐκεῖνον δὲ παρ᾽ ἄλλον τὸν δὲ παρ᾽ Ὁμήρου διϊπετέα φάσκοντος τὸν Νεῖλον* (Od. δ', 581). Atqui hanc de Nilo disputationem in Meteorologicis locum olim sibi vindicasse diximus ad I, 13, 21.

28) I, 13, 29, 30. II, 1, 10.

29) II, 1, 10.

30) III, 1, 12: *οἷον καὶ νῦν συνέβαινε περὶ ναὸν τὸν ἐν Ἐφέσῳ καόμενον. πολλαχῇ γὰρ ἡ φλὸξ ἐφέρετο συνεχής, ἀποσπωμένη χωρίς.*

tra stat quod ait [31]) de iride lunari: *ἐν ἔτεσιν ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα δὶς ἐνετύχομεν μόνον*, cum non de se, sed de Graecis omnino deque senibus potissimum, qui talia poterant referre, loquatur. Itaque, cum Athenis scripta sint Meteorologica [32]), Aristoteles, antequam Alexandri magister in Macedoniam abiit, ea composuit.

Ab ipso Aristotele Meteorologica non esse conscripta, nonnulli inde probare conati sunt, quod nusquam Aristoteles eos respexerit, quamvis occasione saepenumero oblata. At respexit in libris *de generatione animalium* II, 6. p. 743, a, cum dicat: *ἡ δὲ γένεσίς ἐστι τῶν ὁμοιομερῶν ὑπὸ ψύξεως καὶ θερμότητος. συνίσταται γὰρ καὶ πήγνυται τὰ μὲν ψυχρῷ, τὰ δὲ θερμῷ· περὶ δὲ τῆς τούτων διαφορᾶς εἴρηται ἐν ἑτέροις, ποῖα λυτὰ ὑγρῷ καὶ πυρί, καὶ ποῖα ἄλυτα ὑγρῷ καὶ ποῖα ἄτηκτα πυρί*, id quod in quarto Meteorologicorum libro factum est (c. 9), neque alibi usquam [33]). Accedit alius locus in libro *de sensu et sensili* (c. 3), ubi postquam monuit, multos esse colores, quia multis modis ac rationibus misceri queant ii, qui misceantur, dicit se ea de re iam alibi disseruisse (*καὶ περὶ τῶν μιγνυμένων καὶ ἐν ἄλλοις διώρισται*), ubi aperte respicit ad I, 5, 2. Atqui Patricius idcirco Meteorologica supposita censuit, quia laudantur in libris *de plantis* [34]), qui ab Aristotele profecti non sunt [35]). Ut mittamus illud argumentum, ad Meteorologica fortassis

---

31) III, 2, 9. p. 372, a.

32) Cfr. Commentar. ad II, 5, 12.

33) Cfr. *de part. anim.* II, 4. p. 650, b. II, 9. p. 655, b. III, 5. p. 668, b cum *Meteor.* IV, 7, 13. IV, 7, 14.

34) II, 2. p. 822, b.

35) Diximus ea de re in Commentar. ad II, 1. p. 495 sq. cum Addend. Silentio non est transeundum, quod monendum erat in Addendis, Historiam Aristotelis plantarum ante oculos habuisse David, qui *τὰς διττὰς ἱστορίας* commemorat ad *Categor.* p. 26, b (ed. Brandis), et apertius etiam loquitur p. 24, a: *ὡς ἡ περὶ Φυτῶν καὶ Ζῴων ἱστορία.*

idcirco provocavisse auctorem illius opusculi, ut propter genuinum foetum spurius agnoscatur; ut praetereamus, non prorsus spurios esse libros de plantis, sed multa iis inesse absque dubio ab Aristotele profecta: contendimus cum Scaligero[36]) ad commentarios de meteoris nomine tantum non re vera provocari. Dicit enim auctor ille: *Ἐκτεθείκαμεν* (exposuimus) *δὲ αἰτίας περὶ τῆς γενέσεως τῶν πηγῶν καὶ τῶν ποταμῶν ἐν τῷ ἡμετέρῳ βιβλίῳ τῷ περὶ μετεώρων, ἐν ᾧ εἴπομεν καὶ περὶ σεισμῶν ὅτι πολλάκις δεικνύουσιν οὗτοι πηγὰς καὶ ποταμούς, οἳ πρότερον οὐκ ἐφαίνοντο, οἷον ὅτε σχίζεται ἡ γῆ ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως.* Talia enim II, 8, quo unice potuit respicere, non reperiuntur, bene exponente Scaligero. Facimus igitur cum Buhlio[37]), qui dicit: *Ratio haec parum mihi aut nihil valere videtur, nam librorum de meteoris argumentum non eius modi est, ut frequentem philosopho eos citandi occasionem praebere potuerit.*

Sed et alia prolata sunt argumenta, quibus probare voluerunt viri docti Meteorologica non ab Aristotele esse profecta. Quod non laudantur a Diogene Laërtio non magni profecto est momenti: nemo enim nescit, quantopere vilis ille compilator[38]) librorum titulos turbaverit idemque omisit etiam inter alios complures, Physicorum VIII, de caelo IV, de generatione et corruptione II, de anima III, unde Gassendus[39]) suppositios eos esse concludit. — Quae ab Olympiodoro proferuntur ac refelluntur argumenta, ea in commentariis maximam partem reiecimus; illud unum, quomodo proferri potuerit, non satis mirari possumus, idcirco vix Aristotelem horum

---

36) *In libros de plantis.* Lutet. 1556. 4. fol. 157, b.

37) *De distribut. libror. Aristotel. in exoteric. et acroamatic.* p. 70.

38) Boeckh *de platon. caelest. globor. system.* p. 3. Nisi fallor indicem librorum dedit, quos in bibliotheca quadam vidit adservatos. Aliam opinionem profitetur Stahr l. l. II. p. 68.

39) *Exercitat. paradoxic.* IV, 2. p. 79.

librorum esse auctorem, quia nimis dilucide ac clare sint conscripti, quod iam in iis laudavit Simplicius [40]). Acroamaticis libris Meteorologica tres propter causas adnumerat Buhle [41]), tum quia partem efficiant *φυσικῆς πραγματείας*, cuius reliqui libri aperte esoterici sint; deinde quia Aristoteles meteorica phaenomena non solum describat, sed de origine etiam eorum ac causis disserat: denique quia ad mathematica theoremata provocet [42]).

§. II. *De duplici horum librorum recensione.*

Apud plures scriptores reperiuntur nonnulla ad Meteorologica spectantia, tamquam ab ipso Aristotele profecta, quae in libris hisce, quales nunc habemus, non deprehenduntur. Ita cum Aristoteles de Nilo egisset, ubi tandem id melius aptiusve fieri potuit, quam hoc in opere? qua de re diximus ad I, 13, 21. Servatum nobis est apud Stobaeum [1]) fragmentum Aristotelis de saporibus fontium, quod ad II, 3, 45 aperte spectat. Librum enim *περὶ χυμῶν* procul dubio commenti sunt Alexander et Olympiodorus [2]), neque ad talem provocavit Aristote-

---

40) Ad Aristotel. *Categor.* fol. 2, γ: *δῆλον δὲ καὶ ἐξ ὧν ἐν οἷς ἐβουλήθη σαφέστατα ἐδίδαξεν, ὡς ἐν τοῖς μετεώροις καὶ τοῖς τοπικοῖς καὶ ταῖς γνησίαις αὐτοῦ πολιτείαις. ἅπερ διὰ τὸ κοινότερον τῶν θεωρημάτων, σαφέστερον ἀπαγγεῖλαι σύνοιδε.* Cfr. Stahr l. l. II. p. 186. David prolegom. in Categor. vol. IV. p. 22, a Brand. Pro *πολιτείαις* apud Simplicium scribendum videtur *ἐπιστολαῖς*. Caeterum quomodo factum sit, ut Aristotelis opera tam difficilia sint intellectu, saepenumero interpretes graeci explicare sunt conati. Cfr. Philopon. ad Porphyr. p. 11, b (ubi tamen pro *Ἀριστοτέλεια* scribendum *Ἀριστογένεια*. vide p. 19, b) David ad Porphyr. p. 19, b. in *Categor.* p. 22, a. l. 4. p. 26, b sq.

41) *De distribut. libror. Aristotel.* p. 70.

42) I, 3, 5.

1) *Eclog. phys.* I, 42. p. 636 sqq. ed. Heeren.

2) Cfr. ad Excerpt. II, 3, 32.

les II, 3, 47, sed ad librum *de sensu et sensili* c. 4. Alia aliis in locis monuimus. Cfr. ad I, 3, 17. I, 7, 3. II, 1, 11. II, 3, 20. II, 7, 1. II, 9. et saepius. Seneca dicit [3]): *Aristoteles ait, non trabem illam, sed Cometam fuisse: ceterum ob nimium ardorem non apparuisse sparsum ignem, sed procedente tempore, cum iam minus flagraret, redditam suam Cometae faciem.* Postremis verbis similia non inveniuntur I, 6, 8, quo reliqua spectant. Idem alio loco [4]): *Aristoteles ait, Cometas significare tempestatem, et ventorum intemperantiam atque imbrium.* Sed imbrium I, 7, 8, quem locum ante oculos habuit Seneca, nulla mentio facta est. Quae cuncta, praesertim locus I, 3, 17, de quo vide quae in commentariis monuimus, me commovent, ut duplicem recensionem [5]) horum librorum statuam, quos ab ipso Aristotele profectos esse et ex iis patet, quae §. I exposuimus et vel maxime exinde, quod nemo post illum exstitit, qui talem librum potuisset componere, si solos Theophrastum et Stratonem excipias, quorum tamen opiniones longe ab Aristotelicis recedebant, uti videre licet ex iis, quae disseruimus in Comment. ad I, 8. I, 14, 28 et alibi [6]).

---

3) *Quaest. nat.* VII, 5, 3.

4) *Quaest. nat.* VII, 28, 1.

5) De libris διασκευασμένοις cfr. Valkenaer *Praef.* ad Eurip. *Hippolyt.* p. XVIII. Wolf *Prolegomen. ad Homerum* p. CLII. n. 14.

6) Omnino Aristotelis discipuli, qui magistrum excepere, quamvis eadem tractare solerent, quae ille, in multis tamen ab ipso recesserunt, imprimis Theophrastus. Cfr. Brandis in *Rheinisches Museum* I, 3. p. 284. Stahr l. l. II. p. 70 sq. 294 sq. Theophrasti Meteora Arabum temporibus adhuc exstitere, quorum in linguam ex syriaco conversa erant ab Yahya Ebn Adda, teste Abulpharagio *Histor. Dynast.* p. 94 (text. arab. p. 61 interpr. latin.) ed. Pococke.

§. III. *De codicibus in quibus Meteorologica reperiuntur.*

Bekkerus ac Brandisius quatuor codices contulerunt, quorum longe optimus est Parisiensis 1853 (E), quocum fere semper editio Aldina prior consentit. Alter, codex Laurentianus 87, 7 (F), in quo singula verba saepenumero transposita deprehenduntur, uti etiam in duobus reliquis, videtur esse idem, ex quo Camotiana editio fluxit. Tertius codex (H), Vaticanus 1027 bombycinus, forma quadrata, diversis manibus conscriptus, partim igne laesus et infuscatus, minime recens, integra continet Meteorologica inde a fol. 211, b [1]). Quartus denique codex (N) in Praef. Bekkeri dicitur esse Vaticanus 258, qui secundum Brandisium l. l. p. 64 continet meteorologica fol. 99 — 157, cum inscriptione libro primo praemissa: *ἐκ τῶν μετεωρολογικῶν βιβλίον α'*. Est chartaceus, forma quadrata. Praeterea teste Brandisio Meteorologica continentur in cod. Vaticano 252 chartaceo [2]), formae maximae inde a fol. 93 — in Vatican. 249 membranaceo, admodum recenti, signis nonnullis minio pictis ornato, inde a fol. 156 — in codice Urbinate 38. chartaceo, formae maximae, qui Michaëlis Apostolii manu conscriptus videtur, inde ab initio — in cod. Palatino 161, recenti illo inde a fol. 124 — in cod. Bibl. Regin. 123 chartaceo, admodum recenti ex bibliotheca Bourdeloti inde a fol. 202 — in codicibus Ottobon. 188 a fol. 104 et 203 inde a fol. 62,

1) Cfr. Brandis in *Abhandl. der Berl. Acad. hist. phil. Cl.* 1831. p. 65.

2) Adde cod. Vatican. 253. cfr. Brandis l. l. p. 66. nr. 92. Trendelenburg ad Aristotel. *de anim.* Praef. p. XII. Secundum Brandisium chartaceus foliis quaternis minoribus, satis recens, cuius librarius interdum scripturae compendia male intellexit; at bombycinus, diligenter scriptus, saepenumero cum codice E consentiens secundum Trendelenburgium. Est quem Bekkerus insignivit littera L. Continet meteora inde a fol. 137 ad fol. 158.

utroque chartaceo ac recenti; in posteriore cum notis nonnullis interlinearibus et marginalibus [3]). Praeterea primus liber continetur in codice Urbinate 37, chartaceo, formae quadratae, sed non integer, cum notulis nonnullis marginalibus: tertius in cod. Vatican. 254 chartaceo, forma quadrata minore, recentiore, cuius scriba sripturae compendia hic illic non intellexit: quartus in cod. Ottobon. 76 chartaceo, recenti,et in cod. Vatican. 319, bombycino (?) non magis antiquo. In postremo nonnulla ab initio verba desunt; incipit enim a verbis *ἐναντιώσεως εἰδοποιεῖται τὰ στοιχεῖα. ὅτι τέτταρα δὲ τὰ οἷς εἰδοποιεῖται.* Sed nullus horum codicum collatus est, saltem nulla ex iis lectionis varietas in Bekkeri editione maiori deprehenditur. — Omnia tam Aristotelis quam Theophrasti scripta cum codicibus Vaticanis contulit Felix Accorambonus, de Theophrasto non admodum meritus [4]), magis de Aristotele. Lectionis varietas reperitur in libro, cuius duas editiones manibus tractavi, hoc modo inscripto: *Vera mens Aristotèlis, id est lucidissima et eruditissima in omnia Aristotelis opera explanatio, in qua novis et pulcherrimis rationibus omnium dubitationum et obscurarum sententiarum verus Philosophi sensus eruitur, et quae non fuerunt ab aliis observata, iam admirabili arte aperiuntur: controversiae item, quae sunt inter Platonicos, Aristotelicos et Galenum omni diligentia examinantur; de fluxu et refluxu maris accurata et brevis tractatio: Theophrastus plurimis in locis in libro de plantis obscurus et difficilis exponitur: in Galeni libris de temperamentis utilissimae adnotationes apponuntur: quae in omnibus depravata erant ex antiquissimis graecis manuscriptis codicibus emendantur* — auctore Felice Accorambono Eugubino. Romae apud Paulum Parisium 1604. fol. Non

3) Cfr. Brandis l. l. p. 64. 65. 66. 70.

4) Cfr. Schneider ad Theophrast. Vol. I. *Praef.* p. XII.

differunt exempla anni 1590, quae eiusdem esse videntur impressionis, nisi quod post titulum exhibent folium post titulum dedicatorium ad Sixtum V, praefatiunculam quandam ipsius Accoramboni, addito erratorum parvo elencho, continens. Omnes inde varias lectiones deprompsimus. — Nonnullas in sua editione exhibuit etiam Morellius, ex MSS. petitas. At ex editionibus Camotiana et Basileensi tertia petitae sunt, maximam saltem partem, quas in margine commemoravit Casaubonus, indeque Du-Vallius. — Quibus de editionibus infra §. V agetur.

§. IV. *De graecis interpretibus.*

Tres ad nostram aetatem pervenerunt in Meteorologica Aristotelis commentarii, prior Alexandri, alter Olympiodori, tertius Ioannis Philoponi, de quibus iam dicendum est. Commentarii Alexandri, Aphrodiseo huius nominis grammatico tribuuntur in cod. Vindobonensi apud Lambec. VII. p. 185 sq., eidem illi, qui in tot Aristotelis scripta composuerat, ut idcirco *ὁ ἐξηγητής* vocaretur. Cfr. ad Excerpt. 1, 6, 3. Plura sunt, ex quibus aliquis veritatem huius assertionis probatum ire posset. Etenim auctor noster fol. 126, a quartum librum tertium librorum de generatione et interitu esse censuit: idem fecit Alexander Aphrodisiensis teste Olympiodoro fol. 3, a et iisdem fere verbis, quibus noster Alexander, utitur auctor libri *ἀποριῶν καὶ λύσεων* III, 14, quem Aphrodisaeum perhibent, ubi laudat Aristotelem *ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ μὲν τετάρτῳ μετεωρολογικῶν, ὄντι δὲ μᾶλλον οἰκείῳ τῇ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς πραγματείᾳ.* Praeterea Olympiodorus fol. 38, b ad Alexandrum Aphrodisiensem provocat, ubi de re agitur quae in nostra paraphrasi reperitur. Deinde noster etiam Alexander commentarios in librum de caelo conscripserat (cfr. ad Excerpt. I, 3, 21), sicuti Aphrodisiaeus plus quam centies a Simplicio lau-

datus. At tres fuisse Alexandros, qui in nostros libros commentati sunt, ad Exc. I, 6, 3 docuimus, quorum noster fortasse omnium antiquissimus. Eum ubique Alexandrum, nullo addito cognomine, vocant Olympiodorus (cfr. ad Exc. I, 6, 3) et Philoponus (vid. fol. 87, a. — 88, b. 95, a), quoties eius sententias refellunt. Interdum vero ubi ad Aphrodisaeum provocant v. c. I, 6, 5 nihil ea de re in hodierno commentario reperitur. Sed et alia exstant argumenta, quibus probemus commentarios aut paraphrasin potius, quae aetatem tulit, non ab Aphrodisiensi Alexandro esse profectam. Cum enim Aristoteles *de caelo* II, 2: *τὸν ἄνω πόλον* austrinum, *τὸν κάτω* borealem esse perhibeat, qua de re diximus ad II, 5, 10, Simplicius fol. 95, a monuit: *ὁ δὲ Ἀλέξανδρος* (Aphrodisiensem, uti semper, ubi mero nomine utitur, innuit) *καὶ Ἄρατον τὸν Σολέα συναρπάζει ὡς δὴ καὶ αὐτὸν κατὰ τοὺς πολλοὺς τὸν βόρειον πόλον ἄνω λέγοντα.* Ipse cum Aristoteles Meteorol. l. l. ista terminologia non usus sit, vix poterat evitari ab Alexandro, quin istius rei in commentariis mentionem faceret. Sed nihil in nostra paraphrasi ea de re reperitur fol. 104, b sq. quem locum in excerptis non adscripsimus, cum nihil memoratu digni contineat. Accedit quod Alexander fol. 116, a Sosigenem praeceptorem sibi fuisse dicat: *ἀλλ' ὅτι μὲν αἱ τοιαῦται δόξαι περὶ τῆς ἅλω ψευδεῖς, ἱκανῶς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν Σωσιγένης ἐν τῷ ὀγδόῳ περὶ τῶν ὄψεων* (adde *ἀνακλάσεως*, quod omittit Aldus, ex Camotii interpretatione repercussu) *ἔδειξεν*, quem Andronici Rhodii discipulum fuisse suspicatur Patricius [1]). Cum igitur Alexander Aphrodisiensis suum de fato libellum Severo eiusque filio Antonino Caracallae dicavit, iam olim Petrus Victorius [2]) de Alexandro Aegeo cogitavit, cui

---

1) *Discuss. Peripatet.* p. 134.

2) *Var. Lection.* XXV, 22. Cfr. etiam Andr. Schott. *Vitae comparatae Aristotelis et Demosthenis* (August. Vindelicor. 1603. 4.) p. 157.

hanc paraphrasin adscriberet, cui adstipulati sunt Patricius [3]), Schneiderus [4]). Hunc Alexandrum Aegeum laudant Simplicius in commentario ad Categorias, Suidas v. *Ἀλέξανδρος* et Eudocia [5]). — Paraphrasis ista prodiit una cum Ioannis Grammatici Commentariis in libros de generatione et interitu et Alexandri Aphrodisiensis libro *περὶ μίξεως* Venetiis apud Ald. 1527 fol. inque latinum sermonem conversa a Camotio Venet. 1556. fol. et Alexandro Piccolomeneo interprete Venet. apud Hieron. Scot. 1548 fol. qui addidit *Tractatum de Iride, in quo quam plurima tum Aristotelis, tum etiam Alexandri Aphrodisiensis ac Olympiodori dicta dilucidantur.* fol. 51 sqq. Quae tres editiones in Bibl. Reg. Berol. reperiuntur.

Ad tertium, de quo diximus, Alexandrum provocat Olympiodorus fol. 6, a. 16, a (I, 8, 1) et saepius.

Commentarios in nostros libros composuerat etiam Ammonius, qui tamen periere. Laudantur saepenumero ab Olympiodoro. cfr. ad Exc. I, 6, 3. I, 13, 30.

Quis fuerit Olympiodorus ille, cuius commentarios utilissimos profecto superstites habemus, non satis constat. Aetatem, quo vixerit, ipse definit. cfr. ad Excerpt. I, 6, 5. Alexandriae scripsit, quod tum aperte narrat fol. 37, b: *ὥσπερ ἡ ἡμετέρα πόλις, ἡ Ἀλεξάνδρεια λέγω κεκόσμηται*, tum ex iis patet, quae ad I, 10, 7 adscripsimus. In eadem cathedra docuit, qua Ammonius, quod ex verbis fol. 33, b elucet, ubi ait: *ὁ ἡμέτερος πρόγονος ὁ μέγας φιλόσοφος*, aut magno illi philosopho cognatus fuit. Tantam sibi famam conciliavit, ut eius gratia Alexandriam peteret Proclus, narrante Marino in *vit. Procli* c. 19. p. 19. p. 7 Boissonnad.: *ἐπανελθὼν δέ* [ὁ *Πρόκλος*] *πρότερον εἰς Ἀλεξάν-*

---

3) *Discuss. Perip.* p. 32.

4) Ad Aristotel. *Hist. animal.* Tom. I. *Praef.* p. CVI.

5) *Violar.* p. 56.

δρειαν, καὶ ῥητορικῇ καὶ τοῖς ἄλλοις περὶ ἃ πρώην ἐσπούδαζε χαίρειν εἰπών, τὰς τῶν ἐκεῖ φιλοσόφων μετεδίωκε συνουσίας· καὶ φοιτᾷ ἐπὶ μὲν Ἀριστοτελικοῖς παρ' Ὀλυμπιόδωρον τὸν φιλόσοφον, οὗ κλεός εὐρύ [6]). Maiorem eum esse Olympiodoro, qui commentarios in plerosque Platonis dialogos conscripserat, diserte ac dilucide exposuit Creuzerus l. l. p. XI—XIX. Wyttenbachii mirum ex negligentia errorem [7]) notavimus in Excerpt. II, 2, 17, quo ex loco, si quis eum attente legerit, vel maxime iterum patet Olympiodorum nostrum nullos in Platonem commentarios conscripsisse. Commentarios in Meteorologiam hodie non integros habemus. Magna enim est lacuna fol. 42, b: deinde deest commentarius ad II, 7—9, denique in fine nonnulla desiderantur. Etiam codex Vaticanus 1387 bombycinus, vetustior [8]) in fine mutilos praebet. Prodiit Commentarius Olympiodori una cum Ioannis Philoponi particula, de qua mox agemus, Venetiis apud Aldi filios 1551. fol. Latine eum interpretatus est Camotius Venet. 1551 et 1567 fol. indicante Fabricio [9]). Graece et latine eum prodiisse edente Camotio Venetiis 1551 et 1557 fol. auctor est Ionsius [10]), quo de dissensu alii iudicium ferant.

Commentarius Ioannis Philoponi, quem Grammaticum cognomine vocarunt, non nisi ad primi libri particulam (ad c. 12 usque), neque in hac integer, editus est una cum Olympiodoro. De aetate eius magnus est

---

6) Quae turbavit Suidas, qua de re cfr. praeter Boissonnade in not. ad l. l. Reines. *Observat. in Suid.* p. 183. ed. Mueller, laudatum Creuzero in Olymp. *Commentar. in Platon. Alcib. Praef.* p. X.

7) Commentar. ad Platon. *Phaedon.* p. 312 (300).

8) Brandis in *Abhandl. der Berl. Acad.* l. l. p. 70.

9) *Bibl. Graec.* Vol. III. p. 501. ed. Harles.

10) *De script. hist. philos.* III, 18, 2. p. 101.

scriptorum dissensus. Etenim Villoissonus [11]) dicit Ioannem Philoponum circa saeculi quinti finem natum esse, a Saxio [12]) ad annum Christi circiter 535 relatus est. Sturz [13]) saeculo post Christum natum septimo eum vixisse tradit, quod idcirco minus vero simile videtur, quia Olympiodori eius in commentariis nusquam mentio fit [14]). Codicem Meteorologicorum librum primum continentem cum expositione Philoponi adservari in bibliotheca Escorialensi testatur Plüer [15]), laudatus Harlesio [16]).

Praeterea Theodorus Metochita, mortuus Constantinopoli anno 1332, Meteorologica paraphrasi explanare conatus est. Nicephorus Gregoras, qui in funus eius monodiam composuit, vocat eum *τὸν τῆς Ἀριστοτέλους γλώττης τὰς λαβυρίνθους ἁπλώσαντα,* laudante Fabricio [17]). Paraphrasis eius omnia Aristotelis physica scripta complectens, cuius latina tantum interpretatio prodiit auctore Herveto, mihi non visa, adservatur graece in cod. Medic. IV. plut. 85 [18]), Veneto D. Marci [19]), in cod. Bavar.

---

11) *Prolegomen. ad* Homer. *Iliad.* p. XXXVIII.

12) *Onomast.* II. p. 39.

13) *Empedocl. Agrigentin.* p. 80. Recte se habet haec opinio, si vera sunt, quae narrat Abulpharagius *Histor. Dynastiar.* p. 180 text. Ar. (p. 114 interpr. lat.) ed. Pococke. 1663. 4. Adde Heyne *Opuscul. academ.* Vol. I. p. 124.

14) Cfr. praeterea Fabric. *Bibl. Gr.* Vol. 18. p. 358 sqq. Brucker *Histor. crit. philos.* Vol. III. p. 529. Harles *Hist. ling. gr.* II, 1. p. 418 sqq. Heinrich ad Hesiod. *Scut. Herc.* p. 73. Buhle *Aristot. Opp.* Vol. I. p. 303 sqq.

15) *Itinerar.* p. 158.

16) Ad Fabric. *Bibl. Gr.* Vol. III. p. 232 not.

17) *Bibl. Graec.* Vol. III. p. 509 ed. Harles. Cfr. praeterea Buhle l. l. p. 314 et Fabric. *Bibl. graec.* Vol. IX. p. 214.

18) Bandini *Catalog. MSS. bibl. Laurent.* III. p. 250.

19) *Catalog.* p. 121.

CXL et CXLII [20]), monente Fabricio [21]), in cod. Vatican. 303. fol. bombycino et cod. Bibl. regin. 118 fol. chartaceo, qui Parisiis scriptus est anno 1548 [22]).

Exstat etiam Nicephori Blemmidae commentarius in Meteorologica, quae una cum excerptis nonnullis ex secundo libro continet cod. Vatican. 313 chartaceus, admodum recens [23]). Est is idem Nicephorus, cuius Epitomen Physices habemus et geographici argumenti scripta quaedam vulgavit Spohnius aliaque plura supersunt. — Reperiuntur etiam in cod. Ottobono 45 (chartaceo, recentiori) inde a fol. 54. *σχόλια εἰς τὰ τοῦ Ἀριστοτέλους μετέωρα*, in quibus pauca tantum memoratu digna reperiri docet Brandis l. l. p. 69. Laudantur in iis Theophrastus, Plutarchus, Alexander Aphrodisaeus, Ammonius. — Scholia interlinearia et marginalia deprehenduntur in cod. Urbin. 37. cod. Ottobon. 293 (cfr. Brandis l. l. p. 64. 70), de quibus supra iam monitum est.

§. V. *De antiquis versionibus latinis.*

Egit ea de re Jourdain [1]), cuius ipsa verba adscribimus:

Je trouve également deux espèces de versions de cet ouvrage: l'une faite de l'arabe, l'autre du grec. La

---

20) *Catalog.* p. 56 sq.

21) *Bibl. Gr.* Vol. III. p. 227.

22) Brandis *l. l.* p. 68. Adi praeterea Bloch *Specimina operum Theodori Metochitae, quae inscribuntur Ὑπομνηματισμοὶ καὶ σημειώσεις γνωμικαί ex codd. msst. cum praefatione et adnotationibus vulgata.* Hafniae 1790. 8. qui in praefatione de ista paraphrasi egit.

23) Cfr. Brandis l. l. p. 70.

1) *Récherches critiques sur l'age et l'origine des traductions latines d'Aristote et sur des commentaires grecs ou arabes, employés par les docteurs scholastiques.* Paris 1819. 8. p. 181 sqq.

première présente une particularité remarquable. Les trois premiers livres sont traduits de l'arabe; les mots nombreux de cette langue, qu'on y lit, l'altération des noms propres, les retranchemens, la disposition des matières, toute prouve que le traducteur n'avoit point sous les yeux le texte grec.

Le quatrième livre commence au milieu du dernier chapitre du troisième livre, édition de Duval. Il est évidemment traduit du grec, ainsi qu'on peut s'en assurer, soit en le rapprochant du texte original, soit par la seule inspection des noms donnés par Aristote aux diverses espèces de digestion. Il se termine par trois chapitres qui ne se trouvent pas dans le Grec, sont derivés de l'Arabe et paraissent être un fragment du livre des minéraux. (Ces trois chapitres ont été en effet imprimés à Bologne en 1501, *sous le titre de* Liber de mineralibus [2]).

J'ai dit que l'ordre et la division des matières étaient intervertis dans cette version; en effet le premier livre se termine au chap. 9. *liv.* 1. *de l'édit. de Duval. Le chapitre consacré aux comètes précède celui de la voie lactée et évidemment est abrégé. Le deuxième livre traite des vapeurs et des conversions qu'elles éprouvent dans la région moyenne de l'air, de la rosée, du brouillard, de la gelée-blanche, de la neige, de la pluie, de la grêle, de l'origine des fleuves, des eaux de la mer, du flux et du reflux.*

Le troisième livre traite successivement des vents, des tremblemens de terre, de la foudre, du tonnerre, du halo, de l'iris, et de la parélie. On connait le contenu du quatrième.

Voici deux exemples de l'altération des noms propres: le nom de Pont qu'on lit dans Aristote (I, 9) *est*

---

2) De libro Aristotelis egi ad Excerpt. I, 1, 1. p. 133.

ici chargé en celui de Corinthe: d'Hippocrate et d'Éschyle son disciple les traducteurs ont fait Nichius et Paulus.

La version grecque est facile à reconnaître au mode d'expressions, aux termes grecs qu'elle présente. On la trouve imprimée dans l'édition de 1483 [3]).

Dans cette édition, où l'éditeur avait entrepris de présenter les deux versions réunies d'Aristote celle dérivée du grec et celle faite d'un texte arabe, on ne trouve que le quatrième livre de cette dernière, pour le traîté des météores. Je dois dire aussi que le quatrième livre traduit du grec, qu'on lit à la suite de la version arabe-latine, se trouve traduit de nouveau dans la version grecque-latine.

Enfin la bibliothèque Royale possède une version grecque-latine du commentaire d'Alexandre d'Aphrodisias sur les météores. (Cette même version est indiquée par Bandini *Cat. Bibl. Laurent. Tom. III. p.* 250).

Haec Jourdain, qui utriusque versionis specimina dedit n°. XIV—XVII. p. 461—465, quae hic repetere nolumus. Versio latina ex graeco facta est ea, quam confecit Guilelmus a Moerbecka, de quo nihil post Schneiderum [4]) monemus.

§. VI. *Reliquae versiones latinae.*

Prodierunt apud Iuntas Venetiis 1552 et sqq. undecim voluminibus formae maximae Aristotelis *opera omnia, latine cum Averrois Cordubensis commentariis, studio et*

---

3) Plenum huius editionis titulum, quae prodiit tribus voluminibus fol. Venetiis apud Andream de Asula, posuit Fabricius *Bibl. gr.* Vol. III. p. 312. Quod eam non nactus sum, magnopere doleo.

4) *Praef.* ad Aristotel. *Histor. animal. Epimetr.* IV. Vol. I. p. CXXVI—CL. Conferas praterea *Scriptor. ordin. Praedicator.* I. p. 388—391. *Journal des Savans* 1828. p. 21.

labore Bagolini *Veronensis*. Continent ea versiones Theodori Gazae, Nicolai Thomaei, Georgii Vallae, Alexandri Chamaillardi, Leonardi Aretini, Bernardini Donati, Georgii Trapezuntii, Francisci Philosophi, Alexandri Paccii, Bessarionis, Guilelmi Budaei, Simonis Portii, Dominici Montesauri, Iulii Martiani et Bernardi Feliciani. Quis vero Meteorologicorum interpretationem, quae volumine quinto continetur, dederit nusquam vidi indicatum idcircoque adducor, ut veterem eam Guilelmi a Moerbecka versionem esse suspicer, quam intellexit absque dubio Morellius, cum hic illic veterem interpretem in suos usus conferret, quicum ubique ista consentire deprehenditur. Equidem ubique eam contuli, indeque multa, quae gravioris esse momenti videntur, repetii, eamque indicavi signo Bag. cum certam meam nondum arbitrer coniecturam. — Praeter Franciscum Vicomercatum, de quo §. VIII. agetur, etiam alii Meteorologica latine interpretati sunt, inter quos primo loco nominandus est Franciscus Vatablus, cuius versio exstat in editionibus Francofurtana anni 1593, Casauboni, Du-Vallii (Lugd. 1619. 2 Tom. fol. Paris. 1654. 4 Tom. fol.), Bekkeri. Quartum librum ex interpretatione Franc. Vatabli seorsim edidit Vitebergae 1543. 8. apud Ioh. Klug, Hermannus Tulichius, uti discimus ex carmine eius praemisso. In editionibus Iul. Pacii, de quibus deinde dicemus, alia est interpretatio, cuius auctorem indicare nequimus. Fuit tamen ipse fortasse Pacius, quo auctore prodierunt Francofurti 1601. 8: *Aristotelis libri de caelo, de ortu et interitu, meteorologica, de mundo, parva naturalia, graece et latine per Iulium Pacium.* Praeterea latine reddidit Meteorologica Alcyonius, cuius interpretatio reperitur in editione operum Aristotelis latina, quae prodiit Basileae apud Oporinum 1548. 2 voll. fol. et seorsim edita est iam antea Venetiis 1521. fol. apud Bernardum de Vitalibus: *Aristotelis de generatione et interitu libri duo, Meteo-*

rorum quatuor, de mundo; ex opere de animalibus libri decem, Petro Alcyonio interprete. Deinde commemorandae sunt interpretatio Ioh. Genesii Sepulvedae, mihi non visa, quae prodiit Paris. 1532 auctore Fabricio *Bibl. gr.* Vol. III. p. 232 et Perionii, quae lucem vidit Lutet. Paris. 1554. 4.:

Aristotelis libri de caelo, de ortu et interitu, Meteorologica et de anima, graece et latine per Ioachimum Perionium et per Nic. Gruchium correcta. II. voll. 4.

§. VII. *De editionibus.*

1. Aldina (A.) Prodiit, quemadmodum ex ultima voluminis pagina elucet, anno 1497 Venetiis ex typographeo Aldi Manutii Romani, quod vulgo fertur alterum operum Aristotelis et Theophrasti volumen, in quo continentur Aristotelis vita ex Diogene Laërtio, eiusdem vita per Ioannem Philoponum, Theophrasti vita ex Laërtio, Galeni de philosophorum historia, Aristotelis de physica auscultatione libri octo, de coelo quatuor, de generatione et corruptione duo; Meteorologicorum quatuor; de mundo ad Alexandrum unus; Philonis Iudaei de mundo liber unus; Theophrasti de igne liber unus; eiusdem de ventis liber unus; de signis aquarum et ventorum incerti auctoris; Theophrasti de lapidibus liber unus. De ipso libro conferendus Rénouard *Annales de l'imprimerie des Aldes.* I. p. 23. 25. Ex praefatione sequentia, quae huius loci est apponere, adscribimus:

Aristotelis vero et quae nunc legenda damus, et quae mox deo favente daturi sumus, multum certe elaboravi, ut, tum quaerendis optimis et antiquis libris, atque eadem in re multiplicibus, tum conferendis castigandisque exemplaribus, quae dilaceranda impressoribus traderentur, perirentque ut pariens vipera, in manus hominum

venirent emendatissima. Id ita sit necne, sunt mihi gravissimi testes tota fere Italia et praecipue Venetiis Thomas Anglicus homo et graece et latine peritissimus, praecellensque in doctrinarum omnium disciplinis. Et Gabriel meus, Brassicellae natus, vir impense doctus, ac rei litterariae censor acerrimus, alterque Quintilius. Iustinus etiam Corcyraeus miro ingenio adolescens, graeceque sane eruditus. Ferrariae vero Nicolaus Leonicenus et Laurentius Maiolus Genuensis, quorum alter philosophorum aetatis nostrae medicorumque omnium facile princeps, librorum Aristotelis quos ipse haberet mihi copiam humanissime fecit: alter praestanti vir ingenio et maturo iudicio ac omnibus bonis artibus praeditus, omnes prope Aristotelis libros summa cura summoque studio contulit cum libris Leoniceni nostri meo rogatu. Idem et ipse Venetiis accuratissime feci, non sine adiumento virorum doctorum, qui et Venetiis sunt et Patavii. Quamquam minus fieri potuit, ne quid his libris desideraretur, quod non mea quidem culpa factum est, (nam hoc vere queo dicere, quicquid meo labore formis excuditur ipsis exemplaribus longe correctius, ac magis perfectum exire ex aedibus nostris) verum tum hominum, qui ante nos fuerunt, tum edacium temporum, quae tandem cuncta immutant, consumunt, abolent.

2. Editio Camotiana (Cam.) apud Aldi filios, Venetiis 1551 — 1552 sex voluminibus comprehendit omnia Aristotelis opera. Meteorologica continentur volumine secundo, inde a pag. 331 — 438. Varias lectiones inde multa cum diligentia excerpsimus, quamvis idem iam fecerit Sylburgius, quem plura tamen fugisse hic illic demonstravimus.

3. Editiones Basileenses.

a. (Er.) Basil. 1531 fol. apud Ioannem Bebellium: *Ἀριστοτέλους ἅπαντα. Aristotelis, summi semper viri, et in quem unum vim suam universa contulisse natura*

rerum videtur, opera, quaecunque impressa hactenus extiterunt omnia, summa cum vigilantia excusa. Per Des. Erasmum Roterodamensem. Sequitur in ipso titulo dialogus inter philologum ac bibliopolam, iambis graecis conscriptus. De hac editione cfr. Hennings *Biblioth. libror. rarior.* 131. Sequitur adeo presso pede Aldinam, ut ipsa menda typographica repetat, eaque novorum non ita exiguo numero augeat. Lectionis varietatem integram adscripsimus per totum librum primum, unde quid critico, Aristotelis scripta emendaturo, ea prodesse queat, satis perspicitur. In tribus reliquis libris raro tantum eam contuli nec nisi ut demonstrarem, quidquid gravioris mendi in Aldina deprehendatur repeti in Basileensi hac, quamvis inscriptio longe alia prae se ferat. Praeter hanc duo aliae exstant Basileenses.

b. altera, quae prodiit apud Io. Bebelium et Mich. Isengrinium 1539 duobus formae maximae voluminibus, priore illa non melior, imo etiam deterior:

c. (Bas.) tertia apud eosdem 1550 fol. cum praefatione Erasmi, adhibitis Iusti Velsii, Matthiae Flacci et Petri Victorii castigationibus. Hanc editionem praeclaram sane et inter optimas recensendam, de qua conferendi Buhle l. l. p. 219 sq. et Harles ad Arist. *de arte poëtic.* p. XIX, absoluto iamiam commentario, ex copiis bibliothecae Reg. Göttingensis benevole nobiscum communicavit Ill. Reusch. Variarum inde lectionum syllogen dedimus in fine voluminis.

4. Editiones Pacii. (P.). Prima editio, quam cucuravit Iul. Pacius, erat Laemariana anni 1597. 2 voll. 8. omnium operum graece et latine, cuius utrumque volumen uberrimo rerum indice, qualis in nulla Aristotelis editione reperitur, excellit. Graeca verba satis emendata leguntur, multaeque occurrunt variae lectiones nusquam obviae minimeque ineptae. Repetita est Colon. Allobrog. (Genf)

apud Petrum de la Rovière. 1607. Utramque editionem comparare licuit.

5. Editio Morellii (M.). *Aristotelis commentationum de natura libri VIII. de caelo IV. de ortu et interitu II. Meteorologiκῶν IV. de anima III et parva naturalia; graece: cum variis lectionibus*, apud Guil. Morellium. Paris. 1561. 4.; quae editio deinde saepenumero repetita est, cuius tamen nullum exemplar conspicere mihi contigit. Quae inde depromta in nostra editione leguntur, a Sylburgio petita sunt.

6. Editio Sylburgii (S.) Eosdem libros ediderat Parisiis 1547. 4. Wechelius, cuius editionis divenditis exemplaribus novam adornavit Sylburgius Francofurti apud haeredes Andreae Wecheli 1584. 4. additis in fine varia locorum lectione e libris tum impressis, tum manu scriptis, indice capitum et rerum ac verborum notatu digniorum binis inventariis altero Graeco, altero Latino. Quam fere integram paucis tantum immutatis repetiit Casaubonus.

7. Editionis Casaubonianae (Cas.) plenus titulus hic est: *Ἀριστοτέλους τοῦ Σταγειρίτου τὰ σωζόμενα. Operum Aristotelis Stagiritae philosophorum omnium longe principis nova editio, graece et latine. Graecus contextus quam emendatissime praeter omnes omnium editiones est editus: adscripsit ad oram libri et interpretum veterum recentiorumque et aliorum doctorum virorum emendationibus: in quibus plurimae nunc primum in lucem prodeunt, ex bibliotheca Is. Casauboni. Latinae interpretationes adiectae sunt, quae Graeco contextui melius responderent, partim recentiorum, partim veterum interpretum: in quibus et ipsis multa nunc emendatius quam antehac eduntur. Accedunt ex libris Aristotelis, qui hodie desiderantur, fragmenta quaedam. Adiecti sunt etiam indices duo perutiles: quorum alter nomina auctorum qui in Aristotelem scripserunt, continet: alter quid sit a quoque in singulas librorum eius partes scriptum indicat: nec*

non alius Index rerum omnium locupletissimus. Lugdun. apud Guilelm. Laemarium 1590. 2 voll. fol. quorum alter apud Ioannem Bubonium prodiit. Haec editio deinde saepenumero repetita est Genev. 1596. Lugdun 1597. ex A. Iac. Martini recognitione. Aurel. Allobrog. 1605. Omnes has editiones vidi, sed prima tantum usus sum. Hinc fluxit editio du Vallii quae nusquam a Casauboniana recedit.

8. Iam magno temporis intervallo Meteorologica lucem non viderunt. Buhlii enim editio operum Aristotelis nunquam absoluta est. Denique anno 1831 ex recensione Immanuelis Bekkeri omnia Aristotelis opera edidit Academia Regia Berolinensis 3 voll. 4. graece et latine, quibus accedent duo volumina excerptorum ex commentariis graecis a Brandisio curata. Eiusdem impressionis est, quae seorsim prodiit Meteorologicorum editio absque lectionis varietate Berolin. 1829. 8. (B.) Bekkerum ego (cur enim non confitear, quod sentiam), saepe miratus sum, ut qui tot in locis codicis E. lectiones sit secutus, aliis in locis, cum meliores quam caeteri praebeat, adstipulantibus praesertim A. et Cam. deteriores sequi maluerit. Praeterea grata est saepenumero Bekkeri negligentia in laudandis variis lectionibus. Ut una pagina defungar p. 367, a. l. 4. dicitur ῥαγέντος exhibere N. atque ita edidit Bekk. p. 367, b. l. 26. ἀκρόνυχοι F. neque aliter in textu exhibitum est, et ita saepius. Sed iudicium penes alios remaneat. Nos quid sentiamus tum in commentariis hic illic indicavimus, tum paulo uberius exposuimus in Addend. ad p. 13. l. 8. p. 638 sq.

§. VIII. *De interpretibus recentioribus.*

Inter scholasticos complures Meteorologica commentati sunt, inter quos Albertus Magnus (Jourdain *Récherches critiques.* p. 330—395), Vincentius de Bellovaco (Beauvais) in libro: Speculum maius (Jourdain p. 400—413), Sct. Thomas Aquinensis (Jourdain p. 434

— 492), alii. Equidem horum omnium, quamvis conferre potuissem, oculis inspexi solum librum hoc modo inscriptum: Alberti Magni *Introductiones in libros Aristotelis physicorum, de caelo et mundo, de generatione et interitu, meteororum, de anima* etc. (sequuntur tituli librorum, qui parva naturalia vocari solent) Cracov. 1516. 4. unde nullum fructum capere potui*). Neque magis ex libro, qui in Bibliotheca Reg. Berolin. adservatur: *Isagoge in Aristotelis, Alberti Magni et Pontani meteora, per tres libros digesta.* Auctore D. Jodoco Küllich Reselliano. Francof. ad Viadr. 1599. 8. Praeterea contuli librum, qui inscribitur:

> Tractatus Petri de Eliaco epi Cameracensis: sup. libros Methceororum de impressionibus aeris. Ac de his quae in prima: secunda: atque tertia regionibus aëris fiunt. sicut sunt Sydera cadentia: Stellae: Comatae: Pluvia: Ros: Pruina: Nix: Grando: Ventus: Terre motus. deque generatis infra terram.

Continet fol. XXVI. 4. minor. In fine reperitur: *Impressum a Johanne Priis Argentinae. in aedibus Thiergarten.* Anno MCCCCCIIII. Titulum, et quae in fine reperitur notitiam iisdem fere signis exscribi curavi, quales in exemplo ex Bibl. Reg. Berol. quod ante oculos habeo, reperiuntur. Nullam mentionem fecissem huius libelli, nisi monendum fuisset, ne quis in eo aliquid quaereret, quod ad explicationem Aristotelici libri utilitatem quandam posset afferre **).

> Meteorologia Aristotelis eleganti Jacobi Fabri Stapulensis Paraphrasi extricata: de impressionibus aeris et mirabilibus nature operibus. igne: aethere: ꝛ aquis atque terra

*) De ipsis Meteorologicis Alberti Magni in fine commentarii in librum quartum (volumine secundo) plura disseruimus.

**) De auctore cfr. Alex. ab Humboldt *Atlas géogr. et phys. des rég. équinox.* Paris 1834. fol. p.22.

extinguentibus. et nostris in climatibus quotidie apparentibus.

Continet fol. XXVI. fol. minore. In fine legitur: *Quatuor libri meteororum Aristotelis Paraphrasi Iacobi Stapulensis explanati.* Fi. *Lipzick impressit Valentinus Schumann.* Anno &C̄XVI (sic!) — Quod de libro Petri de Eliaco monendum esse censui, id etiam in hunc librum quadrat.

Circulus Pisanus Claudii Berigardii Molinensis, olim in Pisano, iam in Lyceo Patavino philosophi primi paris de veteri et peripatetica Philosophia in Aristotelis libros Meteorologicos Serenissimo Laurentio ab Hetruria dedicatus. Utini ex Typographia Nicolai Schirattii. 1647. 4. IV et 36.

Neque in hocce libro, praeterea in historia physices celebratissimo, reperiuntur, quae ad explicationem Meteorologicorum Aristotelis spectare possint. Cum vero ne hoc quidem loco negare possim, nihil mihi in historia mentis humanae maioris ponderis videri, quam opinionum de naturae phaenomenis et de eorum explicatione conaminum recensum, ad istum librum aptiore tempore, nisi vires vitamque Deus negaverit, redeamus! — *Commentariorum Collegii Conimbricensis soc. Iesu in libros de coelo, Meteorologica et parva naturalia* quinque editiones ante oculos habeo, quae omnes in 4. prodiere Coloniae, tertiam anni 1596, quas deinde exceperunt editiones annorum 1599. 1602. 1603. 1618. Neque hinc quidquam sani repetas. Nicolai Cabei *Philosophia experimentalis sive in libros Aristotelis commentaria* prodiere Romae 1646. quatuor voluminibus fol. laudante Fabricio *Bibl. gr.* III. p. 232. Oculis ea conspicere ac comparare mihi non licuit, neque magis editionem, quae prodiit Romae 1686, laudante Beckmanno *Beitr. zur Gesch. der Erfindungen* IV. p. 194, nisi fortasse haec mendo typographico originem debet. — Neque vidi Bonaventurae Belluti Catanensis Siculi, ordinis Minorum *disputationes in libros de caelo*

et mundo et meteoris. Venet. 1640. 4. — Iam ad Vicomercatum accedimus.

Francisci Vicomercati Mediolanensis *in quatuor libros Aristotelis Meteorologicorum commentarii, et eorundem librorum e greco in latinum per eundem conversio. Cum indice locupletissimo. Ad Carolum a Lotharingia cardinalem.* Venetiis apud Hieronymum Scotum 1565. fol. VIII et 273.

Iam antea prodiit 1556 Lutetiis Parisiorum, quam editionem, cum priore semper usus essem, deinde comparavi (utraque enim in Bibliotheca Regia Berol. reperitur) et adverbum tenus cum illa consentire intellexi, nisi quod graeca verba addita sunt. Index ille locupletissimus, qui in fronte libri commemoratur, nihil aliud continet, nisi singularum paragraphorum, in quas Vicomercatus capita dissecuit, argumenta. Vicomercatus inter omnes, qui Meteorologica commentati sunt, longe est doctissimus et sanissimi iudicii interpres, inque suis commentariis multa tam ad explicationem quam ad emendationem continentur nostra etiam aetate utilissima, quae commentariis meis, suis quaeque locis, inserui. — Alii commentatores laudantur *in indice auctorum, qui suis laboribus ac lucubrationibus Aristotelis libros ac philosophiam conati sunt illustrare*, quem confecit Paschalis Gallus Picto, suisque editionibus addidit Casaubonus, quorum unum tantum me comparare non potuisse vehementer doleo, Henricum Packerum, qui triginta quatuor lectiones in Aristotelis Meteorologica edidit. — Etiam contra hosce libros, quamvis eos alia longe ratione conscriptos a reliquis libris ipse fateatur, facilioresque esse et multa continere scitu digniora ac iucundiora, multa protulit Petrus Gassendus *Exercitat. paradox. adversus Aristoteleos* (Amstelaedam. 1649. 8.), atque probare conatur, sicuti in reliquis libris ita et in his, innumera deficere (V, 9. p. 121—123), innumera esse superflua ac bis terve

repetita (VI, 8. p. 150 – 152), innumera fallere (VII, 9. p. 178—180), qua in re demonstranda admodum ridiculum sese praestitit Gassendus, innumera contradicere (VIII, 6. p. 199—200), quo, ut exemplum ineptiarum afferam, pertinere ait, quod I, 3, terram sphaericam praedicet, II, 1 contra septentrionales plagas esse eminentiores contendat. Sed iam satis: virum enim non mediocriter doctum neque minime in caeteris ineptum, caecum abripuit odium non adversus Aristotelem, sed adversus Scholasticos, quorum doctrinam cum magistro casuram esse sperabat, cum alia prorsus ineunda esset via, scilicet exponendi, magistrum prorsus alia docere, quam qui discipulos eius sese autumarent. — Quo vix ullum Aristotelis interpretem hucusque usum esse arbitror, opus Conradi Gessneri *Tigurini philosophi et medici clarissimi, physicarum meditationum, adnotationum et scholiorum libros quinque continens, qui tum recens ex variis Gessnerianae diligentiae relictis schedis collecti, methodice dispositi et conscripti per Casparum Wolphium Tigurinum Medicum* in lucem prodiere Tiguri 1586 uno vol. fol. in usus nostros advocare non dubitavimus. — Quamvis multa contineat, pro illius aevi cogitandi ac philosophandi ratione paulo abstrusiora, unde vix aliquis hodie fructum queat concipere, insunt tamen et alia, quae praesertim ad libros de meteoris, quorum quartum cum libris de generatione et interitu connectendum censuit, sed tamen ita, ut nostrae sententiae in altero volumine exponendae non refragetur, ad libros de anima et quae parva naturalia vocantur, spectant. Insunt praesertim scholia quaedam, aut ex graecis interpretibus, Alexandro, Olympiodoro, Ioanne Grammatico, Themistio, Simplicio collecta aut emendandi rationes proponentia pro lectionibus editionis Isengrinii (Bas. c.) et versionum Alcyonii et Perionii. Quorum multa nunc etiam utilitate non prorsus carere videbis. Nec non minime ineptae sunt adnotationum nonnullae, quae ad sententiam auctoris enucleandam magis spectant, quam ad verborum integritatem restituen-

dam. In libris de anima explicandis Gessneri opere nuperrime hic illic usus est Trendelenburgius. — De Accorambono supra diximus §. III. — Ultimo denique loco commemorandus est Koenigmann, qui sex programmata edidit Schleswig 1803 — 1805, in quibus Aristotelis geographiam mathematicam, physicam, et historicam explanare conatus est, nonnullaque loca non infeliciter emendavit, longe plura vero satis insigniter corrupit, omninoque multa futuris interpretibus explananda reliquit *).

Restant pauca de hac nostra editione monenda. Cum physicis scribendum esset, multa tetigi quae philologo minus necessaria, quamvis iucunda videbuntur: sed cum non minus philologis, multa erant exponenda, quae physicus haud vehementer desideravisset: unde factum est, ut nostri commentarii non tales prodeunt, quales prodiissent, si aut solis physicis aut solis philologis scribere constituissem. Physicorum gratia latinam interpretationem adieci, libri primi novam, secundi eam, quam Vicomercatus confecit, sed compluribus in locis emendatam. In excerptis ex graecis commentariis omnia ista dedi, quae vel ad historiam philosophiae, vel ad historiam naturalem veterum, vel ad criticam spectant: ineptiores de Aristotelicis sententiis dissertationes omisi. In verbis auctoris constituendis hic illic a Bekkero discessi, quem in plurimis secutus sum: coniecturas non nisi duas vel tres, quarum unam certissimam, recepi. Quod ad orthographiam spectat in Aristotelicis scriptis longe difficillimam, meas ea de re sententias in commentariis exposui.

Prae reliquis studui, ut ubi aliorum librorum locos laudandos censerem, quam accuratissime et liber cum capite et minore etiam, si fieri poterat, segmento, et voluminis pagina indicarentur. Qua in re nihilo tamen secius hic illic aut mea aut operarum incuria erratum esse animadverti et in Addendis et corrigendis monui. Nonnulli praeterea

*) Cfr. *Jen. Allg. Litt. Zeit.* 1804 nr. 154.

quin me plagulas corrigentem fugerint huius modi errores nullus dubito: et benignior quisque iudex, qui non ignorat solam solius hac in re non sufficere diligentiam animique attentionem, veniam precanti mihi non denegabit. Monendum praeterea, ut cum fere constanter usus sim Strabonis editione Almeloveeniana, nesciam qua mea factum sit incuria, ut interdum Casaubonianae in margine enotatas paginas laudaverim. Simile quiddam accidit in Plutarchi locis adferendis, cuius quod modo Wyttenbachii, modo Huttenii, modo Reiskii, in Placitis philosophorum interdum etiam (versus finem potissimum) Corsinii editionem laudavi, haud mea profecto erat culpa. Et omnino, cum editionum paginae nullum alium in finem a me sint adscriptae, nisi ut error in libri et capitis indicibus fortasse commissus citius corrigi possit, non magni sane interest, utrum hanc an illam laudaverim editionem. Multum operae eo impendi, ut omnes quotquot aliorum scriptorum locos adferendos censerem, ipse compararem, quod ubique alias factum non nisi tunc omissum est interdum, cum quo ex fonte talis fluxerit laudatio, a me indicatum est.

Quomodo acciderit, ut tantam addendorum ac corrigendorum copiam, quasi curas posteriores, in fine voluminis adiiciendam censuerim, facile est explicatu. Etenim loci, quo liber impressus est, distantia fecit, ut operarum complures me non animadvertente remanserint errores: temporis diuturnitas, cum praeterlapsi anni initio iamiam imprimi coeptum sit opus, ut inter legendum haud pauca sane sese ultro mihi obtulerint, quae opiniones meas aut firmarent aut inverterent. Quae si silentio transiissem neque aliorum neque mei ipsius causam bene egisse iudicarer. Nonnulla indici graeco in fine alterius voluminis inserenda censui. Si quid praeterea aut mea aut aliorum culpa peccatum est, id imbecillitati humanae condonetur. Quamvis enim bene intelligam, non satis esse voluisse ac melius saepenumero fecisse aliquem, si non voluisset: aliquid tamen pretii etiam illud habet, si non in unius cuiusvis stadii flexu ad metas haesimus.

Iam in fine adscribenda nobis videntur, quae de necessariis bono interpreti qualitatibus dixit D a v i d in prolegomen. in A r i s t o t e l i s *Categor.* p. 26, b (Brandis): *δεῖ τὸν ἐξηγητὴν μὴ ἐκ παντὸς τρόπου βιάζεσθαι καὶ λέγειν ὅτι πάντως ἀληθεύει ὁ ἀρχαῖος ὃν ἐξηγεῖται, ἀλλὰ πανταχοῦ ἐπιλέγειν „φίλος ὁ ἀνήρ, φιλτέρα δὲ ἡ ἀλήθεια". δεῖ αὐτὸν μὴ συμπάσχειν αἱρέσει τινί, ὃ πέπονθεν Ἰάμβλιχος· οὗτος γὰρ προσπάσχων τῷ Πλάτωνι, συνδίδωσι τῷ Ἀριστοτέλει ὅτι οὐκ ἀντιλέγει τῷ Πλάτωνι διὰ τὰς ἰδέας. δεῖ αὐτὸν μὴ ἀντιπάσχειν αἱρέσει, ὥσπερ Ἀλέξανδρος. οὗτος γὰρ ἀντιπάσχων τῇ ἀθανασίᾳ τῆς ψυχῆς τῆς λογικῆς, τὰς εἰρημένας ῥήσεις ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τῷ περὶ ἀθανασίας τῆς ψυχῆς καὶ ἀποδεικνυούσας ὅτι ἐστὶν ἀθάνατος ἡ ψυχὴ πειρᾶται πᾶσαν στροφὴν περιστρέφειν.* Neque enim quisquam profecto in me poterit reprehendere, aut quod aliam philosophicam doctrinam Aristotelicae praetulerim benigniusque foverim, id quod de P a t r i c i o notum est et in W e i s s i o nuper iure vituperavit T r e n d e l e n b u r g i u s, aut quod quem explicandum mihi proposuerim scriptorem, ubique, etiam si aut somniasset aut ineptiisset, defendendum censuerim. Nulli enim philosophicae scholae mihi addicto idonea non aderat causa, cur aut alios Aristoteli, aut Aristotelem aliis praeferrem, neque eo usque ineptiae aut insipientiae progressus sum, ut veterum, praesertim Aristotelis, dicta ac placita tamquam Dodonaei Iovis Pythiive Apollonis oracula esse audienda censerem, qualem animi mei intentionem reperisse sibi videbantur nonnulli in studio, quod hodienum nequaquam dissimulo, veteribus quidquid ipsis tamquam primis auctoribus sit tribuendum vindicandi. Vereor ne acciderit, ut eius modi virorum nimiam aliquando arrogantiam gloriaeque cupedinem invitus (en me veniam implorantem!) laeserim.

Restat, ut bibliopolae honestissimi, cuius sumtibus nova haec Meteorologicorum Aristotelis in lucem prodit editio, liberalitatem, qua externam libri faciem exornavit, iustis laudibus extollam. Alterum volumen, quo absolvetur editio, hoc prius statim subsequetur. Scripsi a. d. XII. Calend. Iul. anni MDCCCXXXIV.

Iul. Ludovic. Ideler.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΜΕΤΕΩΡΟΛΟΓΙΚΩΝ

ΤΩΝ ΕΙΣ Δ ΤΟ Α ΚΑΙ Β.

ARISTOTELIS

METEOROLOGICORUM

LIBRI DUO PRIORES

CUM INTERPRETATIONE LATINA.

ΜΕΤΕΩΡΟΛΟΓΙΚΩΝ Α.

—p. 338, a. Bekker— —p. 325, E. sq. Casaub.—

I. *Περὶ μὲν οὖν τῶν πρώτων αἰτίων τῆς φύσεως καὶ περὶ πάσης κινήσεως φυσικῆς, ἔτι δὲ περὶ τῶν κατὰ τὴν ἄνω φορὰν διακεκοσμημένων ἄστρων καὶ περὶ τῶν στοιχείων τῶν σωματικῶν, πόσα τε καὶ ποῖα, καὶ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς, καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς κοινῆς εἴρηται πρότερον.* 2. *Λοιπὸν δ' ἐστὶ μέρος τῆς μεθόδου ταύτης ἔτι θεωρητέον, ὃ πάντες οἱ πρότερον μετεωρολογίαν ἐκάλουν· ταῦτα* 2
δ' ἐστὶν ὅσα συμβαίνει κατὰ φύσιν μέν, ἀτακτοτέραν μέντοι τῆς τοῦ πρώτου στοιχείου τῶν σωμάτων, περὶ τὸν γειτνιῶντα μάλιστα τόπον τῇ φορᾷ τῶν ἄστρων, οἷον περί τε γάλακτος καὶ κομητῶν καὶ τῶν ἐκπυρουμένων καὶ κινουμένων φασμάτων, ὅσα τε θείημεν ἂν ἀέρος εἶναι κοινὰ πάθη καὶ ὕδατος, ἔτι δὲ γῆς ὅσα εἴδη καὶ μέρη καὶ πάθη τῶν μερῶν,

Cap. I. De primis igitur naturae causis, deque omni naturali motu, praeterea de sideribus in supernis sphaeris commode adornatis deque elementis corporeis, quot et qualia sint et de mutuo eorum transitu alterius in alterum, de communi generatione et interitu, antea disputatum est. 2. Restat institutionis huius consideranda illa pars, quam priores omnes meteorologiam vocavere, quae complectitur omnia, quae secundum naturam quidem, minus tamen sibi constantem illam, quam primi corporum elementi, in eo potissimum loco accidunt, qui a siderum revolutionibus proxime distat, quemadmodum de via lactea, de cometis et ostentis conflagrantibus et transcurrentibus, deque reliquis, quotquot aëri et aquae com-

ἐξ ὧν περί τε πνευμάτων καὶ σεισμῶν θεωρήσαιμεν ἂν τὰς αἰτίας καὶ περὶ πάντων τῶν γινομένων κατὰ τὰς κινήσεις τὰς τούτων· ἐν οἷς τὰ μὲν ἀποροῦμεν, τῶν δ᾽ ἐφαπτόμεθά τινα τρόπον· ἔτι δὲ περὶ κεραυνῶν πτώσεως καὶ τυφώνων καὶ πρηστήρων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων, ὅσα διὰ πῆξιν συμβαίνει πάθη τῶν αὐτῶν σωμάτων τούτων.

3 3. Διελθόντες δὲ περὶ τούτων θεωρήσωμεν, εἴ τι δυνάμεθα κατὰ τὸν ὑφηγημένον μέθοδον ἀποδοῦναι περὶ ζῴων καὶ φυτῶν, καθόλου τε καὶ χωρίς, σχεδὸν γὰρ τούτων ῥηθέντων τέλος ἂν εἴη γεγονὸς τῆς ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προαιρέσεως πάσης· ὧδ᾽ οὖν ἀρξάμενοι λέγωμεν περὶ τούτων πρῶτον.

1 II. Ἐπεὶ γὰρ διώρισται πρότερον ἡμῖν μία μὲν ἀρχὴ τῶν σωμάτων, ἐξ ὧν συνέστηκεν ἡ τῶν ἐν κύκλῳ φερομένων σωμάτων φύσις, ἄλλα δὲ τέτταρα σώματα διὰ τὰς τέτταρας ἀρχάς, ὧν διπλῆν εἶναί φαμεν τὴν κίνησιν, τὴν μὲν ἀπὸ τοῦ μέσου, τὴν δ᾽ ἐπὶ τὸ μέσον, (τεττάρων δ᾽ ὄντων τούτων, πυρὸς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ γῆς, τὸ μὲν τούτοις πᾶσιν ἐπιπολά-

munes esse dicamus, affectionibus. Deinde ventorum terraeque motuum causas contemplemur, et omnium istorum, quibus motus illi originem praebent. Quorum alia quidem ignoramus, alia quodam modo attigimus. Deinde de fulminum casu et vertigine et procellis deque reliquis corporum istorum affectionibus, concretione provocatis, quae sua vice redeunt. 3. Quae ubi exposuerimus, videamus, an aliquid ea, quam proposuimus, ratione de animalibus et plantis tam universim, quam speciatim disserere possimus. Quibus omnibus pertractatis finem fere toti expositioni, quam ab initio instituimus, imponere poterimus. Iam igitur de iis, quae enumeravimus, primum nobis dicendum est.

Cap. II. Cum enim antea nobis expositum sit, unum esse principium corporum, ex quibus constet orbiculari motu circumlatorum corporum natura, praetereaque alia quatuor corpora secundum quatuor principia, quibus duplicem esse motum censemus, alterum centrifugum, alterum centripetum (quatuor autem esse ista, ignem, aërem, aquam et terram, omnibusque

ζον εἶναι πῦρ τὸ δ' ὑφιστάμενον γῆν· δύο δ', ἃ πρὸς αὐτὰ τούτοις ἀνάλογον ἔχει, ἀὴρ μὲν γὰρ πυρὸς ἐγγύτατα τῶν ἄλλων, ὕδωρ δὲ γῆς·) ὁ δὴ περὶ τὴν γῆν ὅλος κόσμος ἐκ τούτων συνέστηκε τῶν σωμάτων, περὶ ὃν τὰ συμβαίνοντα πάθη φαμὲν εἶναι ληπτέον. 2. Ἐστὶ δ' ἐξ ἀνάγκης συνεχής πως 2
οὗτος ταῖς ἄνω φοραῖς, ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν κυβερνᾶσθαι ἐκεῖθεν· ὅθεν γὰρ ἡ τῆς κινήσεως ἀρχὴ πᾶσιν, ἐκείνην αἰτίαν νομιστέον πρώτην· πρὸς δὲ τούτοις ἡ μὲν ἀΐδιος καὶ τέλος οὐκ ἔχουσα τῷ τόπῳ τῆς κινήσεως, ἀλλ' ἀεὶ ἐν τέλει· ταῦτα δὲ τὰ σώματα πάντα πεπερασμένους διέστηκε τόπους ἀλλήλων, ὥστε τῶν συμβαινόντων περὶ αὐτὸν πῦρ μὲν καὶ γῆν καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις ὡς ἐν ὕλης εἴδει τῶν γινομένων αἴτια χρὴ νομίζειν (τὸ γὰρ ὑποκείμενον καὶ πάσχον τοῦτον προσαγορεύομεν τὸν τρόπον), τὸ δ' οὕτως αἴτιον ὡς ὅθεν ἡ τῆς κινήσεως ἀρχή, τὴν τῶν ἀεὶ κινουμένων αἰτιατέον δύναμιν.

III. Ἀναλαβόντες οὖν τὰς ἐξ ἀρχῆς θέσεις καὶ τοὺς ὡρι- 1
σμένους πρότερον διορισμούς, λέγωμεν περί τε τῆς τοῦ γάλακτος

supernatare ignem, imum locum tenere terram, duoque reliqua cognatam alterutri naturam habere, cum aër propior sit igni ac reliqua, aqua autem terrae), totus, qui terram amplectitur, ex hisce constat corporibus mundus, in quo quae accidant, iam consideranda esse censemus. 2. Est autem mundus ille aliqua tenus coniunctus cum superioribus motibus ita, ut omnis eius facultas inde regatur. Ista enim prima censenda est causa, quae cuivis motui initium praebet. Deinde sempiterna haec est et finem motus in loco non consequitur, sed semper in fine versatur. Omnia vero ista corpora aliud ab alio certa loci distantia absunt ita, ut eorum, quae circa terram accidunt, causam censere fas sit, ignem et terram et quae his cognata, quantum ad ea, quae fiant in genere materiae (ita enim vocamus omne, quod subest et patitur), vim autem eorum, quae sempiterno motu gaudent, quantum ad quaestionem attineat, unde motus exordium sit quaerendum.

Cap. III. Postquam igitur, quae ab exordio posuimus, quaeque supera constituimus definitione, a nobis repetita sunt,

φαντασίας καὶ περὶ κομητῶν καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τυγχάνει τούτοις ὄντα συγγενῆ· φαμὲν δὲ πῦρ καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ καὶ γῆν γίνεσθαι ἐξ ἀλλήλων, καὶ ἕκαστον ἐν ἑκάστῳ ὑπάρχειν τούτων δυνάμει, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων οἷς ἕν τι καὶ ταὐτὸν
2 ὑπόκειται, εἰς ὃ ἀναλύονται ἔσχατον. 2. Πρῶτον μὲν οὖν ἀπορήσειεν ἄν τις περὶ τὸν καλούμενον ἀέρα, τίνα τε χρὴ λαβεῖν αὐτοῦ τὴν φύσιν ἐν τῷ περιέχοντι κόσμῳ τὴν γῆν, καὶ πῶς ἔχει τάξει πρὸς τἆλλα τὰ λεγόμενα στοιχεῖα τῶν σωμάτων (ὁ μὲν γὰρ τῆς γῆς ὄγκος πηλίκος ἄν τις εἴη πρὸς τὰ περιέχοντα μεγέθη, οὐκ ἄδηλον· ἤδη γὰρ ὦπται διὰ τῶν ἀστρολογικῶν θεωρημάτων ἡμῖν ὅτι πολὺ καὶ τῶν ἄστρων ἐνίων ἐλάττων ἐστίν· ὕδατος δὲ φύσιν συνεστηκυῖαν καὶ ἀφωρισμένην οὔθ' ὁρῶμεν οὔτ' ἐνδέχεται κεχωρισμένην εἶναι τοῦ περὶ τὴν γῆν ἱδρυμένου σώματος, οἷόν τε τῶν φανερῶν, θαλάττης καὶ ποταμῶν, κἂν εἴ τε κατὰ βάθους ἄδηλον ἡμῖν ἐστιν), τὸ δὲ δὴ μεταξὺ τῆς γῆς τε καὶ τῶν ἐσχάτων ἄστρων πότερον ἕν τι νομιστέον εἶναι σῶμα τὴν φύσιν ἢ πλείω, κἂν εἰ πλείω,

dicamus de lactis phaenomeno, tum de cometis, tum denique de reliquis, quotquot his cognata sunt. Contendimus autem ignem, aërem, aquam et terram alterum ex altero gigni, et eorum singula in singulis exstare vi oppositionis principiorum, quemadmodum fit etiam in reliquis corporibus, quibus unum quoddam idemque subest, in quod denique dissolvuntur. 2. Primum quidem dubitaverit aliquis, qualis natura tribuenda sit elemento, quod aërem vocamus, in mundo, quo terra circumdatur, et quo disponatur ordine ad reliqua, quae corporum elementa dicuntur. (Non enim dubium est, quantulamcunque rationem habeat terrae moles ad eas, quae ambiunt, magnitudines: iam enim ope astronomicorum theorematum vidimus, multo eam etiam astris quibusdam esse minorem. Aquae autem naturam condensam et undique conterminatam neque videmus divulsam a corporibus in terra sitis, tum ab apertis, qualia sunt mare et flumina, tum ab illis, si qua propter profunditatem nobis recondita sunt, neque fieri id potest); deinde utrum unum tantum corpus inter terram et extrema astra contineatur, an plura,

πόσα καὶ μέχρι ποῦ διώρισται τοῖς τόποις; 3. Ἡμῖν μὲν οὖν 3
εἴρηται πρότερον περὶ τοῦ πρώτου στοιχείου, ποῖόν τι τὴν δύ-
ναμίν ἐστι καὶ ὅτι πᾶς ὁ περὶ τὰς ἄνω φορὰς κόσμος ἐκείνου
τοῦ σώματος πλήρης ἐστίν· καὶ ταύτην τὴν δόξαν οὐ μόνον
ἡμεῖς τυγχάνομεν ἔχοντες, φαίνεται δ᾽ ἀρχαία τις ὑπόληψις
αὕτη καὶ τῶν πρότερον ἀνθρώπων. 4. Ὁ γὰρ λεγόμενος αἰ- 4
θὴρ παλαιὰν εἴληφε τὴν προσηγορίαν, ἣν Ἀναξαγόρας μὲν τῷ
πυρὶ ταὐτὸν ἡγήσασθαί μοι δοκεῖ σημαίνειν· τά τε γὰρ ἄνω
πλήρη πυρὸς εἶναι, κἀκεῖνος τὴν ἐκεῖ δύναμιν αἰθέρα καλεῖν
ἐνόμισεν, τοῦτο μὲν ὀρθῶς νομίσας· τὸ γὰρ ἀεὶ σῶμα θέον
ἅμα τε θεῖον τὴν φύσιν ἐοίκασιν ὑπολαβεῖν, καὶ διώρισαν
ὀνομάζειν αἰθέρα τὸ τοιοῦτον ὡς ὂν οὐθενὶ τῶν παρ᾽ ἡμῖν τὸ
αὐτό· οὐ γὰρ δὴ φήσομεν οὐδ᾽ ἅπαξ, οὐδὲ δίς, οὐδ᾽ ὀλιγάκις
τὰς αὐτὰς δόξας ἀνακυκλεῖν γινομένας ἐν τοῖς ἀνθρώποις,
ἀλλ᾽ ἀπειράκις. 5. Ὅσοι δὲ πῦρ καθαρὸν εἶναί φασι τὸ πε- 5
ριέχον καὶ μὴ μόνον τὰ φαινόμενα σώματα, τὸ δὲ μεταξὺ γῆς
καὶ τῶν ἄστρων ἀέρα, θεωρήσαντες ἂν τὰ νῦν δεικνυμένα διὰ

et si plura, quot et quem usque ad locum unumquodque extendatur. 3. Iam supra locuti sumus de primo elemento, quales facultates habeat, et monuimus totam superis motibus vicinam mundi partem illo corpore repletam esse. Quam opinionem non solum nos habere contingimus, sed videtur potius iam a prioris aevi hominibus esse adoptata. 4. Qui enim aether vocatur, iam antiquitus hoc nomen accepit, cuius significationem eandem, quam ignis esse indicare voluisse mihi videtur Anaxagoras, cum superas regiones igne repletas et vim, quae inibi existeret aethera appellandum esse censuerit, posterius recte quidem monens. Corpus enim, quod continuata et perenni motione gaudet, simul divinam naturam habere existimasse sibi visi sunt, unde statuerunt definiendum, aetherem esse illud, quod ab omnibus, quae apud nos existant, differat. Neque enim semel neque bis neque raro tantum easdem inter homines sententias recurrere contendimus, sed in infinitum. 5. Quotquot mero igne constare omne id, quod ambiat, neque sola corpora circumlata, locum vero terram intra et sidera aëre esse

τῶν μαθημάτων ἱκανῶς, ἴσως ἂν ἐπαύσαντο ταύτης τῆς παι-
δικῆς δόξης· λίαν γὰρ ἁπλοῦν τὸ νομίζειν μικρὸν τοῖς μεγέ-
θεσιν εἶναι τῶν φερομένων ἕκαστον, ὅτι φαίνεται θεωροῦσιν
6 ἡμῖν ἐντεῦθεν οὕτως. 6. Εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρότερον ἐν
τοῖς περὶ τὸν ἄνω τόπον θεωρήμασι, λέγωμεν δὲ τὸν αὐ-
τὸν λόγον καὶ νῦν· εἰ γὰρ τά τε διαστήματα πλήρη πυρός,
καὶ τὰ σώματα συνέστηκεν ἐκ πυρός, πάλαι φροῦδον ἂν ἦν
7 ἕκαστον τῶν ἄλλων στοιχείων. 7. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἀέρος γε
μονου πλήρη· πολὺ γὰρ ἂν ὑπερβάλλοι τὴν ἰσότητα τῆς κοι-
νῆς ἀναλογίας πρὸς τὰ σύστοιχα σώματα, κἂν εἰ δύο στοι-
χείων πλήρης ὁ μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ τόπος ἐστίν· οὐδὲν
γὰρ ὡς εἰπεῖν μόριον ὁ τῆς γῆς ἐστὶν ὄγκος, ἐν ᾧ συνείληπται
πᾶν καὶ τὸ τοῦ ὕδατος πλῆθος, πρὸς τὸ περιέχον μέγεθος·
ὁρῶμεν δ' οὐκ ἐν τοσούτῳ μεγέθει γινομένην τὴν ὑπεροχὴν
τῶν ὄγκων, ὅταν ἐξ ἀέρος ὕδωρ γένηται διακριθέντος ἢ
πῦρ ἐξ ἀέρος· ἀνάγκη δὲ τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον, ὃν ἔχει τὸ
τοσονδὶ καὶ μικρὸν ὕδωρ πρὸς τὸν ἐξ αὐτοῦ γινόμενον ἀέρα,

repletum censent, fortasse abiicerent hanc puerilem opinionem, consideraturi ea, quae iam nunc mathematica ratione satis luculenter demonstrari possunt. Nimis enim absurdum est putare exigua tantum magnitudine unumquodvis circumlatorum corporum gaudere idcirco, quia nobis hinc ea intuentibus talia appareant. 6. In theorematis, quae ad superum locum spectant, ea de re iam disseruimus, repetamus vero hoc etiam loco eandem argumentationem. Quodsi enim intervalla igne repleta essent et corpora ex igne constarent, dudum abolitum foret quodvis aliud elementum. 7. At neque aëris solius plena sunt. Multum enim excederet communis rationis ad reliqua elementa aequabilitatem, si vel duobus elementis terram inter et caelum locus esset repletus; nam minima quidem, ut ita dicam, particula cum reliquo mundo comparata terrae est moles, in qua tamen omnis etiam aquae quantitas deprehenditur. At excessum molis nequaquam tanta magnitudine fieri videmus, quando ex aqua per secretionem aër fit, quam si ex aëre ignis: necesse vero est, eadem ratione sit haec tantilla aqua ad aërem ex ipsa pro-

καὶ τὸν πάντα πρὸς τὸ πᾶν ὕδωρ. 8. Διαφέρει δ' οὐθὲν 8
οὐδ' εἴ τίς φησι μὲν μὴ γίνεσθαι ταῦτα ἐξ ἀλλήλων, ἴσα
μέντοι τὴν δύναμιν εἶναι· κατὰ τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον ἀνάγκη
τὴν ἰσότητα τῆς δυνάμεως ὑπάρχειν τοῖς μεγέθεσιν αὐτῶν,
ὥσπερ κἂν εἰ γινόμενα ἐξ ἀλλήλων ὑπῆρχεν. ὅτι μὲν οὖν οὔτ'
ἀὴρ οὔτε πῦρ συμπεπλήρωκε μόνον τὸν μεταξὺ τόπον, φανε-
ρόν ἐστιν. 9. Λοιπὸν δὲ διαπορήσαντας εἰπεῖν πῶς τέτακται 9
τὰ δύο πρὸς τὴν τοῦ πρώτου σώματος θέσιν, λέγω δὲ ἀέρα
τε καὶ πῦρ, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν ἡ θερμότης ἀπὸ τῶν ἄνωθεν
ἄστρων γίνεται τοῖς περὶ τὴν γῆν τόποις. περὶ ἀέρος οὖν εἰ-
πόντες πρῶτον, ὥσπερ ὑπεθέμεθα, λέγωμεν οὕτω καὶ περὶ
τούτων πάλιν. 10. Εἰ δὴ γίνεται ὕδωρ ἐξ ἀέρος καὶ ἀὴρ ἐξ 10
ὕδατος, διὰ τίνα ποτ' αἰτίαν οὐ συνίσταται νέφη κατὰ τὸν
ἄνω τόπον; προσῆκε γὰρ μᾶλλον ὅσῳ πορρώτερον ὁ τόπος
τῆς γῆς καὶ ψυχρότερος, διὰ τὸ μήθ' οὕτω πλησίον εἶναι τῶν
ἄστρων θερμῶν ὄντων μήτε τῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἀνακλωμένων
ἀκτίνων, αἳ κωλύουσι πλησίον τῆς γῆς συνίστασθαι, διακρί-
νουσαι τῇ θερμότητι τὰς συστάσεις· γίνονται γὰρ αἱ τῶν νε-

genitum, quemadmodum omnis aqua ad omnem aërem. 8. Nihil etiam differt, si quis haec non oriri alterum ex altero, facultate tamen paria esse dicit: hac enim ratione necesse foret, ut pares vires illorum magnitudinibus inessent, quod ad idem rediret, ac si mutuo gignerentur. Patet igitur solum neque aërem neque ignem complere locum inter terram et caelum. 9. Restat, ut dubitanter exponamus, quonam modo haec duo elementa, aër et terra, ad situm primi corporis adornata sint et quam ob causam calor a supernis sideribus ad loca circa terram pervadat. Postquam igitur de aëre primo loco diximus, sicuti nobis proposuimus, eodem deinde modo etiam de reliquis disseramus. 10. Si re vera aqua ex aëre et aër ex aqua fit, quid tandem causae est, cur nubes in superiore loco non consistant? Eo enim magis id fieri debet, quo magis locus a terra distat, quo frigidior igitur est, cum neque satis propinqua sint calida astra, neque radii a terra reflexi, qui in terrae vicinia nubes consistere cohibent, calore suo concretiones dissolvant. Fiunt

φῶν ἀθροίσεις, οὗ λήγουσιν ἤδη διὰ τὸ σχίζεσθαι εἰς ἀχανὲς
11 αἱ ἀκτῖνες· 11. Ἢ οὖν οὐκ ἐξ ἅπαντος τοῦ ἀέρος ὕδωρ πέ-
φυκεν γίνεσθαι, ἢ εἰ ὁμοίως ἐξ ἅπαντος, ὁ περὶ τὴν γῆν
οὐ μόνον ἀήρ ἐστιν ἀλλ᾽ οἷον ἀτμίς, διὸ πάλιν συνίσταται εἰς
ὕδωρ· ἀλλὰ μὴν εἰ τοιοῦτος ὢν ὁ ἀὴρ ἅπας ἀτμίς ἐστιν, δό-
ξειεν ἂν πολὺ ὑπερβάλλειν ἡ τοῦ ἀέρος φύσις καὶ ἡ τοῦ ὕδα-
τος, εἴπερ τά τε διαστήματα τῶν ἄνω πλήρη ἐστὶ σώμα-
τός τινος καὶ πυρὸς μὲν ἀδύνατον διὰ τὸ κατεξηράνθαι ἂν
τἆλλα πάντα, λείπεται δ᾽ ἀέρος καὶ τοῦ περὶ τὴν γῆν πᾶσαν
12 ὕδατος· ἡ γὰρ ἀτμὶς ὕδατος διάκρισίς ἐστιν. 12. Περὶ μὲν
οὖν τούτων ἠπορήσθω τοῦτον τὸν τρόπον· Ἡμεῖς δὲ λέγω-
μεν ἅμα πρός τε τὰ λεχθησόμενα διορίζοντες καὶ πρὸς τὰ νῦν
εἰρημένα· τὸ μὲν γὰρ ἄνω καὶ μέχρι σελήνης ἕτερον εἶναι σῶ-
μά φαμεν πυρός τε καὶ ἀέρος, οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ γε τὸ
μὲν καθαρώτερον εἶναι τὸ δ᾽ ἧττον εἰλικρινές, καὶ διαφο-
ρὰς ἔχειν καὶ μάλιστα ᾗ καταλήγει πρὸς τὸν ἀέρα καὶ πρὸς
13 τὸν περὶ τὴν γῆν κόσμον. 13. Φερομένου δὲ τοῦ πρώτου στοι-

enim nubium condensationes, ubi propter dispersionem in vastum spatium radii desinunt. 11. Itaque aut non ex omni aëre aqua fit, aut si pariter ex quovis, qui terram cingit non solum est aër, sed quasi vapor, unde rursus in aquam redit. Atqui, si tanta aëris quantitas unice ex vapore aquoso constaret, aëris et aquae natura reliquorum elementorum naturam longe excedere videretur, siquidem intervalla astrorum corporis cuiusdam plena sunt — igne profecto repleta esse nequeunt, quod reliqua omnia iam exsiccata essent — ita, ut nihil restet, nisi ut aëris omnisque circa terram aquae plena sint. Vapor enim aquae est secretio. 12. De his igitur hac ratione dubitatum sit; nos vero dicamus simul, quid de iis statuendum sit, quae iam dicta sunt et quid de iis, quae dicenda restant. Quod enim supra ad lunam usque extenditur, contendimus esse corpus diversum ab igne et aëre, tamenetsi, partim sincerius partim minus sincerum, varietates subeat, praesertim ibi, ubi versus aërem et versus mundum, qui terram ambit, desinit. 13. Cum vero primum elementum et quae illi inhaerent corpora gyro

χείου κύκλῳ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ σωμάτων, τὸ προσεχὲς ἀεὶ τοῦ
κάτω κόσμου καὶ σώματος τῇ κινήσει διακρινόμενον ἐκπυροῦ-
ται καὶ ποιεῖ τὴν θερμότητα· δεῖ δὲ νοεῖν οὕτως καὶ ἐντεῦθεν
ἀρξαμένους. τὸ γὰρ ὑπὸ τὴν ἄνω περιφορὰν σῶμα οἷον ὕλη τις
οὖσα καὶ δυνάμει θερμὴ καὶ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ καὶ ὑγρὰ καὶ ὅσα
ἄλλα τούτοις ἀκολουθεῖ πάθη, γίνεται τοιαύτη καὶ ἔστιν ὑπὸ
κινήσεώς τε καὶ ἀκινησίας, ἧς τὴν αἰτίαν καὶ τὴν ἀρχὴν εἰρή-
καμεν πρότερον. 14. Ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ μέσου καὶ περὶ τὸ 14
μέσον τὸ βαρύτατόν ἐστι καὶ ψυχρότατον ἀποκεκριμένον, γῆ
καὶ ὕδωρ· περὶ δὲ ταῦτα καὶ τὰ ἐχόμενα τούτων, ἀήρ τε καὶ
ὃ διὰ συνήθειαν καλοῦμεν πῦρ, οὐκ ἔστι δὲ πῦρ· ὑπερβολὴ
γὰρ θερμοῦ καὶ οἷον ζέσις ἐστὶ τὸ πῦρ. 15. Ἀλλὰ δεῖ νοῆσαι 15
τοῦ λεγομένου ὑφ' ἡμῶν ἀέρος τὸ μὲν περὶ τὴν γῆν οἷον ὑγρὸν
καὶ θερμὸν εἶναι διὰ τὸ ἀτμίζειν τε καὶ ἀναθυμίασιν ἔχειν γῆς,
τὸ δ' ὑπὲρ τοῦτο θερμὸν ἤδη καὶ ξηρόν. ἔστι γὰρ ἀτμίδος μὲν
φύσις ὑγρὸν καὶ θερμόν, ἀναθυμιάσεως δὲ θερμὸν καὶ ξηρόν·
καί ἐστιν ἀτμὶς μὲν δυνάμει οἷον ὕδωρ, ἀναθυμίασις δὲ δυνά-
μει οἷον πῦρ. 16. Τοῦ μὲν οὖν ἐν τῷ ἄνω τόπῳ μὴ συνί- 16

feruntur, ea mundi et inferioris corporis quae ipsi proxima pars discreta incenditur et calorem provocat. Hinc quoque exordio sumto, sic rem animo concipere fas est. Corpus enim infra superam lationem cum veluti materies quaedam sit, facultate praedita calida et frigida, sicca et humida et reliquis, quotquot ex his consequuntur, affectionibus, talis redditur atque exsistit partim motu, partim quiete, cuius rei causam atque originem supra exposuimus. 14. In medio igitur et circa medium gravissima et frigidissima, terra et aqua, secreta residunt: circa haec et quae illis comprehenduntur, aër et id quod ignem vocare solemus, quod autem re vera ignis non est. Caloris enim exsuperantia et quasi fervor est ignis. 15. Sed intelligendum est eius, quem aërem dicimus, partem terrae circumfusam esse humidam et calidam, cum terrae humidum et siccum vaporem contineat, superiorem partem calidam et siccam: aquosi enim vaporis natura est humida et calida, sicci calida et sicca; ille qualitate sua aquae accedit, hic igni. 16. Quod

στασθαι νέφη ταύτην ὑποληπτέον αἰτίαν εἶναι, ὅτι οὐκ ἔνεστιν ἀὴρ μόνον ἀλλὰ μᾶλλον οἷον πῦρ· οὐθὲν δέ κωλύει καὶ διὰ τὴν κύκλῳ φορὰν κωλύεσθαι συνίστασθαι νέφη ἐν τῷ ἄνω τόπῳ· ῥεῖν γὰρ ἀναγκαῖον ἅπαντα τὸν κύκλῳ ἀέρα, ὅσος μὴ ἐντὸς τῆς περιφερείας λαμβάνεται τῆς ἀπαρτιζούσης ὥστε τὴν
17 *γῆν σφαιροειδῆ εἶναι πᾶσαν.* 17. *Φαίνεται γὰρ καὶ νῦν ἡ τῶν ἀνέμων γένεσις ἐν τοῖς λιμνάζουσι τόποις τῆς γῆς, καὶ οὐχ ὑπερβάλλει τὰ πνεύματα τῶν ὑψηλῶν ὀρῶν· ῥεῖ δὲ κύκλῳ διὰ τὸ συνεφέλκεσθαι τῇ τοῦ ὅλου περιφορᾷ· τὸ μὲν γὰρ πῦρ τῷ ἄνω στοιχείῳ, τῷ δὲ πυρὶ ὁ ἀὴρ συνεχής ἐστιν, ὥστε*
18 *καὶ διὰ τὴν κίνησιν κωλύεται συγκρίνεσθαι εἰς ὕδωρ.* 18. *Ἀλλ' ἀεὶ ὅ, τι ἂν βαρύνηται μόριον αὐτοῦ ἐκθλιβομένου εἰς τὸν ἄνω τόπον τοῦ θερμοῦ κάτω φέρεται, ἄλλο δ' ἐν μέρει συναναφέρεται τῷ ἀναθυμιωμένῳ πυρί, καὶ οὕτω συνεχῶς τὸ μὲν ἀέρος διατελεῖ πλῆρες ὂν τὸ δὲ πυρός, καὶ ἀεὶ ἄλλο καὶ ἄλλο γί-*
19 *νεται ἕκαστον αὐτῶν.* 19. *Περὶ μὲν οὖν τοῦ μὴ γίνεσθαι νέφη μηδ' εἰς ὕδωρ σύγκρισιν, καὶ πῶς δεῖ λαβεῖν περὶ τοῦ μεταξὺ τόπου τῶν ἄστρων καὶ τῆς γῆς καὶ τίνος ἐστὶ σώ-*

igitur in superiore loco nubes nullae consistant, idcirco fit, quia ibi non merus aër, sed quasi ignis exsistit. Etsi nihil etiam impedit, quo minus statuas propter conversionem orbicularem nullas superiore in loco nubes consistere. Necesse enim est, ut omnis aër, quicunque non intra ambitum deprehenditur ita conterminatum, ut tota terra globi formam accipiat, orbe circumfluat. 17. Nunc quoque mihi videntur venti in paludosis terrae locis oriri, neque summos excedunt montes. Orbe autem fertur aër, quia una cum latione totius mundi trahatur. Ignis enim supremo elemento, igni aër continuus est ita, ut motu quoque prohibeatur, quo minus in aquam convertatur. 18. Sed quaecunque particula, calore suo in superiorem locum repercusso, ingravescit, deorsum fertur, alia sua vice una cum igne, qui exhalatur, adscendit, atque ita continuo altera pars igne, altera aëre repleta est et unaquaeque mox in hunc [ignem] transit, mox in illum [aërem] redit. 19. Haec dicta sunto de quaestione, cur [in superiore loco] nubes nullae consistant, neque aquae fiat

ματος πλήρης, τοσαῦτα εἰρήσθω. Περὶ δὲ τῆς γινομένης
θερμότητος, ἣν παρέχεται ὁ ἥλιος, μᾶλλον μὲν καθ' αὑτὸ
καὶ ἀκριβῶς ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεως προσήκει λέγειν (πάθος
γάρ τι τὸ θερμὸν αἰσθήσεώς ἐστιν), διὰ τίνα δ' αἰτίαν γίνε-
ται μὴ τοιούτων ὄντων ἐκείνων τὴν φύσιν, λεκτέον καὶ νῦν.
20. Ὁρῶμεν δὴ τὴν κίνησιν ὅτι δύναται διακρίνειν τὸν ἀέρα 20
καὶ ἐκπυροῦν, ὥστε καὶ τὰ φερόμενα τηκόμενα φαίνεσθαι πολ-
λάκις· τὸ μὲν οὖν γίνεσθαι τὴν ἀλέαν καὶ τὴν θερμότητα
ἱκανή ἐστι παρασκευάζειν καὶ ἡ τοῦ ἡλίου φορὰ μόνον· τα-
χεῖάν τε γὰρ δεῖ καὶ μὴ πόρρω εἶναι· ἡ μὲν οὖν τῶν ἄστρων
ταχεῖα μὲν πόρρω δέ, ἡ δὲ τῆς σελήνης κάτω μὲν βραδεῖα δέ·
ἡ δὲ τοῦ ἡλίου ἄμφω ταῦτ' ἔχει ἱκανῶς· τὸ δὲ μάλιστα γίνε-
σθαι ἅμα τῷ ἡλίῳ αὐτῷ τὴν θερμότητα εὔλογον, λαμβάνον-
τας τὸ ὅμοιον ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γινομένων· καὶ γὰρ ἐνταῦθα
τῶν βίᾳ φερομένων ὁ πλησιάζων ἀὴρ μάλιστα γίνεται θερμός·
καὶ τοῦτ' εὐλόγως συμβαίνει· μάλιστα γὰρ ἡ τοῦ στερεοῦ δια-
κρίνει κίνησις αὐτόν· 21. Διά τε ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν 21
ἀφικνεῖται πρὸς τόνδε τὸν τόπον ἡ θερμότης καὶ διὰ τὸ τὸ

concretio, quid de loco inter astra et terram sit censendum et quo sit repleta corpore, de calore autem, quem sol praebet, seorsim et accuratius in libris de sensu dicendum est, cum calor affectio quaedam sit sensuum: at quo modo provocetur, cum astra natura sua calida non sint, etiam hoc loco exponendum est. 20. Videmus igitur, quomodo motu aër possit seiungi et incendi, quemadmodum [pernici motu] rapta saepe liquefiunt. Vaporem igitur caloremque provocare etiam unicus sol latione sua sufficit, celerem enim esse oportet, neque procul distare. Astrorum vero motus celer quidem, sed longe remotior: lunae propior quidem, sed tardus: utrumque quantum satis deprehenditur in sole. Quod autem cum ipso sole maximus calor exsistit, id rationi prorsus consentaneum est, cuius rei similitudinem ab iis depromimus, quae apud nos fieri solent. Nam hic quoque, quoties vi aliquid rapitur, vicinus aër maxime calidus redditur, id quod recte fit, quandoquidem solidi motus aërem maxime secernit. 21. Propter hanc igitur causam calor ad hunc locum

περιέχον πῦρ τὸν ἀέρα διαρραίνεσθαι τῇ κινήσει πολλάκις καὶ φέρεσθαι κάτω βίᾳ· σημεῖον δ' ἱκανόν, ὅτι ὁ ἄνω τόπος οὐκ ἔστι θερμὸς οὐδ' ἐκπεπυρωμένος καὶ αἱ διαδρομαὶ τῶν ἀστέρων· ἐκεῖ μὲν γὰρ οὐ γίνονται, κάτω δέ· καίτοι τὰ μᾶλλον κινούμενα καὶ θᾶττον ἐκπυροῦται· πρὸς δὲ τούτοις ὁ ἥλιος, ὅσπερ μάλιστα εἶναι δοκεῖ θερμός, φαίνεται λευκός, ἀλλ' οὐ πυρώδης ὤν.

1 IV. Τούτων δὲ διωρισμένων, λέγωμεν διὰ τίν' αἰτίαν αἵ τε φλόγες αἱ καόμεναι φαίνονται περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ οἱ διαθέοντες ἀστέρες καὶ οἱ καλούμενοι ὑπό τινων δαλοὶ καὶ αἶγες· ταῦτα γὰρ πάντ' ἐστὶ τὸ αὐτὸ καὶ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, διαφέρει δὲ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον. ἀρχὴ δ' ἐστὶ καὶ
2 τούτων καὶ πολλῶν ἄλλων ἥδε. 2. Θερμαινομένης γὰρ τῆς γῆς ὑπὸ τοῦ ἡλίου τὴν ἀναθυμίασιν ἀναγκαῖον γίνεσθαι μὴ ἁπλῆν, ὥς τινες οἴονται, ἀλλὰ διπλῆν, τὴν μὲν ἀτμιδωδεστέραν, τὴν δὲ πνευματωδεστέραν, τὴν μὲν τοῦ ἐν τῇ γῇ καὶ ἐπὶ τῇ γῇ ὑγροῦ ἀτμιδώδη, τὴν δ' αὐτῆς τῆς γῆς οὔσης ξηρᾶς

pervenit et quia ignis aërem ambiens saepenumero divellitur et deorsum vi deducitur. Superiorem vero locum nequaquam calidum aut ignitum esse, etiam stellarum traiectiones satis superque demonstrant. Ibi enim non fiunt, sed infra; quamvis quae maiore motu gaudent, etiam magis incenduntur. His accedit, quod sol, qui omnium calidissimus esse videtur, albus apparet, non igneo colore.

Cap. IV. Quibus definitis, dicamus quam propter rationem tum flammae ardentes, tum stellae transcurrentes, tum quae faces (δαλοί) et caprae a nonnullis dicantur in vicinia caeli appareant. Haec enim omnia eadem sunt eademque ratione fiunt, neque differunt, nisi maiore aut minore intensitate. Principium vero horum multorumque aliorum [phanomenorum] hoc est. 2. Terra a sole calefacta, necesse est duplex ut fiat evaporatio (non simplex, quemadmodum opinantur nonnulli) altera, quae ad vaporem, altera quae ad spiritum proxime accedat, altera humoris in terra et supra terram vapor, altera ipsius terrae, quae sicca est, fumida evaporatio, earumque illa,

καπνώδη· καὶ τούτων τὴν μὲν πνευματώδη ἐπιπολάζειν διὰ τὸ
κοῦφον, τὴν δ᾿ ὑγροτέραν ὑφίστασθαι διὰ τὸ βάρος. 3. Καὶ 3
διὰ ταῦτα τοῦτον τὸν τρόπον κεκόσμηται τὸ πέριξ· πρῶτον
μὲν γὰρ ὑπὸ τὴν ἐγκύκλιον φοράν ἐστι τὸ θερμὸν καὶ ξη-
ρόν, ὃ λέγομεν πῦρ (ἀνώνυμον γὰρ τὸ κοινὸν ἐπὶ πάσης τῆς
καπνώδους διακρίσεως· ὅμως δὲ διὰ τὸ μάλιστα πεφυκέναι τὸ
τοιοῦτον ἐκκάεσθαι τῶν σωμάτων οὕτως ἀναγκαῖον χρῆσθαι τοῖς
ὀνόμασιν), ὑπὸ δὲ ταύτην τὴν φύσιν ἀήρ. 4. Δεῖ δὲ νοῆσαι 4
οἷον ὑπέκκαυμα τοῦτο ὃ νῦν εἴπομεν πῦρ περιτετάσθαι τῆς περὶ
τὴν γῆν σφαίρας ἔσχατον, ὥστε μικρᾶς κινήσεως τυχὸν ἐκκά-
εσθαι πολλάκις, ὥσπερ τὸν καπνόν· ἔστι γὰρ ἡ φλὸξ πνεύμα-
τος ξηροῦ ζέσις· 5. Ἧι ἂν μάλιστα εὐκαίρως ἔχῃ ἡ τοιαύτη 5
σύστασις, ὅταν ὑπὸ τῆς περιφορᾶς κινηθῇ πως, ἐκκάεται· δια-
φέρει οὖν δὴ κατὰ τὴν τοῦ ὑπεκκαύματος θέσιν ἢ τὸ πλῆθος·
ἂν μὲν γὰρ πλάτος ἔχῃ καὶ μῆκος τὸ ὑπέκκαυμα, πολλάκις ὁ-
ρᾶται καομένη φλὸξ ὥσπερ ἐν ἀρούρᾳ καλάμης, ἂν δὲ κατὰ

quae spiritus naturam habet, propter levitatem emineat, haec humidior propter gravitatem inferiores regiones occupet. 3. Hoc igitur ordine gaudet id, quod terram ambit. Proximum circulari lationi locum occupat calidum siccumque, quod ignem vocamus (nomine enim caret id, quod omni fumidae secretioni commune est: cum vero inter omnia corpora maxime tale sit, ut facillime incendatur, necesse est, ut hac ratione nominibus utamur), inferiorem isto aër. 4. Bene autem notandum est, id quod iam ignem vocavimus, ultimo sphaerae, quae terram ambit, loco esse positum ita, ut exiguum ubi nactus est motum, saepe fumi adinstar exardescat. Flamma enim nihil est aliud, nisi sicci spiritus fervor. 5. Talis igitur concretio, quando per conversionem aliqua ratione motu afficitur, qua ex parte ardori concipiendo maxime idonea est, incenditur. Sed pro materiae, quae incensioni apta est, copia et situ differentia existit; quando latitudine et longitudine gaudet, saepenumero flamma ardens cernitur, qualis fit ubi in rure calami comburuntur: quando autem sola longitudine [conspiciuntur phaenomena], quae faces, caprae, et stellae [transsilientes] vocantur,

6 μῆκος μόνον, οἱ καλούμενοι δαλοὶ καὶ αἶγες καὶ ἀστέρες. 6. Καὶ
ἐὰν μὲν πλέον τὸ ὑπέκκαυμα ᾖ κατὰ τὸ μῆκος ἢ τὸ πλάτος, ὅταν
μὲν οἷον ἀποσπινθηρίζῃ ἅμα καόμενον (τοῦτο δὲ γίνεται διὰ
τὸ παρεκπυροῦσθαι, κατὰ μικρὰ μέν, ἐπ' ἀρχὴν δέ), αἲξ κα-
λεῖται, ὅταν δ' ἄνευ τούτου τοῦ πάθους, δαλός· ἐὰν δὲ τὰ
μήκη τῆς ἀναθυμιάσεως κατὰ μικρά τε καὶ πολλαχῇ διεσπαρ-
μένα ᾖ καὶ ὁμοίως κατὰ πλάτος καὶ βάθος, οἱ δοκοῦντες ἀστέ-
7 ρες διάττειν γίνονται. 7. Ὁτὲ μὲν οὖν ὑπὸ τῆς κινήσεως ἡ
ἀναθυμίασις ἐκκαομένη γεννᾷ αὐτά· ὁτὲ δὲ ὑπὸ τοῦ διὰ τὴν
ψῦξιν συνισταμένου ἀέρος ἐκκρούεται καὶ ἐκθλίβεται τὸ θερ-
μόν, διὸ καὶ ἔοικεν ἡ φορὰ ῥίψει μᾶλλον αὐτῶν, ἀλλ' οὐκ
8 ἐκκαύσει. 8. Ἀπορήσειε γὰρ ἄν τις πότερον ὥσπερ ἡ ὑπὸ
τοὺς λύχνους τιθεμένη ἀναθυμίασις ἀπὸ τῆς ἄνωθεν φλογὸς
ἅπτει τὸν κάτωθεν λύχνον (θαυμαστὴ γὰρ καὶ τούτου ἡ ταχυ-
τής ἐστι καὶ ὁμοία ῥίψει, ἀλλ' οὐχ ὡς ἄλλου καὶ ἄλλου γινο-
μένου πυρός), ἢ ῥίψεις τοῦ αὐτοῦ σώματός εἰσιν αἱ διαδρομαί.
9 9. Ἔοικε δὲ δὴ δι' ἄμφω· καὶ γὰρ οὕτως ὡς ἡ ἀπὸ τοῦ λύ-
χνου γίνεται, καὶ ἔνια διὰ τὸ ἐκθλίβεσθαι ῥιπτεῖται, ὥσπερ

fiunt. 6. Et quando maiore longitudine gaudet, quam latitudine succensionis materia, quando incensa scintillas mittit (quod fit, quoniam per partes quidem exiguas, sed penitus incendatur) c a p r a vocatur, quando absque illo phaenomeno, f a x. Quando vero evaporationis particulae ab omni parte divulsae sunt secundum longitudinem pariter ac latitudinem et altitudinem, stellae, quae transsilire videntur, fiunt. 7. Interdum provocat eas evaporatio, motu incensa; interdum vero etiam calidum expellitur et extruditur, quando aër propter frigus cogitur, quam ob rem motus earum iaculationi similior est, quam incensioni. 8. Quaerat enim aliquis, utrum stellarum transcursus fiant, quemadmodum exhalatio infra lucernam posita de superiore flamma inferiorem accendit, (mira enim est celeritas, qua id fieri solet, et similis iaculationi, nequaquam vero talis, ut alius atque alius ignis efficiatur), an iaculatione fiant eiusdem corporis. 9. Videntur autem utraque fieri ratione. Alia enim provocantur eodem modo, quo flamma a lucerna, alia

οἱ ἐκ τῶν δακτύλων πυρῆνες, ὥστε καὶ εἰς θάλασσαν καὶ εἰς
γῆν φαίνεσθαι πίπτοντα, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ
αἰθρίας οὔσης. 10. Κάτω δὲ ῥιπτεῖται διὰ τὸ τὴν πύκνωσιν 10
εἰς τὸ κάτω ῥέπειν τὴν ἀπωθοῦσαν· διὸ καὶ οἱ κεραυνοὶ κάτω
πίπτουσιν· πάντων γὰρ τούτων ἡ γένεσις οὐκ ἔκκαυσις, ἀλλ'
ἔκκρισις ὑπὸ τῆς ἐκθλίψεώς ἐστιν, ἐπεὶ κατὰ φύσιν γε τὸ
θερμὸν ἄνω πέφυκε φέρεσθαι πᾶν. 11. Ὅσα μὲν οὖν μᾶλ- 11
λον ἐν τῷ ἀνωτάτω τόπῳ συνίσταται, ἐκκαομένης γίνεται
τῆς ἀναθυμιάσεως, ὅσα δὲ κατώτερον, ἐκκρινομένης διὰ τὸ
συνιέναι καὶ ψύχεσθαι τὴν ὑγροτέραν ἀναθυμίασιν· αὕτη γὰρ
συνιοῦσα καὶ κάτω ῥέπουσα ἀπωθεῖ πυκνουμένη καὶ κάτω ποιεῖ
τοῦ θερμοῦ τὴν ῥίψιν· 12. Διὰ δὲ τὴν θέσιν τῆς ἀναθυμιά- 12
σεως, ὅπως ἂν τύχῃ κειμένη τοῦ πλάτους καὶ τοῦ βάθους,
οὕτω φέρεται ἢ ἄνω ἢ κάτω ἢ εἰς τὸ πλάγιον. τὰ πλεῖ-
στα δ' εἰς τὸ πλάγιον διὰ τὸ δύο φέρεσθαι φοράς, βίᾳ μὲν
κάτω, φύσει δ' ἄνω· πάντα γὰρ κατὰ τὴν διάμετρον φέρεται
τὰ τοιαῦτα· διὸ καὶ τῶν διαθεόντων ἀστέρων ἡ πλείστη λοξὴ
γίνεται φορά. 13. Πάντων δὴ τούτων αἴτιον ὡς μὲν ὕλη ἡ 13

praecipitantur, quia exprimuntur sicut nuclei e digitis, ita ut in mare et in terram, noctu et sereno coelo etiam interdiu delabi videantur. 10. Deorsum vero feruntur, quia condensatio quae eas propulsat, deorsum iacit, eadem de causa, propter quam fulmina deorsum feruntur. Omnium enim huiuscemodi origo non est incensio quaedam, sed secretio per compressionem, cum secundum naturam omne calidum sursum feratur necesse sit. 11. Quae igitur in superiore magis loco consistunt, sicci vaporis combustione nascuntur, quae inferius, humidi vaporis propter frigus concretione. Hic enim, quando cogitur ac deorsum inclinat, densatus, quod calidum est depellit et in locum inferum iaculatur. 12. Fertur itaque aut sursum aut deorsum aut in latus, quia duobus modis movetur, vi quidem deorsum, ex naturae contra lege sursum. Omnia enim eius modi in latus feruntur, atque idcirco stellarum transcurrentium vulgaris motus obliquus est. 13. Causae vero sunt omnium huiuscemodi, tamquam materia, evaporatio, tanquam movens, inter-

ἀναθυμίασις, ὡς δὲ τὸ κινοῦν ὁτὲ μὲν ἡ ἄνω φορά, ὁτὲ δ' ἡ τοῦ ἀέρος συγκρινομένου πῆξις, πάντα δὲ κάτω σελήνης ταῦτα γίνεται· σημεῖον δ' ἡ φαινομένη αὐτῶν ταχυτὴς ὁμοία οὖσα τοῖς ὑφ' ἡμῶν ῥιπτουμένοις, ἃ διὰ τὸ πλησίον εἶναι ἡμῶν πολυ δοκεῖ τῷ τάχει παραλλάττειν ἄστρα τε καὶ σελήνην καὶ ἥλιον.

1 V. Φαίνεται δέ ποτε συνιστάμενα νύκτωρ αἰθρίας πολλὰ φάσματα ἐν τῷ οὐρανῷ, οἷον χάσματά τε καὶ βόθυνοι καὶ αἱματώδη χρώματα· αἴτιον δὲ καὶ τούτων τὸ αὐτό· ἐπεὶ γὰρ φανερός ἐστι συνιστάμενος ὁ ἄνω ἀὴρ ὥστ' ἐκπυροῦσθαι, καὶ τὴν ἐκπύρωσιν ὁτὲ μὲν τοιαύτην γίνεσθαι, ὥστε φλόγα δοκεῖν κάεσθαι, ὁτὲ δ' οἷον δαλοὺς φέρεσθαι καὶ ἀστέρας, οὐθὲν ἄτοπον εἰ χρωματίζεται ὁ αὐτὸς οὗτος ἀὴρ συν-
2 ιστάμενος παντοδαπὰς χρόας. 2. Διά τε γὰρ πυκνοτέρου διαφαινόμενον ἔλαττον φῶς καὶ ἀνάκλασιν δεχόμενος ὁ ἀὴρ παντοδαπὰ χρώματα ποιήσει, μάλιστα δὲ φοινικοῦν ἢ πορφυροῦν διὰ τὸ ταῦτα μάλιστα ἐκ τοῦ πυρώδους καὶ λευκοῦ φαίνεσθαι μιγνυμένων κατὰ τὰς ἐπιπροσθήσεις, οἷον ἀνίσχοντα τὰ

dum [primi elementi] motus, interdum congelatio coacti aëris. Cuncta infra lunam fiunt, cuius rei indicium illud est, quod eorum celeritas aequalis apparet celeritati illorum corporum, quae a nobis iaciuntur, et quia vicina sunt nobis, astra, lunam et solem celeritate superare videntur.

Cap. V. Apparent aliquando serenis noctibus phaenomena in caelo, qualia sunt et hiatus et foveae et sanguinei colores. Horum quoque eadem causa est. Cum enim aperte aër consistat ita, ut incendatur, et incensio interdum talem praebeat adspectum, ut flammae ardere, interdum ut trabes deferri et stellae transcurrere videantur, non ineptum est, quando idem ille aër, cum consistat, omnis generis colores praebet. 2. Lumen enim debilius per aliud densius conspectum et aër vi reflexionis quoscunque colores provocant, praesertim vero puniceum et purpureum idcirco, quia maxime hi videntur constare ex igneo et albo iuxtapositione commixtis, quemadmodum etiam astra cum oriuntur aut occidunt, aëre fervente, aut per

ἄστρα καὶ δυόμενα, ἐὰν ᾖ καῦμα, καὶ διὰ καπνοῦ φοινικᾶ φαίνεται. καὶ τῇ ἀνακλάσει δὲ ποιήσει, ὅταν τὸ ἔνοπτρον ᾖ τοιοῦτον ὥστε μὴ τὸ σχῆμα ἀλλὰ τὸ χρῶμα δέχεσθαι. τοῦ δὲ μὴ πολὺν χρόνον μένειν ταῦτα ἡ σύστασις αἰτία ταχεῖα οὖσα.
3. Τὰ δὲ χάσματα ἀναῤῥηγνυμένου τοῦ φωτὸς ἐκ κυανέου καὶ 3
μέλανος ποιεῖ τι βάθος ἔχειν δοκεῖν· πολλάκις δ' ἐκ τῶν τοιούτων καὶ δαλοὶ ἐκπίπτουσιν, ὅταν συγκριθῇ μᾶλλον· συνιὸν δέ τι χάσμα δοκεῖ· ὅλως δ' ἐν τῷ μέλανι τὸ λευκὸν πολλὰς ποιεῖ ποικιλίας, οἷον ἡ φλὸξ ἐν τῷ καπνῷ· ἡμέρας μὲν οὖν ὁ ἥλιος κωλύει, νυκτὸς δ' ἔξω τοῦ φοινικοῦ τὰ ἄλλα δι' ὁμοιόχροιαν οὐ φαίνεται· περὶ μὲν οὖν τῶν διαθεόντων ἀστέρων καὶ τῶν ἐκπυρουμένων, ἔτι δὲ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων φασμάτων ὅσα ταχείας ποιεῖται τὰς φαντασίας, ταύτας ὑπολαβεῖν δεῖ τὰς αἰτίας.

VI. *Περὶ δὲ τῶν κομητῶν καὶ τοῦ καλουμένου γάλακτος* 1
λέγωμεν, διαπορήσαντες πρὸς τὰ παρὰ τῶν ἄλλων εἰρημένα πρῶτον. Ἀναξαγόρας μὲν οὖν καὶ Δημόκριτός φασιν εἶναι τοὺς κομήτας σύμφασιν τῶν πλανήτων ἄστρων, ὅταν διὰ τὸ

fumum visa punicea apparent. Idque reflexione efficiet aër, quando speculi vices gerit eiusmodi, ut non figuram, sed colorem tantum accipiat. Ne vero diutius maneant, vetat concretionis celeritas. 3. Quae eadem efficit, ut lumine ex coeruleo et nigro disrupto, hiatus profunditatem aliquam habere videantur. Saepenumero ex iis etiam trabes excidunt, cum maior concretio fiat: cum vero condensentur hiatus apparent. Omnino in nigro album multas efficit varietates, quemadmodum flamma in fumo. Interdiu sol cohibet, noctu praeter puniceum reliqui colores propter similitudinem non apparent. Astrorum igitur transsilientium, phaenomenorum incensione provocatorum, reliquorumque huiuscemodi, quae celerrime transeunt, quas recensuimus causa sunt statuendae.

Cap. VI. Iam de cometis et lacteo qui dicitur circulo disseramus, postquam quae ab aliis ante nos prolata sunt dubitationi subiecerimus. Anaxagoras igitur et Democritus cometas planetarum siderum esse coniunctionem contendunt, quum

2 πλησίον ἐλθεῖν δόξωσι θιγγάνειν ἀλλήλων. 2. Τῶν δ' Ἰτα-
λικῶν τινες καὶ καλουμένων Πυθαγορείων ἕνα λέγουσιν αὐ-
τὸν εἶναι τῶν πλανήτων ἄστρων, ἀλλὰ διὰ πολλοῦ τε χρόνου
τὴν φαντασίαν αὐτοῦ εἶναι καὶ τὴν ὑπερβολὴν ἐπὶ μικρόν,
ὅπερ συμβαίνει καὶ περὶ τὸν τοῦ Ἑρμοῦ ἀστέρα· διὰ γὰρ τὸ
μικρὸν ἐπαναβαίνειν πολλὰς ἐκλείπει φάσεις, ὥστε διὰ χρόνου
3 φαίνεται πολλοῦ. 3. Παραπλησίως δὲ τούτοις καὶ οἱ περὶ
Ἱπποκράτην τὸν Χῖον καὶ τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Αἰσχύλον
ἀπεφήναντο· πλὴν τήν γε κόμην οὐκ ἐξ αὐτοῦ φασιν ἔχειν,
ἀλλὰ πλανώμενον διὰ τὸν τόπον ἐνιότε λαμβάνειν ἀνακλωμέ-
νης τῆς ὄψεως ἀπὸ τῆς ἑλκομένης ὑγρότητος ὑπ' αὐτοῦ πρὸς
4 τὸν ἥλιον. 4. Διὰ δὲ τὸ ὑπολείπεσθαι βραδύτατα τῷ χρό-
νῳ διὰ πλείστου χρόνου φαίνεσθαι τῶν ἄλλων ἄστρων, ὡς
ὅταν ἐκ ταὐτοῦ φανῇ ὑπολελειμμένον ὅλον τὸν ἑαυτοῦ κύκλον·
ὑπολείπεσθαι δ' αὐτὸν καὶ πρὸς ἄρκτον καὶ πρὸς νότον· ἐν
μὲν οὖν τῷ μεταξὺ τόπῳ τῶν τροπικῶν οὐχ ἕλκειν τὸ ὕδωρ
πρὸς ἑαυτὸν διὰ τὸ κεκαῦσθαι ὑπὸ τῆς τοῦ ἡλίου φορᾶς·
πρὸς δὲ νότον ὅταν φέρηται, δαψίλειαν μὲν ἔχειν τῆς τοιαύ-

propter cursus viciniam invicem tangere videantur. 2. Italicorum deinde, qui Pythagoraei vocantur, nonnulli cometam unum esse aiunt ex planetarum numero, qui longo demum temporis intervallo interiecto appareat vixque adscendat supra horizontem, quod quidem accidat etiam in Mercurii sidere. Propter enim exiguam adscensionem adspectum saepenumero fugit ita, ut magnis tantum intervallis cernatur. 3. His proxime accedunt Hippocrates Chius eiusque discipulus Aeschylus, nisi quod comam ipsi non innatam esse dicant, sed ipsum in erratico suo per spatium itinere eam interdum adsumere, nostro visu ope protractae humiditatis ab ipso ad solem reflexo. 4. Cum vero tardissime derelinquatur, per longius temporis spatium, quam reliqua sidera eam apparere, ut cum ex eodem cernatur, toto suo circulo relictus. Relinqui autem eum tum versus septentrionem, tum versus austrum. In regione intra tropicos sita circulos, non ad se trahere aquam, cum solis latione exusta sit. Quando vero austrum versus moveatur, lar-

*της νοτίδος, ἀλλὰ διὰ τὸ μικρὸν εἶναι τὸ ἄνω τοῦ κύκλου,
τὸ δὲ κάτω πολλαπλάσιον, οὐ δύνασθαι τὴν ὄψιν τῶν ἀνθρώ-
πων φέρεσθαι κλωμένην πρὸς τὸν ἥλιον οὔτε τῷ νοτίῳ πλη-
σιάζοντος οὔτ᾽ ἐπὶ θεριναῖς τροπαῖς ὄντος τοῦ ἡλίου. 5. Διό- 5
περ ἐν τούτοις μὲν τοῖς τόποις οὐδὲ γίνεσθαι κομήτην αὐτόν·
ὅταν δὲ πρὸς βορέαν ὑπολειφθεὶς τύχῃ, λαμβάνειν κόμην
διὰ τὸ μεγάλην εἶναι τὴν περιφέρειαν τὴν ἄνωθεν τοῦ ὁρίζον-
τος, τὸ δὲ κάτω μέρος τοῦ κύκλου μικρόν· ῥᾳδίως γὰρ τὴν
ὄψιν τῶν ἀνθρώπων ἀφικνεῖσθαι τότε πρὸς τὸν ἥλιον. 6. Πᾶσι 6
δὲ τούτοις τὰ μὲν κοινῇ συμπίπτει λέγειν ἀδύνατα, τὰ δὲ καὶ
χωρίς· πρῶτον μὲν οὖν τοῖς λέγουσιν, ὅτι τῶν πλανωμένων
ἐστὶν εἷς ἀστέρων ὁ κομήτης· οἱ γὰρ πλανώμενοι πάντες
ἐν τῷ κύκλῳ ὑπολείπονται τῶν ζῳδίων, κομῆται δὲ πολλοὶ
ὠμμένοι εἰσὶν ἔξω τοῦ κύκλου· εἶτα καὶ πλείους ἑνὸς ἅμα γε-
γένηνται πολλάκις. 7. Πρὸς δὲ τούτοις, εἰ διὰ τὴν ἀνάκλασιν 7
τὴν κόμην ἴσχουσι, καθάπερ φησὶν Αἰσχύλος καὶ Ἱπποκράτης,
ἔδει ποτὲ φαίνεσθαι καὶ ἄνω κόμης τὸν ἀστέρα τοῦτον, ἐπει-
δήπερ ὑπολείπεται μὲν καὶ εἰς ἄλλους τόπους, τὴν δὲ κόμην*

gam illi praeberi eius modi humoris copiam, sed cum exigua sit pars circuli supra horizontem, quae infra longe maior, non posse hominum visum reflecti ad solem, aut cum australi regioni sol accedat, aut cum aestivo solstitio appropinquet. 5. Quocirca in istis locis cometam nullum existere: quando vero ad septentrionem relinqui contigerit, adsumere comam, cum magnus sit orbis supra horizontem ambitus, quae infra particula exigua. Tunc enim facillime hominum adspectum perduci ad solem. 6. Quod contra haec omnia monendum videtur, aut cunctis commune esse contingit, aut seorsim dicendum est. Et primo quidem loco illos refutare conemur, qui dicunt cometam esse ex planetarum numero. Omnes enim planetae in signifero orbe relinquuntur, cometae vero saepenumero extra illum orbem conspecti sunt. Deinde etiam uno plures eodem sunt orti tempore. 7. Quibus accedit, quod si reflexio comae originem praebet, quemadmodum affirmant Aeschylus et Hippocrates, etiam absque coma sidus illud cernatur necesse foret,

ἴσχει οὐ πανταχοῦ. νῦν δ᾽ οὐθεὶς ὤπται παρὰ τοὺς πέντε
ἀστέρας· οὗτοι δὲ πολλάκις ἅμα πάντες μετέωροι φαίνονται
ὑπὲρ τοῦ ὁρίζοντος· καὶ φανερῶν δ᾽ αὐτῶν ὄντων πρὸς τῷ
ἡλίῳ, οὐθὲν ἧττον κομῆται φαίνονται γινόμενοι πολλάκις.
8 8. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦτο ἀληθές, ὅτι ἐν τῷ πρὸς ἄρκτον
τόπῳ γίνεται κομήτης μόνον, ἅμα καὶ τοῦ ἡλίου ὄντος
περὶ θερινὰς τροπάς· ὅ τε γὰρ μέγας κομήτης ὁ γενόμενος
περὶ τὸν ἐν Ἀχαΐᾳ σεισμὸν καὶ τὴν τοῦ κύματος ἔφοδον ἀπὸ
δυσμῶν τῶν ἰσημερινῶν ἀνέσχε, καὶ πρὸς νότον ἤδη πολλοὶ
γεγόνασιν. ἐπὶ δ᾽ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκλέους τοῦ Μόλωνος
ἐγένετο κομήτης ἀστὴρ πρὸς ἄρκτον μηνὸς γαμηλιῶνος περὶ
τροπὰς ὄντος τοῦ ἡλίου χειμερινάς· καίτοι τοσοῦτον ἀνακλα-
9 σθῆναι καὶ αὐτοὶ τῶν ἀδυνάτων φασίν. 9. Κοινὸν δὲ καὶ
τούτοις καὶ τοῖς τὴν σύναψιν λέγουσι πρῶτον μὲν ὅτι καὶ τῶν
ἀπλανῶν λαμβάνουσι κόμην τινές· καὶ τοῦτ᾽ οὐ μόνον Αἰγυπτίοις
πιστεῦσαι δεῖ, καίτοι κἀκεῖνοί φασιν, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ἑφεω-
ράκαμεν· τῶν γὰρ ἐν τῷ ἰσχίῳ τοῦ κυνὸς ἀστήρ τις ἔσχε κό-

cum etiam ad alias regiones demigret, comam autem non ubique videntibus praebere queat. Atqui nullus praeter quinque planetas apparuit, qui saepenumero coniunctim supra horizonte conspiciuntur. Et non solum cum omnes apparent, sed etiam cum alii cernuntur, alii prope solem latent, non secus cometae saepe apparent. 8. At neque hoc recte se habet, in sola versus septentrionem regione oriri cometam, quo tempore sol circa aestivum solstitium moveatur. Magnus enim ille cometa circa terrae motum, qui Achaiam devastavit circaque inundationem, ab occasu aequinoctiali exortus est, et austrum versus multi iam apparuerunt. Deinde archonte Athenis Euclee, Molonis filio, cometes mense gamelione conspectus est, sole circa hibernum solstitium versante et ex tanta distantia visum posse reflecti, ipsi illi negandum esse consentiunt. 9. Hisce autem et illis, qui de coniunctione cogitant, communis est objectio, etiam fixa sidera cum coma apparere. Quod non solum Aegyptiis credamus oportet (etenim illi quoque tradunt), sed ipsi vidimus. Astrorum enim in coxa canis comam habuit aliquis,

μην, ἀμαυρὰν μέντοι· ἀτενίζουσι μὲν γὰρ εἰς αὐτὸν ἀμυδρὸν
ἐγίνετο τὸ φέγγος, παραβλέπουσι δ' ἠρέμα τὴν ὄψιν πλεῖον.
10. Πρὸς δὲ τούτοις ἅπαντες οἱ καθ' ἡμᾶς ὠμμένοι ἄνευ 10
δύσεως ἠφανίσθησαν ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ ὁρίζοντος τόπῳ ἀπομα-
ρανθέντες κατὰ μικρὸν οὕτως, ὥστε μήτε ἑνὸς ἀστέρος ὑπο-
λειφθῆναι σῶμα μήτε πλειόνων, ἐπεὶ καὶ ὁ μέγας ἀστὴρ περὶ
οὗ πρότερον ἐμνήσθημεν, ἐφάνη μὲν χειμῶνος ἐν πάγοις καὶ
αἰθρίαις ἀφ' ἑσπέρας, ἐπὶ Ἀστείου ἄρχοντος, καὶ τῇ μὲν
πρώτῃ οὐκ ὤφθη ὡς προδεδυκὼς τοῦ ἡλίου, τῇ δ' ὑστε-
ραίᾳ ὤφθη· ὅσον ἐνδέχεται γὰρ ἐλάχιστον ὑπελείφθη καὶ εὐ-
θὺς ἔδυ· τὸ δὲ φέγγος ἀπέτεινε μέχρι τοῦ τρίτου μέρους τοῦ
οὐρανοῦ οἷον ἅλμα, διὸ καὶ ἐκλήθη ὁδός. ἐπανῆλθε δὲ μέχρι
τῆς ζώνης τοῦ Ὠρίωνος καὶ ἐνταῦθα διελύθη. 11. Καίτοι 11
Δημόκριτός γε προσπεφιλονείκηκε τῇ δόξῃ τῇ αὑτοῦ· φησὶ γὰρ
ὦφθαι διαλυομένων τῶν κομητῶν ἀστέρας τινάς. τοῦτο δ' οὐχ
ὁτὲ μὲν ἔδει γίνεσθαι, ὁτὲ δ' οὔ, ἀλλ' ἀεί. πρὸς δὲ τούτοις
καὶ οἱ Αἰγύπτιοί φασι καὶ τῶν πλανήτων καὶ πρὸς αὑτοὺς καὶ

quamvis vix sensibilem. Iis enim, qui aciem illud sidus adspiciendo intenderunt, exiguum lumen, quod si remisere, splendidius apparuit. 10. Deinceps omnes, quotquot apud nos conspecti sunt, anteaquam occiderunt, in loco supra horizontem evanuerunt, splendore sensim sensimque ita labefactato, ut neque unius sideris neque plurium siderum corpus relinqueretur; nam magnum etiam illud, cuius paulo ante mentionem fecimus, sidus apparuit quidem gelu serenoque caelo ab occasura parte, archonte Asteo et cum prima die non conspiceretur, quia sole prior occidebat, posteriore apparuit ita, ut minime quantum fieri potuit spatio relinqueretur confestimque occideret. Splendorem vero ad tertiam usque caeli partem, quasi saltu diffudit, quapropter via appellabatur. Rediit autem ad zonam usque Orionis ibique dilutus est. 11. Atqui Democritus suam confirmari sententiam contendit. Ait enim dilutis cometis cerni sidera quaedam. Quod nequaquam aliquando fieri debebat, aliquando non fieri: sed semper. Accedit, Aegyptios confirmare, quod planetarum et inter se et cum fixis

πρὸς τοὺς ἀπλανεῖς γίνεσθαι συνόδους, καὶ αὐτοὶ ἑωράκαμεν τὸν ἀστέρα τὸν τοῦ Διὸς τῶν ἐν τοῖς διδύμοις συνελθόντα τινὶ δὶς ἤδη καὶ ἀφανίσαντα, ἀλλ' οὐ κομήτην γενόμενον.
12 12. Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τοῦ λόγου φανερόν· οἱ γὰρ ἀστέρες κἂν εἰ μείζους κἂν ἐλάττους φαίνωνται, ἀλλ' ὅμως ἀδιαίρετοί γε καθ' ἑαυτοὺς εἶναι δοκοῦσιν. ὥσπερ οὖν καὶ εἰ ἦσαν ἀδιαίρετοι, ἁψάμενοι οὐθὲν ἂν ἐποίησαν μέγεθος, οὕτω καὶ ἐπειδὴ οὐκ εἰσὶ μὲν φαίνονται δὲ ἀδιαίρετοι, καὶ συνελθόντες οὐθὲν φανοῦν-
13 ται μείζους τὸ μέγεθος ὄντες. 13. Ὅτι μὲν οὖν αἱ λεγόμενοι περὶ αὐτῶν αἰτίαι ψευδεῖς οὖσαι τυγχάνουσιν, εἰ μὴ διὰ πλειόνων, ἀλλὰ καὶ διὰ τούτων ἱκανῶς δῆλόν ἐστιν.

1 VII. Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἀφανῶν τῇ αἰσθήσει νομίζομεν ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι κατὰ τὸν λόγον, ἐὰν εἰς τὸ δυνατὸν ἀναγάγωμεν, ἐκ τῶν νῦν φαινομένων ὑπολάβοι τις ἂν ὧδε περὶ τούτων μάλιστα συμβαίνειν. ὑπόκειται γὰρ ἡμῖν τοῦ κόσμου τοῦ περὶ τὴν γῆν, ὅσον ὑπὸ τὴν ἐγκύκλιόν ἐστι φοράν, εἶναι τὸ πρῶτον μέρος ἀναθυμίασιν ξηρὰν καὶ θερμήν. 2. Αὕτη δὲ αὐτή τε καὶ τοῦ συνεχοῦς ὑπ' αὐτὴν ἀέρος ἔτι

coniunctiones fiant, cuius rei exemplum ipsi vidimus. Iovis enim sidus Geminorum stellae cuidam bis convenisse eamque occultasse, sed nullum deinceps apparuisse cometam. 12. Praeterea ipsa ratione ineptam esse hanc sententiam patet. Stellae enim, sive maiores apparent, sive minores, singulae tamen quaevis individuae videntur. Itaque ut, si essent individuae, cum sese contingerent, nullam efficerent maiorem magnitudinem, sic, cum non sint individuae, sed videantur, nullam congredientes maiorem magnitudinem referent. 13. Causas igitur cometarum hucusque propositas falsas esse, si non pluribus, his saltem satis constat.

Cap. VII. Cum earum rerum, quae sensibus percipi nequeunt, rationes satis probabiliter redditas esse arbitremur, si ad id, quod esse potest, eas reduxerimus, ex iis, quae nunc sese offerunt, existimetur aliquis rem ita sese habere. Positum enim nobis est mundi, qui circa terram orbiculari motui subest, primam partem vapore esse repletam sicco et calido. 2. Is vero

πολὺ συμπεριάγεται περὶ τὴν γῆν ὑπὸ τῆς φορᾶς καὶ τῆς κινήσεως τῆς κύκλῳ· φερομένη δὲ καὶ κινουμένη τοῦτον τὸν τρόπον, ᾗ ἂν τύχῃ εὔκρατος οὖσα, πολλάκις ἐκπυροῦται, διό φαμεν γίνεσθαι καὶ τὰς τῶν σποράδων ἀστέρον διαδρομάς.
3. Ὅταν οὖν εἰς τὴν τοιαύτην πύκνωσιν ἐμπέσῃ διὰ τὴν τῶν 3
ἄνωθεν κίνησιν ἀρχὴ πυρώδης, μήτε οὕτω πολλὴ λίαν ὥστε ταχὺ καὶ ἐπὶ πολὺ ἐκκάειν, μήθ᾽ οὕτως ἀσθενὴς ὥστ᾽ ἀποσβεσθῆναι ταχύ, ἀλλὰ πλείων καὶ ἐπὶ πολύ, ἅμα δὲ κάτωθεν συμπίπτῃ ἀναβαίνειν εὔκρατον ἀναθυμίασιν, ἀστὴρ τοῦτο γίνεται κομήτης, ὅπως ἂν τὸ ἀναθυμιώμενον τύχῃ ἐσχηματισμένον· ἐὰν μὲν γὰρ πάντῃ ὁμοίως, κομήτης, ἐὰν δ᾽ ἐπὶ μῆκος,
καλεῖται πωγωνίας. 4. Ὥσπερ δ᾽ ἡ τοιαύτη φορὰ ἀστέρος 4
φορὰ δοκεῖ εἶναι, οὕτω καὶ ἡ μονὴ ἡ ὁμοία ἀστέρος μονὴ δοκεῖ εἶναι. παραπλησίον γὰρ τὸ γινόμενον οἷον εἴ τις εἰς ἀχύρων θημῶνα καὶ πλῆθος ὦσειε δαλόν, ἢ πυρὸς ἀρχὴν ἐμβάλοι μικράν· φαίνεται γὰρ ὁμοία καὶ ἡ τῶν ἀστέρων διαδρο-

ipse, simulque magna aëris pars ei continua, circa terram volvitur vi conversionis et, quae orbe fit, lationis. Circumlata vero et hac ratione mota, saepenumero eo loco, quo temperatam esse contigerit, incenditur: unde etiam fixarum stellarum discursus effici contendimus. 3. Quando igitur in eius modi condensam materiam inciderit, propter corporum superne latorum motum, principium quoddam igneum, neque tantum, ut celeriter ingentem incensionem provocet, neque tam invalidum, ut cito exstinguatur, sed longe lateque patens, simulque ex inferis regionibus temperatum vaporem adscendere contigerit, cometa fit, quoad vapor qualemcunque figuram sortiatur [vario nomine adfectus]. Quodsi enim supra comam habet crinita; quodsi infra in longitudinem extensam, barbata appellatur.*) 4. Quemadmodum vero eius modi motio sideris esse videtur, ita et statio sideris similis est stationi. Neque absimile est, si quis in magnum palearum acervum facem aut aliud quidpiam ignis exiguum principium iniiciat. Videntur enim stellarum

---

*) Vide Commentarium.

*μὴ τούτῳ· ταχὺ γὰρ διὰ τὴν εὐφυΐαν τοῦ ὑπεκκαύματος δια-
δίδωσιν ἐπὶ μῆκος. εἰ δὴ τοῦτο διαμείνειε καὶ μὴ καταμα-
ρανθείη διελθόν, ᾗ μάλιστα ἐπύκνωσε τὸ ὑπέκκαυμα, γένοιτ᾽
ἂν ἀρχὴ τῆς φορᾶς ἡ τελευτὴ τῆς διαδρομῆς· τοιοῦτον ὁ
κομήτης ἐστὶν ἀστήρ, ὥσπερ διαδρομὴ ἀστέρος ἔχων ἐν αὑτῷ
5 πέρας καὶ ἀρχήν. 5. Ὅταν μὲν οὖν ἐν αὐτῷ τῷ κάτω τόπῳ
ἡ ἀρχὴ τῆς συστάσεως ᾖ, καθ᾽ ἑαυτὸν φαίνεται ὁ κομήτης·
ὅταν δ᾽ ὑπὸ τῶν ἄστρων τινός, ἢ τῶν ἀπλανῶν ἢ τῶν πλα-
νήτων, ὑπὸ τῆς κινήσεως συνιστῆται ἡ ἀναθυμίασις, τότε
κομήτης γίνεται τούτων τις· οὐ γὰρ πρὸς αὐτοῖς ἡ κόμη γίνε-
ται τοῖς ἄστροις, ἀλλ᾽ ὥσπερ αἱ ἅλῳ περὶ τὸν ἥλιον φαίνον-
ται καὶ τὴν σελήνην παρακολουθοῦσαι, καίπερ μεθισταμένων
τῶν ἄστρων, ὅταν οὕτως ᾖ πεπυκνωμένος ὁ ἀὴρ ὥστε τοῦτο
γίνεσθαι τὸ πάθος ὑπὸ τὴν τοῦ ἡλίου πορείαν, οὕτω καὶ ἡ
6 κόμη τοῖς ἄστροις οἷον ἅλως ἐστίν. 6. Πλὴν ἡ μὲν γίνεται
δι᾽ ἀνάκλασιν τοιαύτη τὴν χρόαν, ἐκεῖ δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῶν τὸ χρῶμα
φαινόμενόν ἐστιν· ὅταν μὲν οὖν κατ᾽ ἀστέρα γένηται ἡ τοιαύτη
σύγκρισις, τὴν αὐτὴν ἀνάγκη φαίνεσθαι φορὰν κινούμενον τὸν*

transcursus huic phaenomeno similes, cum celeriter propter aptam igniarii naturam in longitudinem extendatur. Qui si permanerent, neque in ipso transitu extabescerent, ipsius lationis initium foret transcursus finis, quando alicubi incensionis materia condensetur. Tale igitur quiddam cometae sidus est, stellae transcursus, qui in se ipso initium habeat atque finem. 5. Quod si igitur in ipso infero loco concretionis principium deprehenditur, per se apparet cometa: cum vero sub stella quadam aut fixa aut erratica vi revolutionis vapor concrescit, tunc ipsarum stellarum aliqua in cometam mutari videtur. Nequaquam enim prope ipsa sidera fit coma, sed quemadmodum halones circa solem lunamque apparent, easque, quamvis locum mutent, insequuntur, siquidem ita condensus est aër, ut affectio illa infra solis orbem efficiatur, ita coma etiam sideribus quasi halo contingit. 6. Nec differunt nisi quod haec coloris particeps fit propter reflexionem: ibi vero in ipsis color apparet. Quando igitur ad sidus fit talis

κομήτην ἥνπερ φέρεται ὁ ἀστήρ· ὅταν δὲ συστῇ καθ᾽ αὑτόν, τότε ὑπολειπόμενοι φαίνονται. τοιαύτη γὰρ ἡ φορὰ τοῦ κόσμου τοῦ περὶ τὴν γῆν. 7. Τοῦτο γὰρ μάλιστα μηνύει μὴ 7
εἶναι ἀνάκλασίν τινα τὸν κομήτην, ὡς ἅλῳ ἐν ὑπεκκαύματι καθαρῷ πρὸς αὐτὸν τὸν ἀστέρα γινομένην, καὶ μὴ ὡς λέγουσιν οἱ περὶ Ἱπποκράτην, πρὸς τὸν ἥλιον, ὅτι καὶ καθ᾽ αὑτὸν γίνεται κομήτης πολλάκις καὶ πλεονάκις, ἢ περὶ τῶν ὁρισμένων τινὰς ἀστέρων. 8. Περὶ μὲν οὖν τῆς ἅλω τὴν αἰτίαν 8
ὕστερον ἐροῦμεν· περὶ δὲ τοῦ πυρώδη τὴν σύστασιν αὐτῶν εἶναι τεκμήριον χρὴ νομίζειν ὅτι σημαίνουσι γινόμενοι οἱ πλείους πνεύματα καὶ αὐχμούς· δῆλον γὰρ ὅτι γίνονται διὰ τὸ πολλὴν εἶναι τὴν τοιαύτην ἔκκρισιν, ὥστε ξηρότερον ἀναγκαῖον εἶναι τὸν ἀέρα, καὶ διακρίνεσθαι καὶ διαλύεσθαι τὸ διατμίζον ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῆς θερμῆς ἀναθυμιάσεως, ὥστε μὴ συνίστασθαι ῥᾳδίως εἰς ὕδωρ· σαφέστερον δ᾽ ἐροῦμεν καὶ περὶ τούτου τοῦ πάθους, ὅταν καὶ περὶ πνευμάτων λέγειν ᾖ καιρός.
9. Ὅταν μὲν οὖν πυκνοὶ καὶ πλείους φαίνωνται, καθάπερ λέ- 9
γομεν, ξηροὶ καὶ πνευματώδεις γίνονται οἱ ἐνιαυτοὶ ἐπιδήλως·

concretio, necesse est eandem viam ferri videatur cometa, quam ipsum sidus: quando vero per se concreverit, tunc derelinqui videtur. Talis enim est motio mundi, qui circa terram est. 7. Quod autem cometa non fiat reflexione, neque sicuti halones in sincero illo succensionis fomite ad ipsum sidus, neque, quemadmodum contendit Hippocrates, reflexione ad solem, quam maxime illo probatur argumento, quod saepenumero per se ac saepius quam circa certa quaedam sidera oritur. 8. At de halone infra disseremus: igneam vero esse cometarum concretionem documento esse potest etiam illud, quod plerique cum oriuntur ventos aestusque significant. Patet enim fieri eos idcirco, quia larga eius modi concretionis copia habetur ita, ut aër siccior esse debeat, et humidus vapor sicci vaporis ubertate ita secernatur et diluatur, ut non facile in aquam consistere queat. Disertius autem de hoc quoque phaenomeno dicemus, cum de ventis disserendi occasio nobis oblata erit. 9. Cum igitur densi et copiosi apparent, anni conditio, uti diximus, aperte

ὅταν δὲ σπανιώτεροι καὶ ἀμαυρότεροι τὸ μέγεθος, ὁμοίως μὲν
οὐ γίνεται τὸ τοιοῦτον, οὐ μὴν ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνε-
ταί τις ὑπερβολὴ πνεύματος ἢ κατὰ χρόνον ἢ κατὰ μέγεθος,
ἐπεὶ καὶ ὅτε ὁ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἔπεσε λίθος ἐκ τοῦ ἀέρος,
ὑπὸ πνεύματος ἀρθεὶς ἐξέπεσε μεθ' ἡμέραν· ἔτυχε δὲ καὶ τότε
10 κομήτης ἀστὴρ γενόμενος ἀφ' ἑσπέρας. 10. Καὶ περὶ τὸν
μέγαν ἀστέρα τὸν κομήτην ξηρὸς ἦν ὁ χειμὼν καὶ βόρειος καὶ
τὸ κῦμα δι' ἐναντίωσιν ἐγίνετο πνευμάτων· ἐν μὲν γὰρ τῷ
κόλπῳ βορέας κατεῖχεν, ἔξω δὲ νότος ἔπνευσε μέγας. ἔτι
δ' ἐπ' ἄρχοντος ἐγένετο Νικομάχου Ἀθήνησιν ὀλίγας ἡμέ-
ρας κομήτης περὶ τὸν ἰσημερινὸν κύκλον, οὐκ ἀφ' ἑσπέρας
ποιησάμενος τὴν ἀνατολήν, ἐφ' ᾧ τὸ περὶ Κόρινθον πνεῦμα
11 γενέσθαι συνέπεσεν. 11. Τοῦ δὲ μὴ γίνεσθαι πολλοὺς
μηδὲ πολλάκις κομήτας, καὶ μᾶλλον ἐκτὸς τῶν τροπικῶν ἢ
ἐντός, αἴτιος ἥ τε τοῦ ἡλίου καὶ ἡ τῶν ἀστέρων κίνησις, οὐ
μόνον ἐκκρίνουσα τὸ θερμόν, ἀλλὰ καὶ διακρίνουσα τὸ συνι-
στάμενον· μάλιστα δ' αἴτιον ὅτι τὸ πλεῖστον εἰς τὴν τοῦ γά-
λακτος ἀθροίζεται χώραν.

sicca et ventosa est, cum vero rariores et debilioris magnitudinis, non aeque tale existit, at nihilo secius nimia quaedam venti vis animadvertitur, aut secundum temporis aut vehementiae quantitatem. Unde factum est, ut qui apud Aegos potamos lapis ex aëre deciderit, venti violentia sublatus interdiu sit delapsus, cum eodem tempore cometa in occasura caeli parte conspiceretur. 10. Et quo anno magnum illud cometae sidus apparuit, sicca erat et aquilonia hiems ipsaque inundatio ventorum oppositorum pugna provocata est. In sinu enim aquilo, extra sinum vehemens auster obtinebat. Praeterea archonte Athenis Nicomacho per paucos dies cometa in vicinia circuli aequinoctialis apparuit, qui non ab occidente oriebatur et sub quo procellam circa Corinthum fieri contigit. 11. Causa denique cur neque multi neque saepe cometae appareant, et tunc extra tropicos magis, quam intra, solis astrorumque est motus, cuius vi non solum calor secernitur, sed etiam, quod concrevit, dissipatur; potissima autem, quia plurima copia in lacteum orbem cogitur.

VIII. Ὅπως δὲ καὶ διὰ τίν᾽ αἰτίαν γίνεται καὶ τί ἐστι τὸ 1
γάλα, λέγωμεν ἤδη· προδιέλθωμεν δὲ καὶ περὶ τούτου τὰ παρὰ
τῶν ἄλλων εἰρημένα πρῶτον. 2. Τῶν μὲν οὖν καλουμένων 2
Πυθαγορείων φασί τινες ὁδὸν εἶναι ταύτην οἱ μὲν τῶν ἐκπε-
σόντων τινὸς ἄστρων κατὰ τὴν λεγομένην ἐπὶ Φαέθοντος φο-
ράν, οἱ δὲ τὸν ἥλιον τοῦτον τὸν κύκλον φέρεσθαί ποτέ φασιν·
οἷον οὖν διακεκαῦσθαι τὸν τόπον τοῦτον ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο
πεπονθέναι πάθος, ὑπὸ τῆς φορᾶς αὐτοῦ. 3. Ἄτοπον δὲ τὸ 3
μὴ συννοεῖν ὅτι εἴπερ τοῦτ᾽ ἦν τὸ αἴτιον, ἔδει καὶ τὸν τῶν
ζῳδίων κύκλον οὕτως ἔχειν καὶ μᾶλλον· ἅπαντα γὰρ ἐν αὐτῷ
φέρεται τὰ πλανώμενα καὶ οὐχ ὁ ἥλιος μόνος. δῆλος δ᾽ ἡμῖν
ἅπας ὁ κύκλος· ἀεὶ γὰρ αὐτοῦ φανερὸν ἡμικύκλιον τῆς νυκτός.
ἀλλὰ πεπονθὸς οὐδὲν φαίνεται τοιοῦτον, πλὴν εἴ τι συνάπτει
μόριον αὐτοῦ πρὸς τὸν τοῦ γάλακτος κύκλον. 4. Οἱ δὲ 4
περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον φῶς εἶναι τὸ γάλα λέγουσιν
ἄστρων τινῶν· τὸν γὰρ ἥλιον ὑπὸ τὴν γῆν φερόμενον οὐχ ὁ-
ρᾶν ἔνια τῶν ἄστρων. ὅσα μὲν οὖν περιορᾶται ὑπ᾽ αὐτοῦ, τού-

Cap. VIII. Quomodo et quas ob causas fiat et quid sit lactei circuli phaenomenon dicere aggrediamur, postquam hoc etiam loco quid alii ante nos disseruere, recensuimus. 2. Eorum qui Pythagoraei vocantur, alii circulum lacteum iter esse contendunt sideris cuiusdam de coelo eo tempore, quo Phaëthon detrusus dicatur, delapsi, alii solem hoc circulo olim esse circumlatum dicunt, unde quasi combustus sit ille locus aut simili modo affectus istius sideris revolutione. 3. Atqui inepti sunt, qui non intelligant, quando vera haec esset phaenomeni causa, necesse esse, zodiacus etiam pari modo et magis etiam sese ita habeat; omnia enim in eo versantur errantia astra, neque solus sol. Apparet autem totus nobis circulus: quavis enim nocte dimidiam eius partem conspicere licet. Sed nihil eius modi passus esse videtur, nisi ubi quaedam eius particula lacteum circulum attigerit. 4. Anaxagoras et Democritus lactem siderum quorundam lucem esse aiunt. Solem enim sub terra volventem nonnulla astra non adspicere. Quotquot igitur ab ipso cernantur, eorum lumen non animadverti (impediri

των μὲν οὐ φαίνεσθαι τὸ φῶς (κωλύεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων)· ὅσοις δ' ἀντιφράττει ἡ γῆ ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου τὸ τούτων οἰκεῖον φῶς φασὶν εἶναι τὸ γάλα.
5 *5. Φανερὸν δ' ὅτι καὶ τοῦτ' ἀδύνατον· τὸ μὲν γὰρ γάλα ἀεὶ τὸ αὐτὸ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐστὶν ἄστροις (φαίνεται γὰρ μέγιστος ὢν κύκλος), ὑπὸ δὲ τοῦ ἡλίου ἀεὶ ἕτερα τὰ οὐχ ὁρώμενα διὰ τὸ μὴ ἐν ταὐτῷ μένειν τόπῳ· ἔδει οὖν μεθισταμένου τοῦ ἡλίου μεθίστασθαι καὶ τὸ γάλα· νῦν δ' οὐ φαίνεται τοῦτο*
6 *γινόμενον. 6. Πρὸς δὲ τούτοις, εἰ καθάπερ δείκνυται ἐν τοῖς περὶ ἀστρολογίαν θεωρήμασιν, οὕτως ἔχει καὶ τό τε τοῦ ἡλίου μέγεθος μεῖζόν ἐστιν ἢ τὸ τῆς γῆς καὶ τὸ διάστημα πολλαπλασίως μεῖζον τὸ τῶν ἄστρων πρὸς τὴν γῆν ἢ τὸ τοῦ ἡλίου, καθάπερ τὸ τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν γῆν ἢ τὸ τῆς σελήνης, οὐκ ἂν πόρρω που ἀπὸ τῆς γῆς ὁ κῶνος ὁ ἀπὸ τοῦ ἡλίου συμβάλλοι τὰς ἀκτῖνας, οὐδ' ἂν ἡ σκιὰ πρὸς τοῖς ἄστροις εἴη τῆς γῆς ἡ καλουμένη νύξ. ἀλλ' ἀνάγκη πάντα τὸν ἥλιον τὰ ἄστρα*
7 *περιορᾶν, καὶ μηθενὶ τὴν γῆν ἀντιφράττειν αὐτῶν. 7. Ἔτι δ' ἐστὶ τρίτη τις ὑπόληψις περὶ αὐτοῦ· λέγουσι γάρ τινες ἀνά-*

enim, quominus id fiat splendore solis radiorum) eorum vero quibuscunque terra obversetur, ita ut a solis radiis tangi nequeant, peculiare lumen esse lactem. 5. Patet autem hanc causam non magis esse probabilem. Lac enim semper in eorundem siderum vicinia apparet (est enim maximus orbis), cum vero sol non in eodem maneat loco alia semper et alia ab ipso non adspiciuntur. Sole igitur moto, lacteus etiam moveatur orbis necesse foret, quod tamen longe secus se habet. 6. Quibus accedit, quod, si verum est quod in theorematis astronomicis docuimus, solis magnitudinem excedere terrae et intervallum terram inter et sidera longe superare intervallum ad solem usque, quemadmodum sol amplius distet a terra, quam luna, non procul a terra conus radiorum solis coiret neque terrae umbra, quam noctem solent appellare ad astra usque porrigeretur. Sed necesse est omnia sidera solis patere radiis neque eorum ulli obstare terram. 7. Est vero etiam tertia quaedam de lacte opinio. Aiunt enim nonnulli visum nostrum ad solem reflecti

κλασιν εἶναι τὸ γάλα τῆς ἡμετέρας ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιον, ὥσ-
περ καὶ τὸν ἀστέρα τὸν κομήτην. 8. Ἀδύνατον δὲ καὶ τοῦτο. 8
εἰ μὲν γὰρ τό τε ὁρῶν ἠρεμοίη καὶ τὸ ἔνοπτρον καὶ τὸ ὁρώ-
μενον ἅπαν, ἐν τῷ αὐτῷ σημείῳ τοῦ ἐνόπτρου τὸ αὐτὸ φαί-
νοιτ' ἂν μέρος τῆς ἐμφάσεως· εἰ δὲ κινοῖτο τὸ ἔνοπτρον καὶ
τὸ ὁρώμενον ἐν τῷ αὐτῷ μὲν ἀποστήματι πρὸς τὸ ὁρῶν καὶ
ἠρεμοῦν, πρὸς ἄλληλα δὲ μήτε ἰσοταχῶς μήτ' ἐν τῷ αὐτῷ
ἀεὶ διαστήματι, ἀδύνατον τὴν αὐτὴν ἔμφασιν ἐπὶ τοῦ αυτοῦ
εἶναι μέρους τοῦ ἐνόπτρου. 9. Τὰ δ' ἐν τῷ τοῦ γάλακτος κύ- 9
κλῳ φερόμενα ἄστρα κινεῖται καὶ ὁ ἥλιος πρὸς ὃν ἡ ἀνάκλα-
σις μενόντων ἡμῶν, καὶ ὁμοίως καὶ ἴσον πρὸς ἡμᾶς ἀπέχοντα,
αὐτῶν δ' οὐκ ἴσον· ὁτὲ μὲν γὰρ μέσων νυκτῶν ὁ δελφὶς ἐπι-
τέλλει, ὁτὲ δ' ἕωθεν, τὰ δὲ μόρια τοῦ γάλακτος τὰ αὐτὰ μένει
ἐν ἑκάστῳ· καίτοι οὐκ ἔδει, εἰ ἦν ἔμφασις, ἀλλὰ μὴ ἐν αὐτοῖς
τι ἦν τοῦτο τὸ πάθος τοῖς τόποις. 10. Ἔτι δὲ νύκτωρ ἐν ὕ- 10
δατι καὶ τοιούτοις ἐνόπτροις τὸ μὲν γάλα ἐμφαίνεται θεω-
ροῦσιν, τὸ δὲ τὴν ὄψιν ἀνακλᾶσθαι πρὸς τὸν ἥλιον πῶς δυνα-

eodemque modo fieri lacteum orbem, quo cometarum sidus. 8. Quod non magis fieri potest. Quodsi enim speculum, oculus et res quae sub conspectum cadit, quiete manent, in eodem speculi puncto eadem imaginis pars conspicitur: si vero moventur speculum et res conspecta ita, ut eodem quidem intervallo distent ab oculo immobili, utraque vero neque pari celeritate neque ita, ut eodem semper intervallo absint altera ab altero, fieri nequit, ut eadem imago in eadem speculi parte conspiciatur. 9. Sidera vero in lacteo orbe comprehensa moventur aeque ac sol, ad quem lumen reflectitur, nobis quiete manentibus, parique a nobis intervallo, inter se vero alio atque alio. Interdum enim circa mediam noctem delphinus exoritur, interdum mane, vicinae vero lactis partes in utroque exortu eaedem manent, quod tamen fieri non posset, si imago esset lac, neque vero affectio quaedam ipsi loco, in quo cernitur, propria. 10. Huc accedit, quod noctu in aqua, aliisque eius modi speculis, lac videntibus apparet, quod quo tandem modo fieri potest, quando visus ad solem reflectitur? Lacteum igitur orbem ne-

τόν; ὅτι μὲν οὔτε ὁδὸς τῶν πλανήτων οὐδενὸς οὔτε φῶς
ἐστι τῶν μὴ ὁρωμένων ἄστρων οὔτ᾽ ἀνάκλασις, ἐκ τούτων
φανερόν. σχεδὸν δὲ ταῦτ᾽ ἐστὶ τά γε μέχρι τοῦ νῦν παραδε-
11 δομένα παρὰ τῶν ἄλλων. 11. Ἡμεῖς δὲ λέγωμεν ἀναλαβόντες
τὴν ὑποκειμένην ἀρχὴν ἡμῖν· εἴρηται γὰρ πρότερον ὅτι τὸ
ἔσχατον τοῦ λεγομένου ἀέρος δύναμιν ἔχει πυρός, ὥστε τῇ κι-
νήσει διακρινομένου τοῦ ἀέρος ἀποκρίνεσθαι τοιαύτην σύστασιν
12 οἵαν καὶ τοὺς κομήτας ἀστέρας εἶναί φαμεν. 12. Τοιοῦτον
δὴ δεῖ νοῆσαι γινόμενον ὅπερ ἐπ᾽ ἐκείνων, ὅταν μὴ αὐτὴ
καθ᾽ αὑτὴν γένηται ἡ τοιαύτη ἔκκρισις, ἀλλ᾽ ὑπό τινος τῶν
ἄστρων ἢ τῶν ἐνδεδεμένων ἢ τῶν πλανωμένων· τότε γὰρ οὗ-
τοι φαίνονται κομῆται διὰ τὸ παρακολουθεῖν αὐτῶν τῇ φορᾷ
ὥσπερ τῷ ἡλίῳ τὴν τοιαύτην σύγκρισιν, ἀφ᾽ ἧς διὰ τὴν ἀνά-
κλασιν τὴν ἅλω φαίνεσθαί φαμεν, ὅταν οὕτω τύχῃ κεκραμέ-
13 νος ὁ ἀήρ. 13. Ὃ δὴ καθ᾽ ἕνα συμβαίνει τῶν ἀστέρων, τοῦτο
δεῖ λαβεῖν γινόμενον περὶ ὅλον τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν ἄνω φο-
ρὰν ἅπασαν· εὔλογον γάρ, εἴπερ ἡ ἑνὸς ἄστρου κίνησις, καὶ
τὴν τῶν ἁπάντων ποιεῖν τι τοιοῦτον καὶ ἐκριπίζειν. καὶ πρὸς

que iter esse planetae cuiusdam, aut lumen astrorum, quae conspici nequeant, aut denique reflexionem, ex hisce apparet. Haec autem fere sunt, quae ad hanc usque diem ab aliis sunt proposita. 11. Nos vero age retractemus principia, quibus supra usi sumus. Diximus enim ultimam partem aëris, quem vocare solent, facultate igni proxime accedere, ita ut aëre vi motus discreto, talis secernatur discretio, qualem crinita sidera esse diximus. 12. Tale igitur quiddam, quale in illis, fieri censeamus necesse est, quando non per se eius modi discretio segregatur, sed a sidere quodam aut fixo aut errante. Tunc enim illi apparent cometae, cum stellarum lationem sequitur quemadmodum solem talis secretio, cuius ope propter reflexionem, aëre ita constituto, halonem apparere dicimus. 13. Idem igitur, quod circa unum sidus fieri contingit, in toto caelo universaque supera latione fieri accipiamus oportet. Rationi enim consentaneum est, si unius cuiusdam sideris motus flammam provocat, omnium coniunctam idem efficere, praesertim illo in loco, ubi

τούτοις ἔτι καθ' ὃν τόπον πυκνότατα καὶ πλεῖστα καὶ μέγιστα
τυγχάνουσιν ὄντα τῶν ἄστρων. 14. Ὁ μὲν οὖν τῶν ζῳδίων 14
διὰ τὴν τοῦ ἡλίου φορὰν καὶ τὴν τῶν πλανήτων διαλύει τὴν
τοιαύτην σύστασιν, διόπερ οἱ πολλοὶ τῶν κομητῶν ἐκτὸς γίνον-
ται τῶν τροπικῶν. ἔτι δ' οὔτε περὶ ἥλιον οὔτε περὶ σελή-
νην γίνεται κόμη· θᾶττον γὰρ διακρίνουσιν ἢ ὥστε συστῆναι
τοιαύτην σύγκρισιν. 15. Οὗτος δ' ὁ κύκλος ἐν ᾧ τὸ γάλα 15
φαίνεται τοῖς ὁρῶσιν, ὅ τε μέγιστος ὢν τυγχάνει καὶ τῇ θέ-
σει κείμενος οὕτως ὥστε πολὺ τοὺς τροπικοὺς ὑπερβάλλειν.
16. Πρὸς δὲ τούτοις ἄστρων ὁ τόπος πλήρης ἐστὶ τῶν τε με- 16
γίστων καὶ λαμπροτάτων, καὶ ἔτι τῶν σποράδων καλουμένων
(τοῦτο δ' ἐστὶ καὶ τοῖς ὄμμασιν ἰδεῖν φανερόν), ὥστε διὰ ταῦ-
τα συνεχῶς καὶ ἀεὶ ταύτην πᾶσαν ἀθροίζεσθαι τὴν σύγκρισιν.
17. Σημεῖον δέ· καὶ γὰρ αὐτοῦ τοῦ κύκλου πλεῖον τὸ φῶς 17
ἐστιν ἐν θατέρῳ ἡμικυκλίῳ τῷ τὸ δίπλωμα ἔχοντι· ἐν τούτῳ
γὰρ πλείω καὶ πυκνότερά ἐστιν ἄστρα ἢ ἐν θατέρῳ, ὡς οὐ
δι' ἑτέραν τιν' αἰτίαν γινομένου τοῦ φέγγους ἢ διὰ τὴν τῶν
ἄστρων φοράν· εἰ γὰρ ἔν τε τῷ κύκλῳ τούτῳ γίνεται ἐν ᾧ

prae caeteris conferta, plurima et maxima sidera reperiuntur. 14. Zodiacus igitur propter solis planetarumque motum eius modi secretionem dissolvit, quam ob causam cometarum etiam plurimi extra tropicos apparent: neque enim praeterea circa solem neque circa lunam coma deprehenditur. Citius enim dissolvunt, quam ut consistere queat secretio. 15. Circulus hic, in quo lac videntibus apparet, et maximus esse contingit et situ suo ita locatus, ut tropicos longe excedat. 16. Praeterea stellis locus repletus est et maximis et lucidissimis aliisque quam plurimis, quae certo nomine carent (sparsae vocantur), quod oculis etiam videre licet, ita ut continuo semperque omnis discretio queat coacervari. 17. Cuius rei indicium est, quod maximum orbis lactei iubar in altera illa caeli parte cernatur, qua bifurcatio lactis comprehenditur, in qua etiam plura et densiora astra exsistunt, quam in altera, ita ut nullam aliam splendor originem habeat, nisi astrorum motum. Quodsi enim in illo ipso circulo fit, in quo plurima astra reperiuntur et in

*τὰ πλεῖστα κεῖται τῶν ἄστρων, καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου ἐν ᾧ
μᾶλλον φαίνεται καταπεπυκνῶσθαι καὶ μεγέθει καὶ πλήθει ἀ-
στέρων, ταύτην εἰκὸς ὑπολαβεῖν οἰκειοτάτην αἰτίαν εἶναι τοῦ
18 πάθους.* 18. *Θεωρείσθω δ᾽ ὅ τε κύκλος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἄστρα
ἐκ τῆς ὑπογραφῆς· τοὺς δὲ σποράδας καλουμένους οὕτω μὲν
εἰς τὴν σφαῖραν οὐκ ἔστι τάξαι διὰ τὸ μηδεμίαν διὰ τέλους
ἔχειν φανερὰν ἕκαστον θέσιν, εἰς δὲ τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπου-
19 σίν ἐστι δῆλον.* 19. *Ἐν μόνῳ γὰρ τούτῳ τῶν κύκλων τὰ
μεταξὺ πλήρη τοιούτων ἀστέρων ἐστίν, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις
διαλείπει φανερῶς, ὥστ᾽ εἴπερ καὶ περὶ τοῦ φαίνεσθαι κομή-
τας ἀποδεχόμεθα τὴν αἰτίαν ὡς εἰρημένην μετρίως, καὶ περὶ
20 τοῦ γάλακτος τὸν αὐτὸν ὑποληπτέον τρόπον ἔχειν.* 20. *Ὃ γὰρ
ἐκεῖ περὶ ἕνα ἐστὶ πάθος ἡ κόμη, τοῦτο περὶ κύκλον τινὰ
συμβαίνει γίνεσθαι τὸ αὐτό, καὶ ἔστι τὸ γάλα, ὡς εἰπεῖν οἷον
ὁριζόμενον, ἡ τοῦ μεγίστου διὰ τὴν ἔκκρισιν κύκλου κόμη. διὸ
καθάπερ εἴπομεν πρότερον, οὐ πολλοὶ οὐδὲ πολλάκις γίνονται
κομῆται, διὰ τὸ συνεχῶς ἀποκεκρίσθαι τε καὶ ἀποκρίνεσθαι
καθ᾽ ἑκάστην περίοδον εἰς τοῦτον τὸν τόπον ἀεὶ τὴν τοιαύτην*

illa ipsa circuli parte in qua maxime conferta cernuntur, quae magnitudine et frequentia stellarum pollent, ea, quam diximus, causa maxime phaenomeno congrua censenda est. 18. Orbis autem et quae in eo exsistunt astra in adpicta tabula conspici possunt, in quam, quae sparsae vocantur, stellas referre non licebat, cum nulla certum et qui distincte appareat locum occupet, quod cuivis caelum intuenti patet. 19. In hoc enim uno caelestium circulorum siderum intervalla eius modi stellis referta sunt, quod in reliquis caeli plagis non aperte patet, ita ut, si non prorsus inepte de cometarum origine disseruimus, idem de lactei circuli explicatione iudicandum sit. 20. Cum enim coma ibi unum sidus afficeretur, nunc idem phaenomenon in toto quodam circulo deprehenditur, unde si lacteum orbem quasi definire vellemus, diceremus esse eum maximi circuli comam secretione provocatam. Quare, quemadmodum supra diximus, neque multi neque saepe cometae apparent idcirco, quia continuo cumulata est et cumulatur unaquaevis caeli re-

σύστασιν. 21. Περὶ μὲν οὖν τῶν γινομένων ἐν τῷ περὶ τὴν 21
γῆν κόσμῳ τῷ συνεχεῖ ταῖς φοραῖς εἴρηται, περί τε τῆς
διαδρομῆς τῶν ἄστρων καὶ τῆς ἐκπιμπραμένης φλογός, ἔτι
περί τε κομητῶν καὶ τοῦ καλουμένου γάλακτος· σχεδὸν γάρ εἰσι
τοσαῦτα τὰ πάθη τὰ φαινόμενα περὶ τὸν τόπον τοῦτον.

IX. *Περὶ δὲ τοῦ τῇ θέσει μὲν δευτέρου τόπου μετὰ τοῦ-* 1
τον, πρώτου δὲ περὶ τὴν γῆν λέγωμεν· οὗτος γὰρ κοινὸς ὕδα-
τός τε τόπος καὶ ἀέρος καὶ τῶν συμβαινόντων περὶ τὴν ἄνω
γένεσιν αὐτοῦ. ληπτέον δὲ καὶ τούτων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰ-
τίας πάντων ὁμοίως. 2. Ἡ μὲν οὖν ὡς κινοῦσα καὶ κυρία 2
καὶ πρώτη τῶν ἀρχῶν ὁ κύκλος ἐστίν, ἐν ᾧ φανερῶς ἡ τοῦ
ἡλίου φορὰ διακρίνουσα καὶ συγκρίνουσα τῷ γίνεσθαι πλησίον
ἢ πορρώτερον αἰτία τῆς γενέσεως καὶ τῆς φθορᾶς ἐστίν. με-
νούσης δὲ τῆς γῆς, τὸ περὶ αὐτὴν ὑγρὸν ὑπὸ τῶν ἀκτίνων καὶ
ὑπὸ τῆς ἄλλης τῆς ἄνωθεν θερμότητος ἀτμιδούμενον φέρεται
ἄνω· 3. Τῆς δὲ θερμότητος ἀπολιπούσης τῆς ἀναγούσης αὐ- 3
τό, καὶ τῆς μὲν διασκεδαννυμένης πρὸς τὸν ἄνω τόπον, τῆς

volutione in hunc locum istius modi secretio. 21. Quae igitur in illa mundi terram ambientis parte fiunt, quae superis motibus contigua est, iam disseruimus: tam de stellarum transcursibus, quam de flamma incensa, praeterea de cometis et de lacteo, qui vocatur orbe. Haec enim fere sunt phaenomena, quae isto in loco apparent.

Cap. IX. Iam de altera, quae illam excipit, regione, positione quidem secunda, prima autem prope terram disseramus, quae aquae cum aëre communis, eorumque est sedes, quae circa generationem eius in supero loco accidunt: Horum quoque causae et principia eodem modo explanandae sunt. 2. Principium igitur movens, potissimum illud et princeps, orbis est, in quo solis motus secretionibus et concretionibus manifesto ortus interitusque provocat maiore sua aut vicinia aut distantia. Terram vero immobilem qui circumdat humor, ope radiorum solis reliquique superne caloris in vaporem conversus sursum tollitur. 3. Quem quum deinde calor deserat, qui sursum evexerat, altera illius parte in superiorem locum dispersa, altera

δὲ καὶ σβεννυμένης διὰ τὸ μετεωρίζεσθαι πορρώτερον εἰς τὸν
ὑπὲρ τῆς γῆς ἀέρα, συνίσταται πάλιν ἡ ἀτμὶς ψυχομένη διά
τε τὴν ἀπόλειψιν τοῦ θερμοῦ καὶ τὸν τόπον, καὶ γίνεται ὕ-
δωρ ἐξ ἀέρος· γενόμενον δὲ φέρεται πάλιν πρὸς τὴν γῆν.
4 4. Ἔστι δ᾽ ἡ μὲν ἐξ ὕδατος ἀναθυμίασις ἀτμίς, ἡ δ᾽ ἐξ ἀέρος
εἰς ὕδωρ νέφος· ὁμίχλη δὲ νεφέλης περίττωμα τῆς εἰς ὕδωρ
συγκρίσεως. διόπερ σημεῖον μᾶλλόν ἐστιν εὐδίας ἢ ὑδάτων.
5 οἷον γάρ ἐστιν ἡ ὁμίχλη νεφέλη ἄγονος. 5. Γίνεται δὲ κύ-
κλος οὗτος μιμούμενος τὸν τοῦ ἡλίου κύκλον· ἅμα γὰρ ἐκεῖ-
νος εἰς τὰ πλάγια μεταβάλλει καὶ οὗτος ἄνω καὶ κάτω. καὶ
δεῖ νοῆσαι τοῦτον ὥσπερ ποταμὸν ῥέοντα κύκλῳ ἄνω καὶ κά-
6 τω, κοινὸν ἀέρος καὶ ὕδατος. 6. Πλησίον μὲν γὰρ ὄντος τοῦ
ἡλίου ὁ τῆς ἀτμίδος ἄνω ῥεῖ ποταμός, ἀφισταμένου δὲ ὁ τοῦ
ὕδατος κάτω. καὶ τοῦτ᾽ ἐνδελεχὲς ἐθέλει γίνεσθαι κατά γε τὴν
τάξιν· ὥστ᾽ εἴπερ ᾐνίττοντο τὸν ὠκεανὸν οἱ πρότερον, τάχ᾽
ἂν τοῦτον τὸν ποταμὸν λέγοιεν τὸν κύκλῳ ῥέοντα περὶ τὴν
7 γῆν. 7. Ἀναγομένου δὲ τοῦ ὑγροῦ ἀεὶ διὰ τὴν τοῦ θερ-
μοῦ δύναμιν καὶ πάλιν φερομένου κάτω διὰ τὴν ψύξιν πρὸς

exstincta propterea, quod procul a terrae superficie in aërem, qui supra terram est, sublimis effertur, vapor frigefactus iterum consistit, tum propter caloris defectionem, tum propter loci naturam, et aqua gignitur ex aëre, et ubi genita est, rursus ad terram defertur. 4. Quod vero aquae gignitur exhalatione, vapor est: quod aëris in aquam reditu, nubes; nubisque eius, quae in aquam concrevit, excrementum, nebula. Unde serenitatis magis, quam aquarum est indicium nebula, cum quasi infecunda sit nubes. 5. Orbis autem ille imitatur solis orbem: simul enim cum hoc ad latera discedit, sursum effertur et deorsum deprimitur. Atque comparandus est flumini in orbem sursum deorsum fluenti, communi aëris et aquae. 6. Cum enim propius sol accedit, sursum adscendit vaporis flumen; ubi in longinqua discedit, ima petit aquae flumen, idque indesinenter secundum certum quendam ordinem fieri solet, ita ut quem veteres oceanum commenti sunt, hoc dicas flumen, quod terrae orbem circumfluat. 7. Humore continuo sursum elato, vi ca-

τὴν γῆν, οἰκείως τὰ ὀνόματα τοῖς πάθεσι κεῖται καί τισι διαφοραῖς αὐτῶν. ὅταν μὲν γὰρ κατὰ μικρὰ φέρηται, ψακάδες, ὅταν δὲ κατὰ μείζω μόρια, ὑετὸς καλεῖται.

X. Ἐκ δὲ τοῦ καθ᾽ ἡμέραν ἀτμίζοντος ὅσον ἂν μὴ με- 1
τεωρισθῇ δι᾽ ὀλιγότητα τοῦ ἀνάγοντος αὐτὸ πυρὸς πρὸς τὸ
ἀναγόμενον ὕδωρ, πάλιν καταφερόμενον ὅταν ψυχθῇ νύκτωρ,
καλεῖται δρόσος καὶ πάχνη. 2. Πάχνη μὲν ὅταν ἡ ἀτμὶς 2
παγῇ πρὶν εἰς ὕδωρ συγκριθῆναι πάλιν (γίνεται δὲ χειμῶνος
καὶ μᾶλλον ἐν χειμερινοῖς τόποις), δρόσος δ᾽ ὅταν συγκριθῇ
εἰς ὕδωρ ἡ ἀτμίς, καὶ μήθ᾽ οὕτως ἔχῃ ἡ ἀλέα, ὥστε ξηρᾶ-
ναι τὸ ἀναχθέν, μήθ᾽ οὕτω [τὸ] ψῦχος ὥστε παγῆναι τὴν
ἀτμίδα αὐτὴν διὰ τὸ ἢ τὸν τόπον ἀλεεινότερον ἢ τὴν ὥραν
εἶναι. 3. Γίνεται γὰρ ἡ δρόσος ἐν εὐδίᾳ καὶ ἐν τοῖς εὐδιεινο- 3
τέροις τόποις, ἡ δὲ πάχνη, καθάπερ εἴρηται, τοὐναντίον·
δῆλον γὰρ ὡς ἡ ἀτμὶς θερμότερον ὕδατος (ἔχει γὰρ τὸ ἀνά-
γον ἔτι πῦρ), ὥστε πλείονος ψυχρότητος αὐτὴν πῆξαι. 4. Γί- 4
νεται δ᾽ ἄμφω αἰθρίας τε καὶ νηνεμίας· οὔτε γὰρ ἀναχθήσε-

loris rursusque vi refrigerationis ad terram relapso, nomina singulis affectionibus eorumque nonnullis differentiis propria imposita sunt: quando enim exiguis guttulis delabitur aqua, stillicidia fiunt, quando uberiore copia imber appellatur.

Cap. X. Illius vaporis, qui interdiu gignitur, quicquid propter ignis, qui eum tollat, exiguam aquae sublatae respectu copiam in sublime non fertur, quando rursus delabitur noctuque refrigeratur, ros et pruina appellatur. 2. Pruina sicubi vapor congelatur, priusquam in aquam concrevit (fit autem frigida anni tempestate et frigidioribus in locis), ros cum vapor in aquam concreverit, neque aut tantus sit calor, ut sublatum resiccare queat, aut tantum frigus, ut ipse vapor congeletur, quia aut locus aut tempestas sit temperatior. 3. Gignitur enim ros potissimum calidis temporibus et locis, pruina vero, ut diximus, frigidis. Perspicuum autem est, vaporem aqua esse calidiorem, cum ignem, qui sursum evexerat, adhuc contineat, ita ut maiore opus sit frigore, ut congeletur. 4. Utraque fit sereno caelo et malacia: neque enim quidquam sursum fer-

*ται μὴ οὔσης αἰθρίας, οὔτε συστῆναι δύναιτ᾽ ἂν ἀνέμου πνέον-
τος. σημεῖον δ᾽ ὅτι γίνεται ταῦτα διὰ τὸ μὴ πόρρω μετεωρί-
ζεσθαι τὴν ἀτμίδα· ἐπὶ γὰρ τοῖς ὄρεσιν οὐ γίνεται πάχνη.
5 5. Αἰτία δὲ μία μὲν αὕτη, ὅτι ἀνάγεται ἐκ τῶν κοίλων καὶ
ἐφύδρων τόπων, ὥστε καθάπερ φορτίον φέρουσα πλέον ἢ ἀνά-
γουσα θερμότης ἢ καθ᾽ αὑτήν, οὐ δύναται μετεωρίζειν ἐπὶ
πολὺν τόπον αὐτὸ τοῦ ὕψους, ἀλλ᾽ ἐγγὺς ἀφίησι πάλιν· ἑτέρα
δ᾽ ὅτι καὶ ῥεῖ μάλιστα ὁ ἀὴρ ῥέων ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, ὃς δια-
6 λύει τὴν τοιαύτην σύστασιν. 6. Γίνεται δ᾽ ἡ δρόσος πανταχοῦ
χοῦ νοτίοις οὐ βορείοις, πλὴν ἐν τῷ Πόντῳ. ἐκεῖ δὲ τοὐναν-
τίον. [βορείοις μὲν γὰρ γίνεται, νοτίοις δ᾽ οὐ γίνεται]. αἴτιον
δ᾽ ὁμοίως ὥσπερ ὅτι εὐδίας μὲν γίνεται, χειμῶνος δ᾽ οὔ· ὁ
μὲν γὰρ νότος εὐδίαν ποιεῖ, ὁ δὲ βορέας χειμῶνα· ψυχρὸς
γάρ, ὥστ᾽ ἐκ τοῦ χειμῶνος τῆς ἀναθυμιάσεως σβέννυσι τὴν
7 θερμότητα. 7. Ἐν δὲ τῷ Πόντῳ ὁ μὲν νότος οὐχ οὕτως
ποιεῖ εὐδίαν, ὥστε γίνεσθαι ἀτμίδα, ὁ δὲ βορέας διὰ τὴν ψυ-
χρότητα ἀντιπεριϊστὰς τὸ θερμὸν ἀθροίζει, ὥστε πλεῖον ἀτμί-*

tur, caelo nubibus tecto, neque concrescere potest ventis spirantibus. Quod autem harum originis causa sit, quia [in regiones] non procul [a terrae superficie remotas] eductus sit [vapor], exinde patet, quod in montibus nunquam pruina deprehenditur. 5. Cuius rei altera causa haec est, quod ex cavis udisque locis vapor adscendit ita, ut qui sursum pellit calor cum maiore pondere utatur, quam quod ferre queat, eum non ad sublimem locum tollere possit sed prope terram rursus omittat: altera deinde, quod in altioribus locis aër, qui eius modi concretionem dissolvit, maxime fluere solet. 6. Fit autem ros ubique australibus ventis, non borealibus, praeterquam in Ponto, ubi contrarium evenit [ut borealibus quidem fiat, austrinis non fiat]. Eadem autem huius phaenomeni causa est [quam supra tetigimus], ut calida tempestate fiat, frigida non fiat. Auster enim calidus est, boreas brumalis frigidusque adeo, ut vi frigoris, vaporis calorem exstinguat. 7. In Ponto auster nullum calorem generat talem, ut vapor fieri possit: aquilo contra frigore undequaque circumstans calorem colligit tantum, ut maior fiat eva-

ζειν μᾶλλον. 8. Πολλάκις δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ἔξω τόποις 8
ἰδεῖν γινόμενόν ἐστιν· ἀτμίζειν γὰρ τὰ φρέατα βορείοις μᾶλλον
ἢ νοτίοις. ἀλλὰ τὰ μὲν βόρεια σβέννυσι πρὶν συστῆναί τι πλῆ-
θος, ἐν δὲ τοῖς νοτίοις ἐᾶται ἀθροίζεσθαι ἡ ἀναθυμίασις.

XI. Αὐτὸ δὲ τὸ ὕδωρ οὐ πήγνυται, καθάπερ ἐν τῷ περὶ 1
τὰ νέφη τόπῳ· κεῖθεν γὰρ τρία φοιτᾷ σώματα συνιστάμενα
διὰ τὴν ψύξιν, καὶ ὕδωρ καὶ χιὼν καὶ χάλαζα· τούτων δὲ τὰ
μὲν δύο ἀνάλογον καὶ διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας γίνεται τοῖς κάτω,
διαφέροντα τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ πλήθει καὶ ὀλιγότητι.
2. Χιὼν γὰρ καὶ πάχνη ταὐτόν, καὶ ὑετὸς καὶ δρόσος, ἀλλὰ 2
τὸ μὲν πολὺ τὸ δ' ὀλίγον· ὁ μὲν γὰρ ὑετὸς ἐκ πολλῆς ἀτμί-
δος γίνεται ψυχομένης· τούτου δ' αἴτιον ὅ τε τόπος πολὺς καὶ
ὁ χρόνος ὤν, ἐν ᾧ συλλέγεται καὶ ἐξ οὗ. τὸ δ' ὀλίγον ἡ δρό-
σος· ἐφήμερος γὰρ ἡ σύστασις καὶ ὁ τόπος μικρός· δηλοῖ
δ' ἥ τε γένεσις οὖσα ταχεῖα καὶ βραχὺ τὸ πλῆθος. 3. Ὁμοί- 3
ως δὲ καὶ πάχνη καὶ χιών· ὅταν γὰρ παγῇ τὸ νέφος, χιών
ἐστιν, ὅταν δ' ἡ ἀτμίς, πάχνη. διὸ ἢ ὥρας ἢ χώρας ἐστὶ ση-
μεῖον ψυχρᾶς· οὐ γὰρ ἂν ἐπήγνυτο ἔτι πολλῆς ἐνούσης θερ-

poratio. 8. Quod etiam in locis extra Pontum saepe videre licet, ut vaporis largior copia provocetur aquilonibus, quam austris. Aquilones vero exstinguunt prius quam maior copia concrescere queat, austri flantes vaporem colligi sinunt.

Cap. XI. Aqua vero ipsa nusquam concrescit, quemadmodum in nubium regione. Inde enim tria descendunt corpora, propter frigus concreta, aqua, nix et grando. Quarum duo eadem ratione et easdem propter causas fiunt, quam quae infra, neque differunt nisi maiore aut minore copia. 2. Nix enim et pluvia cum pruina et rore congruunt, sed illae copia abundant, hae deficiunt. Pluvia enim fit multo vapore refrigerato, cuius rei causa est, abundantia loci et temporis, in quibus colligitur. Copia longe inferior est ros, qui unius diei exiguo in loco est concretio, quod patet ex celeri ortu et exigua multitudine. 3. Eodem iure pruina convenit cum nive. Quando enim nubes congelatur, nix fit: quando vapor, pruina; quapropter aut regionis aut tempestatis frigidae est indicium. Nisi enim frigus

μότητος, εἰ μὴ ἐπεκράτει τὸ ψῦχος. ἐν γὰρ τῷ νέφει ἔτι ἔνε-
στι πολὺ τὸ θερμὸν τὸ ὑπόλοιπον τοῦ ἐξατμίσαντος ἐκ τῆς
4 γῆς τὸ ὑγρὸν πυρός. 4. Χάλαζα δ' ἐκεῖ μὲν γίνεται, ἐν δὲ
τῷ πλησίον τῆς γῆς ἀτμίζοντι τοῦτ' ἐλλείπει· καθάπερ γὰρ
εἴπομεν, ὡς μὲν ἐκεῖ χιών, ἐνταῦθα γίνεται πάχνη, ὡς δ' ἐκεῖ
ὑετός, ἐνταῦθα δρόσος· ὡς δ' ἐκεῖ χάλαζα, ἐνταῦθα οὐκ ἀν-
ταποδίδωσι τὸ ὅμοιον. τὸ δ' αἴτιον εἰποῦσι περὶ χαλάζης
ἔσται δῆλον.

1 XII. Δεῖ δὲ λαβεῖν ἅμα καὶ τὰ συμβαίνοντα περὶ τὴν
γένεσιν αὐτῆς, τά τε μὴ πλανῶντα καὶ τὰ δοκοῦντ' εἶναι πα-
ράλογα. ἔστι μὲν γὰρ ἡ χάλαζα κρύσταλλος, πήγνυται δὲ τὸ
ὕδωρ τοῦ χειμῶνος· αἱ δὲ χάλαζαι γίνονται ἔαρος μὲν καὶ με-
τοπώρου μάλιστα, εἶτα καὶ τῆς ὀπώρας, χειμῶνος δ' ὀλιγάκις,
2 καὶ ὅταν ἧττον ᾖ ψῦχος. 2. Καὶ ὅλως δὲ γίνονται χάλαζαι
μὲν ἐν τοῖς εὐδιεινοτέροις τόποις, αἱ δὲ χιόνες ἐν τοῖς ψυχρο-
τέροις· ἄτοπον δὲ καὶ τὸ πήγνυσθαι ὕδωρ ἐν τῷ ἄνω τόπῳ·
οὔτε γὰρ παγῆναι δυνατὸν πρὶν γενέσθαι ὕδωρ, οὔτε τὸ ὕδωρ

evicisset, ne cum multus quidem infuisset adhuc calor, foret conglaciatus. In nube enim multum superest caloris, qui e terra humidum vaporem protraxerat. 4. Grando illic quidem progenitur: at deficit in regione terrae superficiei vicina vaporibus repleta. Sicuti enim diximus, uti illic nix, hic pruina: uti illic pluvia, hic ros: ut vero illic grando, hic nihil simile reperitur. Cuius rei causa nobis patebit de grandine disserentibus.

Cap. XII. Inter ea quae circa eius ortum eveniunt et ea sumenda sunt, quae extra omnem dubitationem posita sunt et quae praeter rationem esse videntur. Est enim grando glacies. Atqui congelatur aqua brumali tempore; grandines contra decidunt vere praesertim et autumno, deinde etiam in fine aestatis, hyeme autem raro nec nisi cum debilius sit frigus. 2. Omnino deinde grandines fiunt in calidioribus regionibus, nives autem in frigidioribus. Ineptum vero est, aquam conglaciari in sublimi loco, cum neque queat consistere, priusquam in aquam sit redacta, neque aqua ullum temporis spatium

οὐδένα χρόνον οἷόν τε μένειν μετέωρον ὄν. 3. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' 3
ὥσπερ αἱ ψακάδες ἄνω μὲν ὀχοῦνται διὰ μικρότητα, ἐνδιατρί-
ψασαι δ' ἐπὶ τοῦ ἀέρος, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ὕδατος γῆ καὶ
χρυσὸς διὰ μικρομέρειαν πολλάκις ἐπιπλέουσιν, οὕτως ἐπὶ τοῦ
ἀέρος τὸ ὕδωρ, συνελθόντων δὲ πολλῶν μικρῶν μεγάλαι κα-
ταφέρονται ψακάδες. 4. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἐνδέχεται γενέσθαι 4
ἐπὶ τῆς χαλάζης· οὐ γὰρ συμφύεται τὰ πεπηγότα ὥσπερ τὰ
ὑγρά. δῆλον οὖν ὅτι ἄνω τοσοῦτον ὕδωρ ἔμεινεν· οὐ γὰρ ἂν
ἐπάγη τοσοῦτον. 5. Τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ τοῦ πάθους αἴτιον 5
εἶναι τούτου καὶ τῆς γενέσεως, ὅταν ἀπωσθῇ τὸ νέφος εἰς τὸν
ἄνω τόπον μᾶλλον ὄντα ψυχρὸν διὰ τὸ λήγειν ἐκεῖ τὰς ἀπὸ
τῆς γῆς τῶν ἀκτίνων ἀνακλάσεις, ἐλθὸν δ' ἐκεῖ πήγνυσθαι τὸ
ὕδωρ. διὸ καὶ θέρους μᾶλλον καὶ ἐν ταῖς ἀλεειναῖς χώραις
γίνεσθαι τὰς χαλάζας, ὅτι ἐπὶ πλεῖον τὸ θερμὸν ἀνωθεῖ ἀπὸ
τῆς γῆς τὰς νεφέλας. 6. Συμβαίνει δ' ἐν τοῖς σφόδρα ὑψη- 6
λοῖς ἥκιστα γίνεσθαι χαλάζας· καίτοι ἔδει, ὥσπερ καὶ τὴν
χιόνα ὁρῶμεν ἐπὶ τοῖς ὑψηλοῖς μάλιστα γινομένην. 7. Ἔτι 7
δὲ πολλάκις ὦπται νέφη φερόμενα σὺν ψόφῳ πολλῷ παρ' αὐ-

sublime manere. 3. At neque, ut stillae supra vehuntur ob parvitatem in aëre versatae (quemadmodum enim terrae aurique exiguae particulae aquae saepe innatant, ita aëri aqua), multarumque coëuntium magna devehuntur stillicidia, ita in grandine fieri potest. 4. Nequaquam enim coalescunt, quae gelu concreverant, quemadmodum humida. Patet igitur tantam aquae copiam in supero loco permansisse: neque enim tanta fuisset conglaciata. 5. Nonnullis igitur videtur phaenomeno eiusque origini causa subesse, quod nubes in superiorem locum protrudatur eumque frigidiorem, quippe in quo radiorum a terra reflexiones desinant, ubi simulac advenerit, congeletur, idcircoque aestate potius et in calidioribus locis grandines fieri, cum calor quo intensior eo longinquius nubes sursum pellat. 6. Atqui in locos valde editos minime grandinem delabi constat: quod quidem fieri debebat, quemadmodum nivem etiam in montibus creberrimam fieri videmus. 7. Praeterea saepenumero nubes apparent ingenti strepitu prope terram delatae

τὴν τὴν γῆν, ὥστε φοβερὸν εἶναι τοῖς ἀκούουσι καὶ ὁρῶσιν
8 ὡς ἐσομένου τινὸς μείζονος. 8. Ὁτὲ δὲ καὶ ἄνευ ψόφου τοιού-
των ὀφθέντων νεφῶν χάλαζα γίνεται πολλὴ καὶ τὸ μέγεθος
ἄπιστος, καὶ τοῖς σχήμασιν οὐ στρογγύλη, διὰ τὸ μὴ πολὺν
χρόνον γίνεσθαι τὴν φορὰν αὐτῆς ὡς πλησίον τῆς πήξεως
9 γενομένης τῆς γῆς, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ἐκεῖνοί φασιν. 9. Ἀλλὰ
μὴν ἀναγκαῖον ὑπὸ τοῦ μάλιστ' αἰτίου τῆς πήξεως μεγάλας
γίνεσθαι χαλάζας· κρύσταλλος γὰρ ἡ χάλαζα, καὶ τοῦτο παντὶ
δῆλον. μεγάλαι δ' εἰσὶν αἱ τοῖς σχήμασι μὴ στρογγύλαι. τοῦτο
δὲ σημεῖον τοῦ παγῆναι πλησίον τῆς γῆς. αἱ γὰρ φερόμεναι
πόρρωθεν διὰ τὸ φέρεσθαι μακρὰν περιθραυόμεναι γίνονται
10 τό τε σχῆμα περιφερεῖς καὶ τὸ μέγεθος ἐλάττους. 10. Ὅτι
μὲν οὖν οὐ τῷ ἀπωθεῖσθαι εἰς τὸν ἄνω τόπον τὸν ψυχρὸν
11 ἡ πῆξις συμβαίνει, δῆλον. 11. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁρῶμεν ὅτι γίνε-
ται ἀντιπερίστασις τῷ θερμῷ καὶ ψυχρῷ ἀλλήλοις, διὸ ἔν τε
ταῖς ἀλέαις ψυχρὰ τὰ κάτω τῆς γῆς καὶ ἀλεεινὰ ἐν τοῖς πά-
γοις, τοῦτο δεῖ νομίζειν καὶ ἐν τῷ ἄνω γίνεσθαι τόπῳ, ὥστ'

ita, ut terrorem incutiant audientibus et adspicientibus, tamquam si maius quidpiam adesset. 8. Interdum etiam absque clangore apparentibus eius modi nubibus grando frequens delabitur incredibilis fere magnitudinis, minime rotunda idcirco forma, quia non diuturno tempore defertur, cum in vicinia terrae congelata sit, neque quemadmodum illi aiunt [in regione procul a terrae superficie remota]. 9. Necessarium est ab eo, quod maxime congelationis causa est, magnas procreari grandines. Glaciem enim esse grandinem, cuivis intelligitur. At magnae sunt, quae rotundam formam non induunt. Indeque argumentum desumitur in vicinia terrae eas conglaciari. Quae enim ex longinquo delabuntur propter diuturnum casum undique corrasae et formam induunt rotundam et exigua fruuntur magnitudine. 10. Quod igitur non inde congelatio efficiatur, quia in superiorem locum eumque frigidiorem nubes protudatur, apparet. 11. Cum vero videamus calorem et frigus sese undique coërcere, quapropter subterranea loca calidis tempestatibus frigida et frigidis calida reperiuntur, idem in superiore loco

ἐν ταῖς ἀλεεινοτέραις ὥραις ἀντιπεριϊστάμενον εἴσω τὸ ψυχρὸν
διὰ τὴν κύκλῳ θερμότητα ὁτὲ μὲν ταχὺ ὕδωρ ἐκ τοῦ νέφους
ποιεῖ, ὁτὲ δὲ χάλαζαν. 12. Διὸ καὶ αἱ ψακάδες πολὺ μείζους 12
ἐν ταῖς ἀλεειναῖς γίνονται ἡμέραις ἢ ἐν τῷ χειμῶνι, καὶ ὕδατα
λαβρότερα· λαβρότερα μὲν γὰρ λέγεται, ὅταν ἀθροώτερα,
ἀθροώτερα δὲ διὰ τὸ τάχος τῆς πυκνώσεως. 13. Τοῦτο δὲ 13
γίνεται αὐτὸ τοὐναντίον ἢ ὡς Ἀναξαγόρας λέγει· ὁ μὲν γὰρ
ὅταν εἰς τὸν ψυχρὸν ἀέρα ἐπανέλθῃ φησὶ τοῦτο πάσχειν, ἡ-
μεῖς δ' ὅταν εἰς τὸν θερμὸν κατέλθῃ, καὶ μάλιστα, ὅταν μά-
λιστα. ὅταν δ' ἔτι μᾶλλον ἀντιπεριστῇ ἐντὸς τὸ ψυχρὸν ὑπὸ
τοῦ ἔξω θερμοῦ, ὕδωρ ποιῆσαν ἔπηξε καὶ γίνεται χάλαζα.
συμβαίνει δὲ τοῦτο, ὅταν θᾶττον ᾖ ἡ πῆξις ἢ ἡ τοῦ ὕδατος
φορὰ ἡ κάτω. 14. Εἰ γὰρ φέρεται μὲν ἐν τοσῷδε χρόνῳ, ἡ 14
δὲ ψυχρότης σφοδρὰ οὖσα ἐν ἐλάττονι ἔπηξεν, οὐθὲν κωλύει
μετέωρον ὂν παγῆναι, ἐὰν ἡ πῆξις ἐν ἐλάττονι γίνηται χρόνῳ
τῆς κάτω φορᾶς. 15. Καὶ ὅσῳ δ' ἂν ἐγγύτερον καὶ ἀθροω- 15
τέρα γένηται ἡ πῆξις, τά τε ὕδατα λαβρότερα γίνεται καὶ αἱ

evenire censemus necesse est, ita ut calidiore tempore frigus ab ambiente calore undique conclusum interdum celeriter aquam ex nube eliciat, interdum grandinem. 12. Quapropter stillicidia calidis diebus multo maiora esse solent, quam brumae tempore, et aquae largior copia. Largiores enim sunt, quando magis coacervatae, coacervatae vero propter condensationis celeritatem. 13. Quod prorsus contrario evenit modo, quam Anaxagoras voluit. Is enim quando in frigidum aërem adscendat, nubem hac effici ratione contendebat, nos vero quando in calidum descendat ac maxime cum maxime. Quando vero adhuc magis a calore ambiente introrsum frigus compressum fuerit, mox ubi aquam genuit, in glaciem convertit et grandinem efficit. Quod evenit, quotiescunque rapidior est congelatio, quam aquae delapsus. 14. Quodsi enim delabitur tantillo tempore, frigus vero intensum breviore temporis spatio conglaciat, nihil prohibet, quominus sublime in glaciem convertatur, quando congelatio breviore fiat tempore, quam deorsum latio. 15. Et quo propior et magis collecta fiat congelatio, eo maiore impetu

ψακάδες καὶ αἱ χάλαζαι μείζους διὰ τὸ βραχὺν φέρεσθαι τό-
πον. καὶ οὐ πυκναὶ αἱ ψακάδες αἱ μεγάλαι πίπτουσι διὰ τὴν
16 αὐτὴν αἰτίαν. 16. Ἧττον δὲ τοῦ θέρους γίνεται ἢ ἔαρος καὶ
μετοπώρου, μᾶλλον μέντοι ἢ χειμῶνος, ὅτι ξηρότερος ὁ ἀὴρ
τοῦ θέρους· ἐν δὲ τῷ ἔαρι ἔτι ὑγρός, ἐν δὲ τῷ μετοπώρῳ
17 ἤδη ὑγραίνεται. 17. Γίνονται δέ ποτε, καθάπερ εἴρηται, καὶ
τῆς ὀπώρας χάλαζαι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. συμβάλλεται δ' ἔτι
πρὸς τὴν ταχυτῆτα τῆς πήξεως καὶ τὸ προτεθερμάνθαι τὸ
18 ὕδωρ. θᾶττον γὰρ ψύχεται. 18. Διὸ πολλοὶ ὅταν τὸ ὕδωρ
ψῦξαι ταχὺ βουληθῶσιν, εἰς τὸν ἥλιον τιθέασι πρῶτον, καὶ
οἱ περὶ τὸν Πόντον ὅταν ἐπὶ τοῦ κρυστάλλου σκηνοποιῶνται
πρὸς τὰς τῶν ἰχθύων θήρας (θηρεύουσι γὰρ διακόπτοντες τὸν
κρύσταλλον), ὕδωρ θερμὸν περιχέουσι τοῖς καλάμοις διὰ τὸ
θᾶττον πήγνυσθαι· χρῶνται γὰρ τῷ κρυστάλλῳ, ὥσπερ τῷ
19 μολίβδῳ, ἵν' ἠρεμῶσιν οἱ κάλαμοι. 19. Θερμὸν δὲ γίνεται
ταχὺ τὸ συνιστάμενον ὕδωρ ἔν τε ταῖς χώραις καὶ ταῖς ὥραις
ταῖς ἀλεειναῖς. γίνεται δὲ καὶ περὶ τὴν Ἀραβίαν καὶ Αἰθιοπίαν
τοῦ θέρους τὰ ὕδατα καὶ οὐ τοῦ χειμῶνος, καὶ ταῦτα ῥαγ-

aquae delabuntur stillaeque et maiores grandines idcirco, quia per breve tantum spatium feruntur. Stillaeque magnae eaeque non condensae propter eandem rationem delabuntur. 16. Rarior autem fit aestate quam vere et autumno, imprimis vero hieme, quamvis frequentior quam hieme, quia siccior aër aestate, vere humidus: autumno etiam humescit. 17. Fiunt etiam grandines, sicuti diximus, in fine aestatis eaeque eadem de causa. Ad congelationis celeritatem aliquid confert, aquam antea esse calefactam. 18. Quapropter multi, qui aquam celeriter volunt refrigerare, ipsius solis radiis exponunt: et qui circa Pontum in glacie tentoria construunt, piscium ut incumbant venatui (venantur enim glacie perfracta), calidam aquam arundini infundunt, ut citius congeletur. Utuntur enim glacie, tamquam plumbo, ut immotae arundines consistant. 19. Quae autem regionibus et temporibus calidis aqua concrescit, ea cito incalescit. Delabuntur etiam in Arabia et Aethiopia pluviae aestate, non bruma eaeque vehementiores: et plus semel una eademque

δαῖα, καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας πολλάκις, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν.
20. Ταχὺ γὰρ ψύχεται τῇ ἀντιπεριστάσει, ἣ γίνεται διὰ τὸ 20
ἀλεεινὴν εἶναι τὴν χώραν ἰσχυρῶς. περὶ μὲν οὖν ὑετοῦ καὶ δρόσου καὶ νιφετοῦ καὶ πάχνης καὶ χαλάζης, διὰ τίν' αἰτίαν γίνεται καὶ τίς ἡ φύσις αὐτῶν ἐστίν, εἰρήσθω τοσαῦτα.

XIII. Περὶ δ' ἀνέμων καὶ πάντων πνευμάτων, ἔτι δὲ 1
ποταμῶν καὶ θαλάττης λέγωμεν, πρῶτον καὶ περὶ τούτων προαπορήσαντες πρὸς ἡμᾶς αὐτούς· ὥσπερ γὰρ καὶ περὶ ἄλλων, οὕτω καὶ περὶ τούτων οὐθὲν παρειλήφαμεν λεγόμενον τοιοῦτον, ὃ μὴ κἂν ὁ τυχὼν εἴποιεν. 2. Εἰσὶ δέ τινες 2
οἵ φασι τὸν καλούμενον ἀέρα, κινούμενον μὲν καὶ ῥέοντα ἄνεμον εἶναι, συνιστάμενον δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον πάλιν νέφος καὶ ὕδωρ, ὡς τῆς αὐτῆς φύσεως οὔσης ὕδατος καὶ πνεύματος καὶ τὸν ἄνεμον εἶναι κίνησιν ἀέρος. 3. Διὸ καὶ 3
τῶν σοφῶς βουλομένων λέγειν τινὲς ἕνα φασὶν ἄνεμον εἶναι πάντας τοὺς ἀνέμους, ὅτι συμπέπτωκε καὶ τον ἀέρα τὸν κινούμενον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι πάντα, δοκεῖν δὲ διαφέρειν οὐθὲν διαφέροντα διὰ τοὺς τόπους ὅθεν ἂν τυγχάνῃ ῥέον ἑκάστοτε, παραπλησίως λέγοντες, ὥσπερ ἂν εἴ τις οἴοιτο καὶ τοὺς

die, propter eandem causam. 20. Cito enim refrigeratur propter antiperistasin, quae fit ob ingentem regionis calorem. Pluviae igitur et roris et ningoris et pruinae et grandinis, quae sint causae ac natura, hucusque disseruimus.

Cap. XIII. De ventis cunctisque flatibus, praeterea de fluviis marique disseramus, postquam hac quoque de re dubitationes nostras proposuerimus. Quemadmodum enim de reliquis, neque de hac re quidquam accepimus disputatum, quod non quivis dicere posset. 2. Sunt autem nonnulli, qui dicant aërem, qui ita vocatur, quando moveatur et fluat, esse ventum, quando rursus consistat, nubem et pluviam, ita ut aqua flatusque eiusdem essent naturae, ideoque ventum esse aëris motum. 3. Quare qui non inepte loqui volebant, omnes ventos unum esse ventum dixerunt, quia accidat aërem motum unum esse prorsus eundemque et videri differre, quamvis nihil differat, secundum locos, unde quivis adfluere videatur flatus; non ab-

4 ποταμοὺς πάντας ἕνα ποταμὸν εἶναι. 4. Διὸ βέλτιον οἱ πολ-
λοὶ λέγουσιν ἄνευ ζητήσεως τῶν μετὰ ζητήσεως οὕτω λεγόν-
5 των. 5. Εἰ μὲν γὰρ ἐκ μιᾶς ἀρχῆς ἅπαντες ῥέουσι, κἀκεῖ τὰ
πνεύματα τὸν αὐτὸν τρόπον, τάχ᾽ ἄν τι λέγοιεν οἱ λέγοντες
οὕτως· εἰ δ᾽ ὁμοίως ἐνταῦθα κἀκεῖ, δῆλον ὅτι τὸ κόμψευμα
ἂν εἴη τοῦτο ψεῦδος, ἐπεὶ τοῦτόγε προσήκουσαν ἔχει σκέψιν,
τί τ᾽ ἐστὶν ὁ ἄνεμος, καὶ γίνεται πῶς, καὶ τί τὸ κινοῦν, καὶ
ἡ ἀρχὴ πόθεν αὐτῶν, καὶ πότερον ἄρ᾽ ὥσπερ ἐξ ἀγγείου δεῖ
λαβεῖν ῥέοντα τὸν ἄνεμον, καὶ μέχρι τούτου ῥεῖν, ἕως ἂν κε-
νωθῇ τὸ ἀγγεῖον, οἷον ἐξ ἀσκῶν ἀφιέμενον, ἢ καθάπερ καὶ
6 οἱ γραφεῖς γράφουσιν, ἐξ αὑτῶν τὴν ἀρχὴν ἀφίεντας. 6. Ὁ-
μοίως δὲ καὶ περὶ τῆς τῶν ποταμῶν γενέσεως δοκεῖ τισιν ἔχειν·
τὸ γὰρ ἀναχθὲν ὑπὸ τοῦ ἡλίου ὕδωρ πάλιν ὑόμενον ἀθροι-
σθὲν ὑπὸ γῆν ῥεῖν οἷον ἐκ κοιλίας μεγάλης, ἢ πάντας ἐκ μιᾶς
ἢ ἄλλον ἄλλης· καὶ οὐ γίνεσθαι ὕδωρ οὐθέν, ἀλλὰ τὸ συλ-
λεχθὲν ἐκ τοῦ χειμῶνος εἰς τὰς τοιαύτας ὑποδοχάς, τοῦτο
7 γίνεσθαι τὸ πλῆθος τῶν ποταμῶν. 7. Διὸ καὶ μείζους ἀεὶ
τοῦ χειμῶνος ῥεῖν ἢ τοῦ θέρους, καὶ τοὺς μὲν ἀενάους εἶναι,

simili ratione, qua quis arbitrari queat, omnia flumina unum esse flumen. 4. Idcirco meliora proferre solet vulgus absque disquisitione, quam qui disquirendo talia extorserunt. 5. Quodsi enim omnes ex uno eodemque fonte fluerent et flatus eadem ratione, fortasse aliquid dixissent, qui ita dixere: sin vero pari ratione id non fiat, illud scitamentum nihili esse patet, cum apte dubitetur, quid sit ventus, quo modo fiat, quid sit movens, unde eius initium et utrum, quemadmodum ex vase ventus effluere sit dicendus et eousque donec vas inane sit factum (tamquam ex utribus profluens, aut quemadmodum etiam pictores ventos describere solent, ex se ipsis initium emittentes), an secus. 6. Non absimiliter de fluminum ortu nonnullis res sese habere videtur. Aquam enim a sole sublatam, imbribus deinde collectam sub terram profluere, tamquam ex magno cavo, ita ut omnes fluvii aut ex uno, aut alter ex altero prodeant. Neque generari ullam aquam sed brumae vi collectam in eius modi receptacula fluminum provocare copiam. 7. Quam ob rem maiori

τοὺς δ' οὐκ ἀενάους· ὅσων μὲν γὰρ διὰ τὸ μέγεθος τῆς κοι-
λίας πολὺ τὸ συλλεγόμενον ὕδωρ ἐστίν, ὥστε διαρκεῖν καὶ μὴ
προαναλίσκεσθαι πρὶν ἐπελθεῖν τὸ ὄμβριον ἐν τῷ χειμῶνι πά-
λιν, τούτους μὲν ἀενάους εἶναι διὰ τέλους, ὅσοις δ' ἐλάττους
αἱ ὑποδοχαί, τούτους δὲ δι' ὀλιγότητα τοῦ ὕδατος φθάνειν
ξηραινομένους πρὶν ἐπελθεῖν τὸ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, κενουμένου
τοῦ ἀγγείου. 8. Καίτοι φανερόν, εἴ τις βούλεται ποιήσας οἷον 8
ὑποδοχὴν πρὸ ὀμμάτων τῷ καθ' ἡμέραν ὕδατι ῥέοντι συνεχῶς
νοῆσαι τὸ πλῆθος· ὑπερβάλλοι γὰρ ἂν τῷ μεγέθει τὸν τῆς
γῆς ὄγκον ἢ οὐ πολὺ ἂν ἐλλείποι τὸ δεχόμενον πᾶν τὸ ῥέον
ὕδωρ εἰς τὸν ἐνιαυτόν. 9. Ἀλλὰ δῆλον, ὅτι συμβαίνει καὶ 9
πολλὰ ταῦτα πολλαχῇ τῆς γῆς· οὐ μὴν ἀλλ' ἄτοπον εἴ τις μὴ
νομίζοι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ὕδωρ ἐξ ἀέρος γίνεσθαι δι' ἥν-
περ ὑπὲρ γῆς καὶ ἐν τῇ γῇ. ὥστ' εἴπερ κἀκεῖ διὰ ψυχρότητα
συνίσταται ὁ ἀτμίζων ἀὴρ εἰς ὕδωρ, καὶ ὑπὸ γῆς ἐν τῇ γῇ
ψυχρότητος τὸ αὐτὸ τοῦτο δεῖ νομίζειν συμβαίνειν, καὶ γίνε-
σθαι μὴ μόνον τὸ ἀποκεκριμένον ὕδωρ ἐν αὐτῇ καὶ τοῦτο
ῥεῖν, ἀλλὰ καὶ γίνεσθαι συνεχῶς. 10. Ἔτι δὲ τοῦ μὴ γινομέ- 10

etiam impetu incedere fluvios hieme quam aestate, et alios esse perennes, alios intermittentes: quibus enim propter alvei magnitudinem magna aquae collectae copia suppetat, ita ut sufficiat, neque desinat priusquam imbres brumales redeant, esse perennes et continuos: quibus vero minora sint receptacula, illos propter exiguam aquae copiam exsiccari, anteaquam de caelo aqua vase exinanito suppetat. 8. Atqui patet hoc, si quis velit, receptaculo ante oculos facto, omnem quae tota die continuo delabitur aquam computare. Terrae enim magnitudinem aut excederet aut ipsa non longe esset inferior aquae totum per annum delapsa copia et recepta. 9. Manifestum vero est eius modi multa pluribus terrae locis evenire. Et ineptus profecto foret, qui non arbitraretur eadem de causa aquam ex aëre procreari in terra, qua supra terram, ita ut, siquidem ibi vi frigoris aër vaporibus repletus in aquam consistat, idem vi frigoris, quod in terra reperiatur, fieri censeamus necesse sit, secerni tantum aquam in illa et fluere, sed id quoque fieri con-

νον, ἀλλ' ὑπάρχοντος ὕδατος καθ' ἡμέραν μὴ τοιαύτην εἶναι
τὴν ἀρχὴν τῶν ποταμῶν, οἷον ὑπὸ γῆν λίμνας τινὰς ἀποκε-
κριμένας, καθάπερ ἔνιοι λέγουσιν, ἀλλ' ὁμοίως ὥσπερ καὶ ἐν
τῷ ὑπὲρ γῆς τόπῳ μικραὶ συνιστάμεναι ῥανίδες, καὶ πάλιν
αὗται ἑτέραις, τέλος μετὰ πλήθους καταβαίνει τὸ ὑόμενον
ὕδωρ, οὕτω καὶ ἐν τῇ γῇ ἐκ μικρῶν συλλείβεσθαι τὸ πρῶτον
καὶ εἶναι οἷον πιδώσης εἰς ἓν τῆς γῆς τὰς ἀρχὰς τῶν ποτα-
11 μῶν. 11. *Δηλοῖ* δ' αὐτὸ τὸ ἔργον· οἱ γὰρ τὰς ὑδραγωγίας
ποιοῦντες ὑπονόμοις καὶ διώρυξι συνάγουσιν, ὥσπερ ἂν ἰδιού-
σης τῆς γῆς ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν. διὸ καὶ τὰ ῥεύματα τῶν πο-
ταμῶν ἐκ τῶν ὀρῶν φαίνεται ῥέοντα, καὶ πλεῖστοι καὶ μέγιστοι
ποταμοὶ ῥέουσιν ἐκ τῶν μεγίστων ὀρῶν. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ κρῆ-
12 ναι αἱ πλεῖσται ὄρεσι καὶ τόποις ὑψηλοῖς γειτνιῶσιν. 12. Ἐν
δὲ τοῖς πεδίοις ἄνευ ποταμῶν ὀλίγαι γίνονται πάμπαν. οἱ γὰρ
ὀρεινοὶ καὶ ὑψηλοὶ τόποι, οἷον σπόγγος πυκνὸς ἐπικρεμάμενος,
κατὰ μικρὰ μὲν πολλαχῇ δὲ διαπιδῶσι καὶ συλλείβουσι τὸ ὕ-
13 δωρ. 13. *Δέχονταί* τε γὰρ τοῦ κατιόντος ὕδατος πολὺ πλῆθος
(τί γὰρ διαφέρει κοίλην καὶ ὑπτίαν ἢ πρηνῆ τὴν περιφέρειαν

tinuo. 10. Si praeterea aqua non fit in dies, sed iam exstat, nullum esse tale fluviorum principium, quales secretos quosdam lacus subterraneos, quemadmodum nonnulli contendunt; sed veluti supra terram exiguae guttae concrescunt eaeque rursus coëunt cum aliis, ut denique larga copia aquae imbre descendat, ita etiam in terra ex parvis primum colligi ac fluviorum esse principia, terra tamquam in unum stillante. 11. Res autem ipsa hoc indicat. Qui enim aquaeductus faciunt, congregant eam cuniculis et suffossionibus, terra ab excelsis quasi sudorem mittente. Quamobrem fluminum fluxus ex montibus videntur delabi et maxima flumina ex maximis iugis defluunt. Eodem modo etiam fontes plurimi montibus excelsisque locis propinqui sunt, in planitie vero saepenumero inveniuntur absque fluminibus. 12. Montosa enim et edita loca, quasi spongia suspensa paulatim quidem sed multis in locis stillant et colligunt aquam. 13. Recipiunt enim delabentis aquae magnam copiam (quid enim refert cavusne sit et supinus an pronus ambitus et devexus? utroque

εἶναι καὶ κυρτήν; ἀμφοτέρως γὰρ τὸν ἴσον ὄγκον περιλήψεται
σώματος) καὶ τὴν ἀνιοῦσαν ἀτμίδα ψύχουσι καὶ συγκρίνουσι
πάλιν εἰς ὕδωρ. 14. Διόπερ καθάπερ εἴπομεν, οἱ μέγιστοι 14
τῶν ποταμῶν ἐκ τῶν μεγίστων φαίνονται ῥέοντες ὀρῶν. δῆλον
δ' ἐστὶ τοῦτο θεωμένοις τὰς τῆς γῆς περιόδους· ταύτας γὰρ
ἐκ τοῦ πυνθάνεσθαι παρ' ἑκάστων οὕτως ἀνέγραψαν, ὅσων
μὴ συμβέβηκεν αὐτόπτας γενέσθαι τοὺς λέγοντας. 15. Ἐν 15
μὲν οὖν τῇ Ἀσίᾳ πλεῖστοι μὲν ἐκ τοῦ Παρνασοῦ καλουμένου
φαίνονται ῥέοντες ὄρους καὶ μέγιστοι ποταμοί, τοῦτο δ' ὁμο-
λογεῖται πάντων εἶναι μέγιστον ὄρος τῶν πρὸς τὴν ἕω τὴν
χειμερινήν· ὑπερβάντι γὰρ ἤδη τοῦτο φαίνεται ἡ ἔξω θάλατ-
τα, ἧς τὸ πέρας οὐ δῆλον τοῖς ἐντεῦθεν. 16. Ἐκ μὲν οὖν 16
τούτου ῥέουσιν ἄλλοι τε ποταμοὶ καὶ ὁ Βάκτρος καὶ ὁ Χοά-
σπης καὶ ὁ Ἀράξης· τούτου δ' ὁ Τάναϊς ἀποσχίζεται μέρος
ὢν εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην. ῥεῖ δὲ καὶ ὁ Ἰνδὸς ἐξ αὐτοῦ,
πάντων τῶν ποταμῶν ῥεῦμα πλεῖστον. 17. Ἐκ δὲ τοῦ Καυ- 17
κάσου ἄλλοι τε ῥέουσι πολλοὶ καὶ κατὰ πλῆθος καὶ κατὰ μέ-
γεθος ὑπερβάλλοντες, καὶ ὁ Φᾶσις· ὁ δὲ Καύκασος μέγιστον

enim modo parem corporis molem recipiet), et adscendentem vaporem refrigerant inque aquam rursus convertunt. 14. Quapropter, uti diximus, maximi fluvii ex maximis montibus defluere videntur, quod cuivis patet, qui terrarum circuitus inspiciat: quae enim narrantes suis oculis conspicere non licuit, ea a singulis interrogando descripserunt. 15. Itaque in Asia plurima maximaque flumina de Parnaso quî dicitur monte defluere videntur, qui maximus montium esse videtur versus ortum hibernum sitorum. Quem si quis transgressus est, exterius mare apparet, cuius termini illius regionis incolis non liquent. 16. Ex hoc igitur monte praeter alia flumina et Bactrus et Choaspes et Araxes defluunt, abs quo tamquam particula Tanais abscinditur, qui in Maeotin paludem effunditur. Fluit praeterea Indus ex ipso, omnium amnium maximus. 17. Ex Caucaso praeter alia quaedam tum copia tum magnitudine insignia, etiam Phasis delabitur. Caucasus vero maximus est inter montes versus ortum aestivalem sitos, tam amplitudine quam

ὄρος τῶν πρὸς τὴν ἕω τὴν θερινήν ἐστι καὶ πλήθει καὶ ὕψει.
18 18. Σημεῖον δὲ τοῦ μὲν ὕψους ὅτι ὁρᾶται καὶ ἀπὸ τῶν καλουμένων βαθέων καὶ εἰς τὴν λίμνην εἰσπλεόντων, ἔτι δ' ἡλιοῦται τῆς νυκτὸς αὐτοῦ τὰ ἄκρα μέχρι τοῦ τρίτου μέρους ἀπό τε τῆς ἕω καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας· τοῦ δὲ πλήθους, ὅτι πολλὰς ἔχον ἕδρας, ἐν αἷς ἔθνη τε κατοικεῖ πολλὰ καὶ λίμνας εἶναί φασι μεγάλας, ἀλλ' ὅμως πάσας τὰς ἕδρας εἶναί φασι
19 φανερὰς μέχρι τῆς ἐσχάτης κορυφῆς. 19. Ἐκ δὲ τῆς Πυρήνης (τοῦτο δ' ἐστὶν ὄρος πρὸς δυσμὴν ἰσημερινὴν ἐν τῇ Κελτικῇ) ῥέουσιν ὅ τε Ἴστρος καὶ ὁ Ταρτησός. οὗτος μὲν οὖν ἔξω στηλῶν, ὁ δ' Ἴστρος δι' ὅλης τῆς Εὐρώπης εἰς τὸν Εὔξεινον πόν-
20 τον. 20. Τῶν δ' ἄλλων ποταμῶν οἱ πλεῖστοι πρὸς ἄρκτον ἐκ τῶν ὀρῶν τῶν Ἀρκυνίων. ταῦτα δὲ καὶ ὕψει καὶ πλήθει μέγιστα περὶ τὸν τόπον τοῦτόν ἐστιν. ὑπ' αὐτὴν δὲ τὴν ἄρκτον ὑπὲρ τῆς ἐσχάτης Σκυθίας αἱ καλούμεναι Ῥῖπαι, περὶ ὧν τοῦ μεγέθους λίαν εἰσὶν οἱ λεγόμενοι λόγοι μυθώδεις· ῥέουσι δ' οὖν οἱ πλεῖστοι καὶ μέγιστοι μετὰ τὸν Ἴστρον τῶν ἄλλων ποταμῶν
21 ἐντεῦθεν, ὥς φασιν. 21. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὴν Λιβύην οἱ

altitudine. 18. Et altitudinis quidem indicium est, quod ex loco, qui *βαθέα Πόντου* vocatur, et ab iis cernitur, qui paludem nave intrant: praeterea cacumen eius ad tertiam usque noctis partem inde a mane et rursus inde a vespere a sole illustratur. Amplitudinis vero, quod quamvis multas habeat sedes, in quibus gentes habitant multae, et magnas reperiri paludes contendunt, ad extremum tamen usque cacumen omnes hasce sedes conspicuas esse dicunt. 19. Ex Pyrenaeo autem monte, qui in Celtorum terra versus occasum aequinoctialem situs est, Ister defluunt et Tartessus, quorum posterior extra columnas, Ister vero qui totam perfluit Europam in Euxinum effunditur Pontum. 20. Reliquorum amnium plurimi septentrionem versus ex montibus Hercyniis, qui illius regionis amplissimi et altissimi sunt montes. Sub ipsis autem trionibus, trans extremam Scythiam, Rhipaei qui vocantur montes exsistunt, de quibus valde fabulosae narrationes circumferuntur. Inde igitur plurima et reliquorum, praeter Danubium, maxima

μὲν ἐκ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρῶν ὅ τε Αἰγὼν καὶ ὁ Νύσις, οἱ δὲ
μέγιστοι τῶν διωνομασμένων, ὅ τε Χρεμέτης καλούμενος, ὃς
εἰς τὴν ἔξω ῥεῖ θάλατταν, καὶ τοῦ Νείλου τὸ ῥεῦμα τὸ πρῶ-
τον, ἐκ τοῦ Ἀργυροῦ καλουμένου ὄρους. 22. Τῶν δὲ περὶ 22
τὸν Ἑλληνικὸν τόπον ὁ μὲν Ἀχελῷος ἐκ Πίνδου, καὶ ὁ Ἴνα-
χος ἐντεῦθεν, ὁ δὲ Στρυμὼν καὶ Νέστος καὶ ὁ Ἕβρος ἅπαντες
τρεῖς ἐκ τοῦ Σκόμβρου· πολλὰ δὲ ῥεύματα καὶ ἐκ τῆς Ῥοδό-
πης ἐστίν. 23. Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς εὕροι 23
τις ἂν ῥέοντας· ἀλλὰ μαρτυρίου χάριν τούτους εἴπομεν. ἐπεὶ
καὶ ὅσοι αὐτῶν ῥέουσιν ἐξ ἑλῶν, τὰ ἕλη ὑπ' ὄρη κεῖσθαι συμ-
βαίνει πάντα σχεδὸν ἢ τόπους ὑψηλοὺς ἐκ προσαγωγῆς. 24. Ὅτι 24
μὲν οὖν οὐ δεῖ νομίζειν οὕτω γίνεσθαι τὰς ἀρχὰς τῶν ποτα-
μῶν ὡς ἐξ ἀφωρισμένων κοιλιῶν, φανερόν· οὔτε γὰρ ἂν ὁ τό-
πος ἱκανὸς ἦν ὁ τῆς γῆς ὡς εἰπεῖν, ὥσπερ οὐδ' ὁ τῶν νεφῶν,
εἴπερ τὸ ὂν ἔδει ῥεῖν μόνον, ἀλλὰ μὴ τὸ μὲν ἀπῄει, τὸ δ' ἐγί-
νετο, ἀλλ' ἀεὶ δὴ ἀπὸ ὄντος ἐταμιεύετο· 25. Τό τε ὑπὸ τοῖς 25
ὄρεσιν ἔχειν τὰς πηγὰς μαρτυρεῖ διότι τῷ συρρεῖν ἐπ' ὀλίγον

flumina defluere affirmant. 21. Idem in Africa accidit, in qua ex Aethiopiae montibus Aegon et Nysis, maxima vero eorum, quae nomina acceperunt, et Chremetes, qui vocatur et in exterum mare fluit, et Nili principium ex argenteis montibus delabuntur. 22. Eorum vero, quae in Graecia, Achelous ex Pindo, indeque Inachus: Strymon autem et Nestus et Hebrus, omnes tres ex Scombro. Multi praeterea fluvii in Rhodope nascuntur. 23. Neque aliter etiam reliquos amnes aliquis fluentes deprehendat: sed nos exempli gratia hos tantum recensuimus. Si qui enim ex paludibus fluunt, ex eius modi fluunt, quae fere omnes sub montibus aut in locis editis sensimque adsurgentibus sitae sunt. 24. Apparet igitur non ita de fluminum ortibus esse censendum, quasi ex alveis quibusdam definitis nascantur. neque enim terrae locus, ut ita dicam, sufficeret, ut neque nubium, si eam, quae iam exsistit copiam fluere oporteret, neque altera pars defflueret, altera oriretur, sed semper ex ea, quae adesset, dispensatio fieret. 25. Quod item amnes ad montium radices fontes habeant, id ipsum testa-

καὶ κατὰ μικρὸν ἐκ πολλῶν νοτίδων διαδίδωσιν ὁ τόπος καὶ
26 γίνονται οὕτως αἱ πηγαὶ τῶν ποταμῶν. 26. Οὐ μὴν ἀλλὰ
καὶ τοιούτους εἶναι τόπους ἔχοντας πλῆθος ὕδατος, οἷον λί-
μνας, οὐδὲν ἄτοπον, πλὴν οὐ τηλικαύτας, ὥστε τοῦτο συμβαί-
νειν οὐθὲν μᾶλλον, ἢ εἴ τις οἴοιτο τὰς φανερὰς εἶναι πηγὰς
τῶν ποταμῶν· σχεδὸν γὰρ ἐκ κρηνῶν οἱ πλεῖστοι ῥέουσιν.
27 27. Ὅμοιον οὖν τὸ κείνας καὶ τὸ ταύτας νομίζειν εἶναι τὸ
σῶμα τὸ τοῦ ὕδατος πᾶν. ὅτι δ' εἰσὶ τοιαῦτα φάραγγες καὶ
διαστάσεις τῆς γῆς, δηλοῦσιν οἱ καταπινόμενοι τῶν ποταμῶν.
συμβαίνει δὲ τοῦτο πολλαχοῦ τῆς γῆς, οἷον τῆς μὲν Πελο-
28 ποννήσου πλεῖστα τοιαῦτα περὶ τὴν Ἀρκαδίαν ἐστίν. 28. Αἴ-
τιον δὲ διὰ τὸ ὀρεινὴν οὖσαν μὴ ἔχειν ἐκροὰς ἐκ τῶν κοιλιῶν
εἰς θάλατταν· πληρούμενοι γὰρ οἱ τόποι καὶ οὐκ ἔχοντες ἔκρυ-
σιν αὐτοὶ εὑρίσκονται τὴν δίοδον εἰς βάθος, ἀποβιαζομένου
29 τοῦ ἄνωθεν ἐπιόντος ὕδατος. 29. Περὶ μὲν οὖν τὴν Ἑλλάδα
μικρὰ τοιαῦτα παντελῶς ἐστι γινόμενα. ἀλλ' ἥ γε ὑπὸ τὸν Καύ-
κασον λίμνη, ἣν καλοῦσιν οἱ ἐκεῖ θάλατταν, φανερά. αὕτη
γὰρ ποταμῶν πολλῶν καὶ μεγάλων εἰσβαλλόντων οὐκ ἔχουσα

tur, quoniam lacus aquam propterea distribuit, quod tenui quodam fluxu paulatim ex multis guttulis confluit. Atque hoc sane modo amnium fontes oriuntur. 26. Nec tamen absurdum est, eiusmodi esse loca, quae veluti stagna, aquarum multitudinem contineant, quamquam non ea capacitate, ut hoc nihilo magis eveniat, quam si quis fluviorum fontes perspicuos esse arbitretur. Fere enim e fontibus plurimi effluunt. 27. Perinde igitur fuerit hos atque illos universum aquae esse corpus existimare. Terrae autem cavernas eiusmodi esse et hiatus, ea quae absorbentur flumina declarant: quod quidem multis terrae locis accidit, ut in Peloponneso, in Arcadia, plurima huius generis habentur. 28. Cuius rei causa est, quod cum montosa sit, ex alveis in mare effluxum non habet. Repleta enim loca illa neque effluxum habentia, sibi transitum in ima inveniunt, vim afferente aqua ea, quae desuper delabitur. 29. In Hellade sane perpauca omnino huius modi eveniunt. At vero Caucaso monti lacus subiectus est, quem accolae mare nominant. Multorum

ἔκρουν φανερὸν ἐκδίδωσιν ὑπὸ γῆν κατὰ Κοραξούς, περὶ τὰ καλούμενα βάθεα τοῦ Πόντου· ταῦτα δ' ἐστὶν ἄπειρόν τι τῆς θαλάττης βάθος· οὐθεὶς γοῦν πώποτε καθιεὶς ἐδυνήθη πέρας εὑρεῖν. 30. Ταύτῃ δὴ πόρρω τῆς γῆς σχεδὸν περὶ τριακόσια 30
στάδια, πότιμον ἀναδίδωσι ὕδωρ ἐπὶ πολὺν τόπον, οὐ συνεχῆ δέ, ἀλλὰ τρισσαχῇ· καὶ περὶ τὴν Λιγυστικὴν οὐκ ἐλάττων τοῦ Ῥοδανοῦ καταπίνεταί τις ποταμός, καὶ πάλιν ἀναδίδωσι κατ' ἄλλον τόπον· ὁ δὲ Ῥοδανὸς ποταμὸς ναυσιπέρατός ἐστιν.

XIV. Οὐκ ἀεὶ δ' οἱ αὐτοὶ τόποι τῆς γῆς οὔτ' ἔνυγροί 1
εἰσιν οὔτε ξηροί, ἀλλὰ μεταβάλλουσι κατὰ τὰς τῶν ποταμῶν γενέσεις καὶ τὰς ἀπολείψεις. διὸ καὶ τὰ περὶ τὴν ἤπειρον μεταβάλλει καὶ τὴν θάλατταν, καὶ οὐκ ἀεὶ τὰ μὲν γῆ τὰ δὲ θάλαττα διατελεῖ πάντα τὸν χρόνον, ἀλλὰ γίνεται θάλαττα μὲν ὅπου χέρσος, ἔνθα δὲ νῦν θάλαττα, πάλιν ἐνταῦθα γῆ. 2. Κατὰ 2
μέντοι τινὰ τάξιν νομίζειν χρὴ ταῦτα γίνεσθαι καὶ περίοδον. ἀρχὴ δὲ τούτων καὶ αἴτιον ὅτι καὶ τῆς γῆς τὰ ἐντός, ὥσπερ τὰ σώματα τὰ τῶν φυτῶν καὶ ζῴων ἀκμὴν ἔχει καὶ γῆρας.

enim, qui in ipsum influunt, effluxum manifestum non habens, terram subit, ac per Coraxos erumpit circiter loca Ponti, quae *βαθέα* appellantur. Haec autem immensa quaedam sunt maris altitudo. nullus enim unquam immissus [funis] terminum invenire potuit. 30. Illic igitur longe a terra, trecentis circiter stadiis, dulcis aqua per longum tractum redditur non continenter quidem, sed tribus locis. Quin etiam in Liguria, non minor Rhodano fluvius quidem absorbetur (fluvius autem navigabilis Rhodanus est) et rursus alio in loco emergit.

Cap. XIV. Non semper autem eadem terrae loca aquosa sunt, vel arida, sed pro fluminum ortu ac defectione mutantur. Quamobrem mutatio etiam fit inter continentem et mare, nec semper loca haec terra, illa mare omni tempore permanent. Sed ubi terra erat, nunc mare est, et ubi nunc mare est, rursus erit terra. 2. Quamquam ordine quodam ac periodo fieri ista censendum est. Horum autem principium et causa est, quod terrae interiora, quemadmodum et stirpium et animalium corpora, vigentem statum et senectam habent.

3 3. Πλὴν ἐκείνοις μὲν οὐ κατὰ μέρος ταῦτα συμβαίνει πάσχειν,
ἀλλ' ἅμα πᾶν ἀκμάζειν καὶ φθίνειν ἀναγκαῖον, τῇ δὲ γῇ τοῦτο
4 γίνεται κατὰ μέρος διὰ ψύξιν καὶ θερμότητα. 4. Ταῦτα μὲν
οὖν αὔξεται καὶ φθίνει διὰ τὸν ἥλιον καὶ τὴν περιφοράν, διὰ
δὲ ταῦτα καὶ τὴν δύναμιν τὰ μέρη τῆς γῆς λαμβάνει διαφέ-
ρουσαν, ὥστε μέχρι τινὸς ἔνυδρα δύναται διαμένειν, εἶτα ξη-
ραίνεται καὶ γηράσκει πάλιν· ἕτεροι δὲ τόποι βιώσκονται καὶ
5 ἔνυδροι γίνονται κατὰ μέρος. 5. Ἀνάγκη δὲ τῶν μὲν τόπων
γινομένων ξηροτέρων τὰς πηγὰς ἀφανίζεσθαι, τούτων δὲ συμ-
βαινόντων τοὺς ποταμοὺς πρῶτον μὲν ἐκ μεγάλων μικρούς,
εἶτα τέλος γίνεσθαι ξηρούς, τῶν δὲ ποταμῶν μεθισταμένων
καὶ ἔνθεν μὲν ἀφανιζομένων ἐν ἄλλοις δ' ἀνὰ λόγον γινομέ-
6 νων μεταβάλλειν τὴν θάλατταν. 6. Ὅπου μὲν γὰρ ἐξωθου-
μένη ὑπὸ τῶν ποταμῶν ἐπλεόναζεν ἀπιοῦσα, ξηρὰν ποιεῖν ἀ-
ναγκαῖον, ὅπου δὲ τοῖς ῥεύμασι πληθύνουσα ἐξηραίνετο προσ-
7 χουμένη, πάλιν ἐνταῦθα λιμνάζειν. 7. Ἀλλὰ διὰ τὸ γίνεσθαι
πᾶσαν τὴν φυσικὴν τὴν περὶ γῆν γένεσιν ἐκ προσαγωγῆς καὶ
ἐν χρόνοις παμμήκεσι πρὸς τὴν ἡμετέραν ζωήν, λανθάνει ταῦτα

3. Sed hoc interest, quod illis non per partes eius modi affectus usu veniunt, sed universum simul corpus et vigere et senescere necesse est, terrae autem ob calorem et frigus, per partes hoc evenit. 4. Ac illa quidem vi solis et conversionis augescunt et imminuuntur, ex quibus etiam terrae partes vim differentem accipiunt. Quare ad aliquod usque tempus humida possunt permanere, deinde exsiccantur et rursus senescunt. Alia autem loca reviviscunt, et per partes humida redduntur. 5. Cum autem loca sicciora evadunt, fontes evanescant necesse est: idque cum evenerit, flumina ex ingentibus primum exigua fieri, tum ad extremum siccescere: fluminibus vero loco mutatis, et hic quidem exsiccatis, alibi ratione simili genitis, mare mutari. 6. Eum enim locum, in quo fluminum impulsu redundabat, cum recedit, siccum relinquat necesse est: ubi vero fluxionibus abundans terra adaggerata exsiccatum est, ibi rursus stagnare. 7. Sed quoniam omnis, quae ad terram pertinet generatio, sensim et longissima ad nostram vitam temporum

γινόμενα, καὶ πρότερον ὅλων τῶν ἐθνῶν ἀπώλειαι γίνονται καὶ
φθοραὶ πρὶν μνημονευθῆναι τὴν τούτων μεταβολὴν ἐξ ἀρχῆς
εἰς τέλος. 8. Μέγισται μὲν οὖν φθοραὶ γίνονται καὶ τάχισται 8
ἐν τοῖς πολέμοις, ἄλλαι δὲ νόσοις, αἱ δ' ἀφορίαις, καὶ ταύ-
ταις αἱ μὲν μεγάλαι, αἱ δὲ κατὰ μικρόν, ὥστε λανθάνουσι
τῶν γε τοιούτων ἐθνῶν καὶ αἱ μεταναστάσεις διὰ τὸ τοὺς μὲν
λείπειν τὰς χώρας, τοὺς δ' ὑπομένειν μέχρι τούτου μέχριπερ
ἂν μηκέτι δύνηται τρέφειν ἡ χώρα πλῆθος μηδέν. 9. Ἀπὸ 9
τῆς πρώτης οὖν ὑπολείψεως εἰς τὴν ἐσχάτην εἰκὸς γίνεσθαι
χρόνους μακρούς, ὥστε μηθένα μνημονεύειν, ἀλλὰ σωζομένων
ἔτι τῶν ὑπομενόντων ἐπιλελῆσθαι διὰ χρόνου πλῆθος. τὸν αὐ-
τὸν δὲ τρόπον χρὴ νομίζειν καὶ τοὺς κατοικισμοὺς λανθάνειν
πότε πρῶτον ἐγένοντο τοῖς ἔθνεσιν ἑκάστοις εἰς τὰ μεταβάλ-
λοντα καὶ γινόμενα ξηρὰ ἐξ ἑλωδῶν καὶ ἐνύδρων. 10. Καὶ γὰρ 10
ἐνταῦθα κατὰ μικρὸν ἐν πολλῷ γίνεται χρόνῳ ἡ ἐπίδοσις, ὥστε
μὴ μνημονεύειν τίνες πρῶτον καὶ πότε καὶ πῶς ἐχόντων ἦλθον
τῶν τόπων, οἷον συμβέβηκε καὶ περὶ τὴν Αἴγυπτον. 11. Καὶ 11

serie efficiatur, fieri hoc nos latet, ac prius integrae gentes perduntur atque intereunt, quam ut horum a principio ad finem mutatio memoria ulla comprehendi possit. 8. Ac maximi quidem et celerrimi interitus in bellis fiunt, alii in morbis victuumque penuria et in his alii magni, alii paulatim. Quocirca et huius modi gentium migrationes ignorantur, propterea quod alii regionem deserant, alii eousque permaneant, quod nullam amplius multitudinem alere regio valeat. 9. Inter primam igitur et ultimam migrationem longum temporis spatium intercedat verisimile est: quo quidem fit, ut nemo meminerit: quin si ii, qui remanserunt, superstites vivant, illorum memoria temporis longitudine deleta sit. Eodem modo existimandum est tempus latere, quo inhabitari primum ea loca coeperint, quae mutata fuerunt, et ex aquosis et palustribus arida reddita. 10. Illa enim paulatim multo in tempore ampliantur, ut nulla sit memoria, quinam primi et quo tempore et qua locorum conditione ea intrassent, quemadmodum et in Aegypto evenit. 11. Hic enim locus siccior semper fieri, totaque regio Nili flu-

γὰρ οὗτος ἀεὶ ξηρότερος ὁ τόπος φαίνεται γινόμενος καὶ πᾶσα
ἡ χώρα τοῦ ποταμοῦ πρόσχωσις οὖσα τοῦ Νείλου, διὰ δὲ τὸ
κατὰ μικρὸν ξηραινομένων τῶν ἑλῶν τοὺς πλησίον εἰσοικίζε-
12 σθαι τὸ τοῦ χρόνου μῆκος ἀφῄρηται τὴν ἀρχήν. 12. Φαίνε-
ται δ' οὖν καὶ τὰ στόματα πάντα, πλὴν ἑνὸς τοῦ Κανωβικοῦ,
χειροποίητα καὶ οὐ τοῦ ποταμοῦ ὄντα, καὶ τὸ ἀρχαῖον ἡ Αἴ-
γυπτος Θῆβαι καλούμεναι. δηλοῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, οὕτω πρόσ-
φατος ὢν ὡς εἰπεῖν πρὸς τὰς τοιαύτας μεταβολάς. ἐκείνου
γὰρ τοῦ τόπου ποιεῖται μνείαν, ὡς οὔπω Μέμφιος οὔσης ἢ
ὅλης ἢ οὐ τηλικαύτης. τοῦτο δ' εἰκὸς οὕτω συμβαίνειν· οἱ
13 γὰρ κάτωθεν τόποι τῶν ἄνωθεν ὕστερον ᾠκίσθησαν. 13. Ἑλώ-
δεις γὰρ ἐπὶ πλείω χρόνον ἀναγκαῖον εἶναι τοὺς ἐγγύτερον τῆς
προσχώσεως διὰ τὸ λιμνάζειν ἐν τοῖς ἐσχάτοις ἀεὶ μᾶλλον.
14 μεταβάλλει δὲ τοῦτο καὶ πάλιν εὐθηνεῖ. 14. Ξηραινόμενοι
γὰρ οἱ τόποι ἔρχονται εἰς τὸ καλῶς ἔχειν, οἱ δὲ πρότερον εὔ-
κραεῖς ὑπερξηραινόμενοι τότε γίνονται χείρους· ὅπερ συμβέβηκε
τῆς Ἑλλάδος καὶ περὶ τὴν Ἀργείων καὶ Μυκηναίων χώραν.
15 15. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν Τρωϊκῶν ἡ μὲν Ἀργεία διὰ τὸ ἑλώδης

minis adluvie videtur concreta. Sed quia paludibus siccescentibus a finitimis paulatim incoli coeperunt, longinquitas temporis initium obliteravit. 12. Itaque ostia omnia uno Canobico excepto manu facta, non fluminis videntur. Quin etiam antiquitus, quae Thebae appellabantur, erat Aegyptus: id quod Homerus etiam docet, qui non adeo multo post eius modi mutationes exstitit. Huius enim loci mentionem facit, tamquam Memphis aut omnino non esset, aut certe non tanta. Hoc vero ita accidisse verisimile est. Humilia enim loca posterius, quam edita incoli coeperunt. 13. Quandoquidem necesse est ea loca, quae concretioni ex alluvie propiora sunt, cum in extremis semper locis magis stagnent, diutius palustria remanere. 14. Id autem mutatur et rursus in melius evadit: quippe cum in meliorem statum ea, quae exsiccantur loca redigantur, et quae prius temperata erant, cum nimis siccescant, deteriora fiant. Quod Graeciae, Argivorum Mycenaeorumque regioni contigit. 15. Troicis enim temporibus Argiva, propterea quod palustris

εἶναι ὀλίγους ἐδύνατο τρέφειν, ἡ δὲ Μυκηναία καλῶς εἶχεν (διὸ ἐντιμοτέρα ἦν), νῦν δὲ τοὐναντίον διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν. ἡ μὲν γὰρ ἀργὴ γέγονε καὶ ξηρὰ πάμπαν, τῆς δὲ τὰ
τότε διὰ τὸ λιμνάζειν ἀργὰ νῦν χρήσιμα γέγονεν. 16. Ὥσπερ 16
οὖν ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου συμβέβηκεν ὄντος μικροῦ, ταὐτὸ δεῖ νομίζειν τοῦτο συμβαίνειν καὶ περὶ μεγάλους τόπους καὶ
χώρας ὅλας. 17. Οἱ μὲν οὖν βλέποντες ἐπὶ μικρὸν αἰτίαν 17
οἴονται τῶν τοιούτων εἶναι παθημάτων τὴν τοῦ ὅλου μεταβολὴν ὡς γινομένου τοῦ οὐρανοῦ. διὸ καὶ τὴν θάλατταν ἐλάττω γίνεσθαί φασιν ὡς ξηραινομένην, ὅτι πλείους φαίνονται τόποι
τοῦτο πεπονθότες νῦν ἢ πρότερον. 18. Ἔστι δὲ τούτων τὸ 18
μὲν ἀληθὲς τὸ δ' οὐκ ἀληθές· πλείους μὲν γάρ εἰσιν οἱ πρότερον ἔνυδροι, νῦν δὲ χερσεύοντες, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον· πολλαχῇ γὰρ σκοποῦντες εὑρήσουσιν ἐπεληλυθυῖαν τὴν
θάλατταν. 19. Ἀλλὰ τούτου τὴν αἰτίαν οὐ τὴν τοῦ κόσμου 19
γένεσιν οἴεσθαι χρή· γελοῖον γὰρ διὰ μικρὰς καὶ ἀκαριαίας μεταβολὰς κινεῖν τὸ πᾶν, ὁ δὲ τῆς γῆς ὄγκος καὶ τὸ μέγεθος

esset, paucos alere poterat, Mycenaea vero bene affecta erat, ob eamque causam in maiori pretio habebatur. Nunc autem contrarium evenit ob eam quam diximus causam. 16. Illa enim sterilis facta est, et prorsus sicca. Huius vero, quae tunc quia stagnabant, sterilia erant, utilia nunc reddita sunt. 16. Quod igitur parvo illo in loco accidit, idem et in magnis locis, et integris regionibus evenire putandum est. 17. Qui igitur parum considerant, universi mutationem, quasi coelum ortum sit, harum affectionum causam esse arbitrantur. Quamobrem mare etiam quasi exsiccetur imminui inquiunt, quod plura nunc, quam antea, ita affecta loca cernantur. 18. Est autem hoc partim quidem verum, partim falsum. Complura enim sunt, quae cum ante aquosa essent, continenti nunc terra gaudent: sed contra etiam res habet. Qui enim animadvertunt, multis in locis effusum mare deprehendent. 19. Cuius rei causam mundi ortum arbitrari non debemus. Ridiculum enim est, ob parvas levesque mutationes universum mutare. Moles autem ac magnitudo terrae, nihil certe est ad

20 οὐθέν ἐστι δή που πρὸς τὸν ὅλον οὐρανόν. 20. Ἀλλὰ πάν-
των τούτων αἴτιον ὑποληπτέον, ὅτι γίνεται διὰ χρόνων εἱμαρ-
μένων, οἷον ἐν ταῖς κατ᾽ ἐνιαυτὸν ὥραις χειμών, οὕτω περιόδου
21 τινὸς μεγάλης μέγας χειμὼν καὶ ὑπερβολὴ ὄμβρων. 21. Αὕτη
δ᾽ οὐκ ἀεὶ κατὰ τοὺς αὐτοὺς τόπους, ἀλλ᾽ ὥσπερ ὁ καλούμε-
νος ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμός· καὶ γὰρ οὗτος περὶ τὸν
Ἑλληνικὸν ἐγένετο μάλιστα τόπον, καὶ τούτου περὶ τὴν Ἑλ-
22 λάδα τὴν ἀρχαίαν. 22. Αὕτη δ᾽ ἐστὶν ἡ περὶ Δωδώνην καὶ
τὸν Ἀχελῷον· οὗτος γὰρ πολλαχοῦ τὸ ῥεῦμα μεταβέβληκεν·
ᾤκουν γὰρ οἱ Σελλοὶ ἐνταῦθα καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν
23 Γραικοί, νῦν δ᾽ Ἕλληνες. 23. Ὅταν οὖν δὴ γένηται τοιαύτη
ὑπερβολὴ ὄμβρων, νομίζειν χρὴ ἐπὶ πολὺν χρόνον διαρκεῖν,
καὶ ὥσπερ νῦν τοῦ τοὺς μὲν ἀενάους εἶναι τῶν ποταμῶν, τοὺς
δὲ μή, οἱ μέν φασιν αἴτιον εἶναι τὸ μέγεθος τῶν ὑψηλῶν τό-
πων καὶ τὴν πυκνότητα καὶ ψυχρότητα αὐτῶν (οὗτοι γὰρ
πλεῖστον καὶ δέχονται ὕδωρ καὶ στέγουσι καὶ ποιοῦσιν. ὅσοις
δὲ μικραὶ αἱ ἐπικεκραμέναι συστάσεις τῶν ὀρῶν ἢ σομφαὶ καὶ
λιθώδεις καὶ ἀργιλώδεις, τούτους δεῖ προαπολείπειν), οὕτως

universum caelum. 20. Sed horum omnium causam censere debemus, quod per tempora fato constituta, uti hiems anniversariis temporibus, ita magno quodam temporum circuitu hiems magna fiat immensaque aquarum pluvia. 21. Et illa quidem non in iisdem semper locis, sed talis qualis eluvio, quae Deucalionis nominatur. Haec enim per Graeciam potissimum pervasit, atque adeo per veterem illam Graeciam. 22. Haec circa Dodonem et Acheloum sita est; quo saepenumero cursum mutavit. Ibi enim Selli habitabant et qui Graeci appellabantur, nunc autem Hellenes. 23. Cum igitur eius modi imbrium vis magna fuerit, censenda est in multum tempus sufficere. Et quemadmodum quod alia flumina perennia sint, alia non sint, alii quidem antrorum subterraneorum vastitatem causam esse inquiunt, nos vero editorum locorum magnitudinem eorumque densitatem et frigus (quandoquidem illi plurimum aquae et excipiunt et continent et gignunt, et quibus montes exigui aut fungosi et lapidei atque argilosi

οἴεσθαι δεῖ τότε, ἐν οἷς ἂν γένηται ἡ τοιαύτη τοῦ ὑγροῦ φορὰ
οἷον ἀενάους ποιεῖν τὰς ὑγρότητας τῶν τόπων μᾶλλον. 24. Τῷ 24
χρόνῳ δὲ ταῦτα ξηραίνεται [γινόμενα] μᾶλλον, θάτερα δ' ἐ-
λάττω [τὰ ἔφυδρα], ἕως ἂν ἔλθῃ πάλιν ἡ καταβολὴ τῆς πε-
ριόδου τῆς αὐτῆς. 25. Ἐπεὶ δ' ἀνάγκη τοῦ ὅλου γίνεσθαι 25
μέν τινα μεταβολήν, μὴ μέντοι γένεσιν καὶ φθοράν, εἴπερ μέ-
νει τὸ πᾶν, ἀνάγκη, καθάπερ ἡμεῖς λέγομεν, μὴ τοὺς αὐτοὺς
ἀεὶ τόπους ὑγρούς τ' εἶναι θαλάττῃ καὶ ποταμοῖς καὶ ξηρούς.
δηλοῖ δὲ τὸ γινόμενον. 26. Οὓς γάρ φαμεν ἀρχαιοτάτους 26
εἶναι τῶν ἀνθρώπων Αἰγυπτίους, τούτων ἡ χώρα πᾶσα γεγο-
νυῖα φαίνεται καὶ οὖσα τοῦ ποταμοῦ ἔργον. καὶ τοῦτο κατά
τε τὴν χώραν αὐτῶν ὁρῶντι δῆλόν ἐστι καὶ τὰ περὶ τὴν ἐρυ-
θρὰν θάλατταν τεκμήριον ἱκανόν. 27. Ταύτην γὰρ τῶν βα- 27
σιλέων τις ἐπειράθη διορύττειν (οὐ γὰρ μικρὰς εἶχεν ἂν αὐ-
τοῖς ὠφελείας πλωτὸς ἅπας ὁ τόπος γενόμενος· λέγεται δὲ
πρῶτος Σέσωστρις ἐπιχειρῆσαι τῶν παλαιῶν), ἀλλ' εὗρεν ὑψη-
λοτέραν οὖσαν τὴν θάλατταν τῆς γῆς· διὸ ἐκεῖνός τε πρότερον
καὶ Δαρεῖος ὕστερον ἐπαύσατο διορύττων, ὅπως μὴ διαφθαρῇ

suspensi sunt, eos prius deficere necesse est), ita putandum est, in quae loca ea aquarum copia ceciderit, eam illorum humores veluti perennes efficere. 24. Haec autem tempore magis siccescere cernuntur: illa, quandoquidem aquosa sunt, minus, quoad eiusdem circuitus constitutio redierit. 25. Quoniam autem necesse est, universi quandam mutationem fieri, non tamen ortum et interitum, siquidem universum permanet, idcirco oportet, quemadmodum diximus, non eadem semper loca mari, et fluminibus humida esse et sicca. Id quod eventu indicatur. 26. Aegyptiorum enim, quos hominum vetustissimos esse dicimus, regio omnis facta ac fluminis opus videtur, idque regionem ipsam intuenti perspicuum est, atque etiam ex mari rubro coniici satis potest. 27. Hoc enim rex quidam perfodere tentavit, propterea quod totus ille tractus navigabilis redditus, magnas illi attulisset utilitates. Primus autem veterum Sesostris agressus id fuisse fertur. Sed mare terra altius invenit. Quocirca ille primum, tum Darius fodere destitit, ne admixto

28 τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ συμμιγείσης τῆς θαλάττης. 28. Φανε-
ρὸν οὖν ὅτι θάλαττα πάντα μία ταῦτα συνεχὴς ἦν. διὸ καὶ τὰ
περὶ τὴν Λιβύην τὴν Ἀμμωνίαν χώραν ταπεινότερα φαίνεται
καὶ κοιλότερα παρὰ λόγον τῆς κάτωθεν χώρας· δῆλον γὰρ ὡς
ἐγχώσεως μὲν γενομένης ἐγένοντο λίμνη καὶ χέρσος, χρόνου δὲ
γενομένου τὸ ἐναπολειφθὲν καὶ λιμνάσαν ὕδωρ ξηρανθὲν ἐστιν
29 ἤδη φροῦδον. 29. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ περὶ τὴν Μαιῶτιν λί-
μνην ἐπιδέδωκε τῇ προσχώσει τῶν ποταμῶν τοσοῦτον, ὥστε πολ-
λῷ ἐλάττω μεγέθει πλοῖα νῦν εἰσπλεῖν πρὸς τὴν ἐργασίαν ἢ
ἔτος ἑξηκοστόν· ὥστ᾽ ἐκ τούτου ῥᾴδιον ἀναλογίσασθαι ὅτι
καὶ τὸ πρῶτον, ὥσπερ αἱ πολλαὶ τῶν λιμνῶν, καὶ αὕτη ἔργον
ἐστὶ τῶν ποταμῶν, καὶ τὸ τελευταῖον πᾶσαν ἀνάγκη γενέσθαι
30 ξηράν. 30. Ἔτι δ᾽ ὁ Βόσπορος ἀεὶ μὲν ῥεῖ διὰ τὸ προσχοῦ-
σθαι, καὶ ἔστιν ἔτι ταῦτα καὶ τοῖς ὄμμασιν ἰδεῖν ὅν τινα
συμβαίνει τρόπον· ὅτε γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἠόνα ποιήσειεν ὁ
ῥοῦς, τὸ ὀπίσθεν λίμνη ἐγίνετο μικρὰ τὸ πρῶτον, εἶτ᾽ ἐξη-
ράνθη, μετὰ δὲ τοῦτο ἄλλη ἀπὸ ταύτης ἠὼν καὶ λίμνη ἀπ᾽
αὐτῆς. καὶ τοῦτο ἀεὶ οὕτω συνέβαινεν ὁμοίως· τούτου δὲ γι-

mari fluminis fluxus corrumperetur. 28. Palam igitur est, omnia haec mare unum continuum fuisse. Quod etiam causa est, cur Ammonia Africae regio demissior, et magis cava, quam inferioris tractus ratio postulat. Constat enim adaggeratione veluti facta stagna et terram exstitisse, ac procedente tempore aquam eam, quae intercepta fuerat et stagnaverat, exsiccatam iam prorsus evanuisse. 29. Quin etiam ad Maeoticam paludem tanta accessio, fluviorum adaggeratione facta est, ut multo minora navigia lucri gratia illam nunc ingrediantur, quam sexaginta abhinc annos: quocirca ex hac ipsa re facile est ratione colligere, illam ut multos quoque alios, fluminum opus initio fuisse, ac tandem necesse esse, ut universus exsiccetur. 30. Praeterea et Bosporus semper quidem fluit ob adaggerationem, idque ipsis quoque oculis quoniam pacto factum sit, licet perspicere. Cum enim fluxus ex Asia littus efficeret, id quod a tergo remanebat, lacus primum exiguus fiebat, deinde exsiccabatur: post vero, ex eo aliud littus et lacus exsistebat: idque ad hunc

νομένου πολλάκις ἀνάγκη προϊόντος τοῦ χρόνου ὥσπερ ποτα-
μὸν γενέσθαι, τέλος δὲ καὶ τοῦτον ξηρόν. 31. Φανερὸν τοί- 31
νυν, ἐπεὶ ὅ τε χρόνος οὐχ ὑπολείπει καὶ τὸ ὅλον ἀΐδιον, ὅτι
οὔτε ὁ Τάναϊς ποταμὸς οὔτε ὁ Νεῖλος ἀεὶ ἔρρει,* ἀλλ' ἦν ποτε
ξηρὸς ὁ τόπος ὅθεν ῥέουσι· τὸ γὰρ ἔργον ἔχει αὐτῶν πέρας,
ὁ δὲ χρόνος οὐκ ἔχει. ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων
ἁρμόσει ποταμῶν λέγειν. 32. Ἀλλὰ μὴν εἴπερ οἱ ποταμοὶ 32
γίνονται καὶ φθείρονται καὶ μὴ ἀεὶ οἱ αὐτοὶ τόποι τῆς γῆς
ἔνυδροι καὶ τὴν θάλατταν ἀνάγκη μεταβάλλειν ὁμοίως· τῆς
δὲ θαλάττης τὰ μὲν ἀπολειπούσης τὰ δ' ἐπιούσης ἀεὶ φανερὸν
ὅτι τῆς πάσης γῆς οὐκ ἀεὶ τὰ αὐτὰ τὰ μέν ἐστι θάλαττα, τὰ
δ' ἤπειρος, ἀλλὰ μεταβάλλει τῷ χρόνῳ πάντα. 33. Διότι μὲν 33
οὖν οὐκ ἀεὶ ταὐτὰ οὔτε χερσεύεται τῆς γῆς οὔτε πλωτά ἐστι,
καὶ διὰ τίν' αἰτίαν ταῦτα συμβαίνει εἴρηται· ὁμοίως δὲ καὶ
διὰ τί οἱ μὲν ἀέναοι, οἱ δ' οὔ τῶν ποταμῶν εἰσίν.

modum semper evenit. Hoc autem saepius facto necesse est temporis progressu, veluti flumen evadere, quod tandem etiam exsiccabitur. 31. Quoniam igitur neque tempus unquam desinit et universum sempiternum est, constat neque Tanaim, neque Nilum semper defluxisse, sed locum unde fluunt aliquando siccum fuisse. Eorum enim opus terminum habet, tempus non habet. Eodem autem modo et de aliis fluminibus dicere convenit. 32. Atque si flumina oriuntur et intereunt nec eadem semper loca humecta sunt et aquosa, mare identidem mutetur necesse est. Cumque mare alia loca semper deserat, alia invadat, perspicuum est, non easdem universae terrae partes, semper alias mare esse, alias continentem, verum tempore omnia mutari. 33. Quam igitur ob causam non eaedem semper terrae partes aut siccae sunt aut navigabiles, eodemque modo cur fluminum alia perennia sint, alia non sint, dictum est.

ΜΕΤΕΩΡΟΛΟΓΙΚΩΝ Β.

—p. 353, a. Bekker— —p. 338, F. Casaub.—

1 I. *Περὶ δὲ θαλάττης, καὶ τίς ἡ φύσις αὐτῆς, καὶ διὰ
τίν᾽ αἰτίαν ἁλμυρὸν τοσοῦτόν ἐστιν ὕδατος πλῆθος, ἔτι δὲ*
2 *περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς γενέσεως λέγωμεν.* 2. *Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι
καὶ διατρίβοντες περὶ τὰς θεολογίας ποιοῦσιν αὐτῆς πηγάς, ἵν᾽
αὐτοῖς ὦσιν ἀρχαὶ καὶ ῥίζαι γῆς καὶ θαλάττης· τραγικώτερον
γὰρ οὕτω καὶ σεμνότερον ὑπέλαβον ἴσως εἶναι τὸ λεγόμενον,
ὡς μέγα τι τοῦ παντὸς τοῦτο μόριον ὄν· καὶ τὸν λοιπὸν οὐ-
ρανὸν ὅλον περὶ τοῦτον συστῆναι τὸν τόπον καὶ τούτου χάριν,*
3 *ὡς ὄντα τιμιώτατον καὶ ἀρχήν.* 3. *Οἱ δὲ σοφώτεροι τὴν ἀν-
θρωπίνην σοφίαν ποιοῦσιν αὐτῆς γένεσιν· εἶναι γὰρ τὸ πρῶ-
τον ὑγρὸν ἅπαντα τὸν περὶ τὴν γῆν τόπον, ὑπὸ δὲ τοῦ ἡλίου
ξηραινόμενον τὸ μὲν διατμίσαν πνεύματα καὶ τροπὰς ἡλίου*

Cap. I. De mari, quae sit eius natura, et quam ob causam tanta aquae copia sit salsa, praetereaque de prima eius generatione disseramus. 2. Itaque veteres illi, qui divina tractavere, fontes illi tribuunt, ut sibi essent initia radicesque terrae marisque. Sic enim tragicae dignitati propius magisque venerandum, quod dicerent, esse arbitrabantur, tamquam universi illud non exigua esset particula: omnemque mundi reliquam partem hunc ambire locum, quem eius rei gratia dignissimum et quasi principium quoddam censebant. 3. Qui vero humani sapientia magis sunt versati, generationem eius faciunt: fuisse enim primitus humidum omnem circa terram locum, a sole vero exsiccatum, et a vaporibus flatus, solisque et lunae con-

καὶ σελήνης φασὶ ποιεῖν, τὸ δὲ λειφθὲν θάλατταν εἶναι· διὸ
καὶ ἐλάττω γίνεσθαι ξηραινομένην οἴονται καὶ τέλος ἔσεσθαί
ποτε πᾶσαν ξηράν. 4. Ἔνιοι δ' αὐτῶν θερμαινομένης φασὶν 4
ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς γῆς οἷον ἱδρῶτα γίνεσθαι, διὸ καὶ ἁλμυρὰν
εἶναι· καὶ γὰρ ὁ ἱδρὼς ἁλμυρός. 5. Οἱ δὲ τῆς ἁλμυρότητος 5
αἰτίαν τὴν γῆν εἶναί φασιν· καθάπερ γὰρ τὸ διὰ τῆς τέφρας
ἠθούμενον ἁλμυρὸν γίνεται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ταύτην ἁλ-
μυρὰν εἶναι μιχθείσης αὐτῇ τοιαύτης γῆς. ὅτι μὲν οὖν πηγὰς
θαλάττης ἀδύνατον εἶναι διὰ τῶν ὑπαρχόντων ἤδη θεωρεῖν δεῖ.
6. Τῶν γὰρ περὶ τὴν γῆν ὑδάτων τὰ μὲν ῥυτὰ τυγχάνει ὄντα 6
τὰ δὲ στάσιμα. τὰ μὲν οὖν ῥυτὰ πάντα πηγαῖα· περὶ δὲ τῶν
πηγῶν εἰρήκαμεν πρότερον, ὅτι δεῖ νοεῖν οὐχ ὥσπερ ἐξ ἀγγείου
ταμιευόμενον τὴν ἀρχὴν εἶναι πηγήν, ἀλλ' εἰς ἓν ἀεὶ γινόμενον
καὶ συρρέον ἀπαντᾷ πρώτην. 7. Τῶν δὲ στασίμων τὰ μὲν 7
συλλογιμαῖα καὶ ὑποστάσεις, οἷον τὰ τελματιαῖα καὶ ὅσα λι-
μνώδη, πλήθει καὶ ὀλιγότητι διαφέροντα, τὰ δὲ πηγαῖα. ταῦτα
δὲ πάντα χειρόκμητα, λέγω δ' οἷον τὰ φρεατιαῖα καλούμενα·

versiones provocatos esse dicunt: quod reliquum sit, mare esse. Quocirca etiam diminui opinantur et exsiccari, ita ut tota denique sicca sit futura. 4. Quorum etiam nonnulli terrae a sole calefactae quasi sudorem esse censent, quapropter etiam salsa sit: sudor enim salsus. 5. Alii autem salsedinis causam terram esse perhibent. Quemadmodum enim, quae per cineres colatur aqua salsa fiat, ita mare quoque salsum esse volunt propter admixtam sibi eius modi terram. Mare autem fontes habere non posse, iam patet ex iis, quae hucusque disseruimus. 6. Aquae enim, quae circa terram deprehenduntur, aut fluunt, aut stagnant, quarum illae, quae fluunt, omnes ex fontibus manant, quos supra diximus intelligendos esse tamquam principia, ex quibus non uti ex vase aqua promatur, sed in quae primum ea aqua, quae continuo fit et confluit, concurrat. 7. Stagnantium aquarum aliae sunt collectitiae ac subsidentes, quales sunt paludosae omnes et lacustres, copia maiore vel minore differentes, aliae fontanae caeque omnes arte factae, scilicet quae puteales nuncupantur. Omnium enim fontes, unde fluunt, in editiore

8 πάντων γὰρ ἀνωτέρω δεῖ τὴν πηγὴν εἶναι τῆς ῥύσεως. 8. Διὸ
τὰ μὲν αὐτόματα ῥεῖ τὰ κρηναῖα καὶ ποταμιαῖα, ταῦτα δὲ
τέχνης προσδεῖται τῆς ἐργασομένης. αἱ μὲν οὖν διαφοραὶ τοιαῦ-
9 ται καὶ τοσαῦται τῶν ὑδάτων. 9. Τούτων δ' οὕτω διωρισμέ-
νων ἀδύνατον πηγὰς εἶναι τῆς θαλάττης· ἐν οὐδετέρῳ γὰρ
τούτων οἷόν τ' εἶναι τῶν γενῶν αὐτήν. οὔτε γὰρ ἀπόρρυτός
ἐστιν οὔτε χειροποίητος, τὰ δὲ πηγαῖα πάντα τούτων θάτερον
πέπονθεν· αὐτόματον δὲ στάσιμον τοσοῦτον πλῆθος οὐδὲν ὁ-
10 ρῶμεν πηγαῖον γινόμενον. 10. Ἔτι δ' ἐπεὶ πλείους εἰσὶ θά-
λατται πρὸς ἀλλήλας οὐ συμμιγνύουσαι κατ' οὐδένα τόπον,
ὧν ἡ μὲν ἐρυθρὰ φαίνεται κατὰ μικρὸν κοινωνοῦσα πρὸς τὴν
ἔξω στηλῶν θάλατταν, ἡ δ' Ὑρκανία καὶ Κασπία κεχωρισμέ-
ναι τε ταύτης καὶ περιοικούμεναι κύκλῳ, ὥστ' οὐκ ἂν ἐλάν-
11 θανον αἱ πηγαί, εἰ κατά τινα τόπον αὐτῶν ἦσαν. 11. Ῥέουσα
δ' ἡ θάλαττα φαίνεται κατὰ τὰς στενότητας, εἴ που διὰ τὴν
περιέχουσαν γῆν εἰς μικρὸν ἐκ μεγάλου συνάγεται πελάγους,
διὰ τὸ ταλαντεύεσθαι δεῦρο κἀκεῖσε πολλάκις· τοῦτο δ' ἐν μὲν
πολλῷ πλήθει θαλάττης ἄδηλον. ᾗ δὲ διὰ τὴν στενότητα τῆς

quodam loco sint necesse est. 8. Quamobrem aliae sponte sua fluunt, ut fontanae et fluviatiles, aliae manu egent artifice. Tot igitur talesque aquarum sunt differentiae. 9. Quibus omnibus hac ratione definitis, impossibile est, maris esse fontes: nulli enim harum aquarum generi potest accenseri, cum neque effluidum sit, neque manu factum, omnesque fontanae aquae alterutrum patiantur. Quae autem sponte sua exsistat stagnantem aquam tantae copiae nullam ex fonte manare videmus. 10. Quibus accedit, quod praeterea plura sunt maria inter se nulla parte cohaerentia, quorum rubrum quidem videtur paululum communicare cum mari extra columnas sito, Hyrcanum vero et Caspium et ab hoc prorsus distincta ac segregata et circumcirca undequaque habitata sunt, ita ut si quo in loco ipsorum existerent fontes, minime latere potuissent. 11. Videtur autem fluere mare in angustiis, si qua ob terrae ambientis viciniam ex alto in fretum coartatur, cum ultro citroque saepenumero libretur. Quod in aperto mari observari nequit, ubi

γῆς ὀλίγον ἐπέχει τόπον, ἀναγκαῖον τὴν ἐν τῷ πελάγει μικρὰν
ταλάντωσιν ἐκεῖ φαίνεσθαι μεγάλην. 12. Ἡ δ' ἐντὸς Ἡρα- 12
κλείων στηλῶν ἅπασα κατὰ τὴν τῆς γῆς κοιλότητα ῥεῖ, καὶ
τῶν ποταμῶν τὸ πλῆθος· ἡ μὲν γὰρ Μαιῶτις εἰς τὸν Πόν-
τον ῥεῖ, οὗτος δ' εἰς τὸν Αἰγαῖον. πάντα δ' ἤδη τὰ τούτων
ἔξω πελάγη ἧττον ποιεῖ τοῦτ' ἐπιδήλως. 13. Ἐκείνοις δὲ διά 13
τε τὸ τῶν ποταμῶν πλῆθος συμβαίνει τοῦτο (πλείους γὰρ εἰς
τὸν Εὔξεινον ῥέουσι ποταμοὶ καὶ τὴν Μαιῶτιν ἢ τὴν πολλα-
πλασίαν χώραν αὐτῆς) καὶ διὰ τὴν βραχύτητα τοῦ βάθους·
ἀεὶ γὰρ βαθυτέρα φαίνεται οὖσα ἡ θάλαττα, καὶ τῆς μὲν
Μαιωτίδος ὁ Πόντος, τούτου δ' Αἰγαῖος, τοῦ δ' Αἰγαίου ὁ
Σικελικός· ὁ δὲ Σικελικὸς καὶ Τυρρηνικὸς βαθύτατοι πάντων.
14. Τὰ δ' ἔξω στηλῶν βραχέα μὲν διὰ τὸν πηλόν, ἄπνοα δ' 14
ἐστὶν ὡς ἐν κοίλῳ τῆς θαλάττης οὔσης. ὥσπερ οὖν καὶ κατὰ
μέρος ἐκ τῶν ὑψηλῶν οἱ ποταμοὶ φαίνονται ῥέοντες, οὕτω καὶ
τῆς ὅλης γῆς ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων τῶν πρὸς ἄρκτον τὸ ῥεῦμα
γίνεται τὸ πλεῖστον. ὥστε τὰ μὲν διὰ τὴν ἔκχυσιν οὐ βαθέα,

vero propter terrae angustias exiguum locum occupat, necesse est, quae in alto parva sit libratio valida ibi appareat. 12. Omne autem intra Herculis columnas mare fluviorumque copia ad cavas terrae regiones defluunt. Maeotis enim in Pontum influit: is in Aegaeum: in caeteris maribus hisce exterioribus minus hoc apparet. 13. In illis vero accidit cum propter amnium copiam (plures enim in Euxini et Maeotidis littoribus fluviorum sunt ostia, quam in reliquae terrae oris, quamvis multo maioribus), tum propter exiguam altitudinem: semper enim altius altiusque videtur esse mare: et Maeotide Pontus, et hoc Aegaeum et Aegaeo Siculum: omniumque denique profundissima sunt Sardoum et Tyrrhenum. 14. Quae extra columnas sita sunt ea minime quidem alta propter lutum, sed absque ventorum spiramine, quasi in ima maris parte sita. Sicuti igitur in parvis accidit, ut fluvii de editioribus in profundiora fluere videantur, ita omnino maximum tota in terra flumen ex altioribus versus septentrionem regionibus defluit ita, ut haec quidem propter effusionem minime profunda, exteriora autem maria

15 τὰ δ' ἔξω πελάγη βαθέα μᾶλλον. 15. Περὶ δὲ τοῦ τὰ πρὸς
ἄρκτον εἶναι τῆς γῆς ὑψηλὰ σημεῖόν τι καὶ τὸ πολλοὺς πει-
σθῆναι τῶν ἀρχαίων μετεωρολόγων τὸν ἥλιον μὴ φέρεσθαι
ὑπὸ γῆν, ἀλλὰ περὶ γῆν καὶ τὸν τόπον τοῦτον, ἀφανίζεσθαι
δὲ καὶ ποιεῖν νύκτα διὰ τὸ ὑψηλὴν εἶναι πρὸς ἄρκτον τὴν
16 γῆν. 16. Ὅτι μὲν οὖν οὔτε πηγὰς οἷόν τ' εἶναι τῆς θαλάτ-
της, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν οὕτω φαίνεται ῥέουσα, τοιαῦτα καὶ
τοσαῦθ' ἡμῖν εἰρήσθω.
1 II. Περὶ δὲ τῆς γενέσεως αὐτῆς, εἰ γέγονε, καὶ τοῦ χυμοῦ
τίς ἡ αἰτία τῆς ἁλμυρότητος καὶ πικρότητος λεκτέον. Ἡ μὲν
οὖν αἰτία ἡ ποιήσασα τοὺς πρότερον οἴεσθαι τὴν θάλατταν
2 ἀρχὴν εἶναι καὶ σῶμα τοῦ παντὸς ὕδατος ἥδ' ἐστίν. 2. Δόξειε
γὰρ ἂν εὔλογον εἶναι, καθάπερ καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων ἐστὶν
ἠθροισμένος ὄγκος καὶ ἀρχὴ διὰ τὸ πλῆθος, ὅθεν μεταβάλλει
τε μεριζόμενον καὶ μίγνυται τοῖς ἄλλοις, οἷον πυρὸς μὲν ἐν
τοῖς ἄνω τόποις, ἀέρος δὲ πλῆθος τὸ μετὰ τὸν τοῦ πυρὸς τό-
πον, γῆς δὲ σῶμα περὶ ὃ ταῦτα πάντα κεῖται φανερῶς, ὥστε

magis profunda sint. 15. Ea autem, quae boream versus sita sunt loca alta esse indicium quoddam etiam illud est, quod veteres meteorologi persuasi erant solem non infra terram, sed circa terram et hunc quidem locum ferri, evanescere autem noctemque efficere idcirco, quia versus boream terra edita sit. 16. Itaque talia et tot nobis dicta sint, ut probemus nullos maris existere posse fontes et qua propter fluminis instar fluere videatur.

Cap. II. De eius autem ortu, si ortum est, et de sapore, quae salsedinis et amaritudinis causa sit, dicendum est. Causa quidem, quae veteres adduxit, ut mare universae aquae principium et corpus esse existimarent, haec est. 2. Nam consentaneum videri potest, quoddam totius aquae corpus esse, quemadmodum et aliorum elementorum moles est coagmentata et principium ob copiam, unde distributa mutatur et aliis admiscetur, ut ignis quidem in supero loco, aëris autem copia in eo, qui est citra ignem, terrae corpus id, circa quod omnia haec manifesto sunt posita. Ex quo constat eadem ratione de aqua

δῆλον ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ περὶ ὕδατος ἀνάγκη ζη-
τεῖν. 3. Τοιοῦτον δ' οὐδὲν ἄλλο φαίνεται σῶμα κείμενον ἀ- 3
θρόον, ὥσπερ τῶν ἄλλων στοιχείων, πλὴν τὸ τῆς θαλάττης
μέγεθος· τὸ γὰρ τῶν ποταμῶν οὔτ' ἀθρόον, οὔτε στάσιμον,
ἀλλ' ὡς γινόμενον ἀεὶ φαίνεται καθ' ἡμέραν. 4. Ἐκ ταύτης 4
δὴ τῆς ἀπορίας καὶ ἀρχὴ τῶν ὑγρῶν ἔδοξεν εἶναι καὶ τοῦ παν-
τὸς ὕδατος ἡ θάλαττα. διὸ καὶ τοὺς ποταμοὺς οὐ μόνον εἰς ταύτην, ἀλλὰ καὶ ἐκ ταύτης φασί τινες ῥεῖν· διηθούμενον γὰρ γίνεσθαι τὸ ἁλμυρὸν πότιμον ἀντίκειται δ' ἑτέρα πρὸς ταύτην τὴν δόξαν ἀπορία, τί δή ποτ' οὐκ ἔστι τὸ συνεστὸς ὕδωρ τοῦτο πότιμον, εἴπερ ἀρχὴ τοῦ παντός ἐστιν ὕδατος, ἀλλ' ἁλμυρόν; τὸ δ' αἴτιον ἅμα ταύτης τε τῆς ἀπορίας λύσις ἔσται, καὶ περὶ θαλάττης τὴν πρώτην λαβεῖν ὑπόληψιν ἀναγ-
καῖον ὀρθῶς 5. Τοῦ γὰρ ὕδατος περὶ τὴν γῆν περιτεταμένου, 5
καθάπερ περὶ τοῦτο ἡ τοῦ ἀέρος σφαῖρα καὶ περὶ ταύτην ἡ λεγομένη πυρός (τοῦτο γάρ ἐστι πάντων ἔσχατον εἴθ' ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσιν εἴθ' ὡς ἡμεῖς), φερομένου δὲ τοῦ ἡλίου τοῦτον τὸν τρόπον, καὶ διὰ ταῦτα τῆς μεταβολῆς καὶ γενέσεώς τε

etiam necessario esse inquirendum. 3. Nullam autem tale aliud collectum corpus praeter maris vastitatem, ut caeterorum elementorum, positum videtur. Amnium enim aqua nec collecta est, nec manet, sed veluti quotidie denuo genita apparet. 4. Mare igitur humidorum et totius aquae principium esse ob hanc dubitationem visum est. Quocirca et flumina non tantum in ipsum, sed ex ipso quoque fluere, nonnulli aiunt. Quod enim salsum est, si coletur, fieri potabile. Huic autem dubitationi altera opponitur, quid tandem causae sit, cur aqua haec simul stans potabilis non sit, sed salsa: siquidem totius aquae principium est. Causa autem simul et huius dubitationis solutio erit et efficiet, ut primam de mari propositionem recte procul dubio sumamus. 5. Cum enim aqua circa terram, quemadmodum et circa eam aëris orbis et circa hunc is, qui ignis dicitur, obtendatur (hic enim omnium extremus, sive ut plurimi perhibent, sive ut nos), Sol autem hoc modo feratur, ob eamque causam mutatio existat et ortus atque interitus, id quod

καὶ φθορᾶς οὔσης, τὸ μὲν λεπτότατόν τε καὶ γλυκύτατον ἀνά-
γεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ φέρεται διακρινόμενον καὶ ἀ-
τμίζον εἰς τὸν ἄνω τόπον, ἐκεῖ δὲ πάλιν συστὰν διὰ τὴν ψύξιν
6 κάτω φέρεται πάλιν πρὸς τὴν γῆν. 6. Καὶ τοῦτ' ἀεὶ βούλε-
ται ποιεῖν ἡ φύσις οὕτω, καθάπερ εἴρηται πρότερον. διὸ καὶ
γελῶσι πάντες ὅσοι τῶν πρότερον ὑπέλαβον τὸν ἥλιον τρέφε-
7 σθαι τῷ ὑγρῷ. 7. Καὶ διὰ τοῦτ' ἔνιοί γέ φασι καὶ ποιεῖσθαι
τὰς τροπὰς αὐτόν· οὐ γὰρ ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς δύνασθαι τόπους
παρασκευάζειν αὐτῷ τὴν τροφήν. ἀναγκαῖον δ' εἶναι τοῦτο
8 συμβαίνειν περὶ αὐτὸν ἢ φθείρεσθαι. 8. Καὶ γὰρ τὸ φανερὸν
πῦρ, ἕως ἂν ἔχῃ τροφήν, μέχρι τούτου ζῆν, τὸ δ' ὑγρὸν τῷ
πυρὶ τροφὴν εἶναι μόνον, ὥσπερ ἀφικνούμενον μέχρι πρὸς τὸν
ἥλιον τὸ ἀναγόμενον τοῦ ὑγροῦ, ἢ τὴν ἄνοδον τοιαύτην οὖσαν
οἵανπερ τῇ γινομένῃ φλογί, δι' ἧς τὸ εἰκὸς λαβόντες οὕτω
9 καὶ περὶ τοῦ ἡλίου ὑπέλαβον. 9. Τὸ δ' οὐκ ἔστιν ὅμοιον.
ἡ μὲν γὰρ φλὸξ διὰ συνεχοῦς ὑγροῦ καὶ ξηροῦ μεταβαλλόν-
των. γίνεται καὶ οὐ τρέφεται (οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ οὖσα διαμένει
οὐδένα χρόνον ὡς εἰπεῖν), περὶ δὲ τὸν ἥλιον ἀδύνατον τοῦτο

tenuissimum est et dulcissimum quotidie effertur, secernique et in vaporem mutatum superiora petere videtur. Illic autem rursus ob frigus concretum ad terram iterum defertur. 6. Idque natura hoc modo perpetuo fieri, ut antea dictum est, instituit. Quocirca omnes illi veteres ridendi sunt, quotquot Solem humore ali existimarunt. 7. Quam etiam ob causam eorum nonnulli aiunt illius fieri conversiones. Non enim eadem loca posse ei perpetuo alimentum suppeditare, necessarium autem esse, aut hoc contingere, aut eum interire. 8. Siquidem et ignis hic conspicuus tantisper vivit, dum alimentum suppetit. Humorem vero solum igni esse alimentum, quasi omnis qui attollitur humor ad solem usque pertingat, aut adscensus talis sit, qualis ad flammam, quae gignitur, ex qua cum similitudinem duxissent, ita de sole existimarunt. 9. Sed non est simile. Flamma enim ex humoris et siccitatis perpetua commutatione gignitur, non aliter: quippe quae nullo, ut ita dicam, tempore eadem maneat, quod in sole contingere nequit. Nam si sol eo

συμβαίνειν, ἐπεὶ τρεφομένου γε τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ ἐκεῖ-
νοί φασι, δῆλον ὅτι καὶ ὁ ἥλιος οὐ μόνον καθάπερ ὁ Ἡρά-
κλειτός φησι, νέος ἐφ' ἡμέρῃ ἐστίν, ἀλλ' ἀεὶ νέος συνεχῶς.
10. Ἔτι δ' ἡ ὑπὸ ἡλίου ἀναγωγὴ τοῦ ὑγροῦ ὁμοία τοῖς θερ- 10
μαινομένοις ὕδασίν ἐστιν ὑπὸ πυρός. εἰ οὖν μηδὲ τὸ ὑποκαό-
μενον τρέφεται πῦρ, οὐδὲ τὸν ἥλιον εἰκὸς ἦν ὑπολαβεῖν, οὐδ'
εἰ πᾶν θερμαῖνον ἐξατμίσειε τὸ ὕδωρ. 11. Ἄτοπον δὲ καὶ 11
τὸ μόνον φροντίσαι τοῦ ἡλίου, τῶν δ' ἄλλων ἄστρων παριδεῖν
αὐτοὺς τὴν σωτηρίαν, τοσούτων καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγε-
θος ὄντων. τὸ δ' αὐτὸ συμβαίνει καὶ τούτοις ἄλογον καὶ τοῖς
φάσκουσι τὸ πρῶτον ὑγρᾶς οὔσης καὶ τῆς γῆς, καὶ τοῦ κόσμου
τοῦ περὶ τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ ἡλίου θερμαινένου ἀέρα γενέσθαι
καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν αὐξηθῆναι, καὶ τοῦτον πνεύματά τε
παρέχεσθαι καὶ τὰς τροπὰς αὐτοῦ ποιεῖν. 12. Φανερῶς γὰρ 12
ἀεὶ τὸ ἀναχθὲν ὁρῶμεν καταβαῖνον πάλιν ὕδωρ· κἂν μὴ κατ'
ἐνιαυτὸν ἀποδιδῷ καὶ καθ' ἑκάστην ὁμοίως χώραν, ἀλλ' ἔν
γέ τισι τεταγμένοις χρόνοις ἀποδίδωσι πᾶν τὸ ληφθέν, ὡς οὔτε
τρεφομένων τῶν ἄνωθεν, οὔτε τοῦ μὲν μένοντος ἀέρος ἤδη

modo, quo illi aiunt, alitur, constat eum non solum (ut Heraclitus dicit) quotidie iuvenem esse, sed perpetuo ac continenter iuvenem. 10. Humorem praeterea per solem educi simile est ac quando aquae ab igne incalescunt. Si igitur incensus ignis non alitur, ne solem quoque ali verisimile est existimare, etiam si totam aquam calefaciundo in vaporem converteret. 11. Absurdum vero etiam est, solius Solis sollicitudinem habere, aliorum autem siderum conservationem contemnere, quae et multitudine et magnitudine tanta sint. Idem autem his evenit et illis, qui aiunt, cum terra principio humida esset, et mundus terram ambiens incalesceret a Sole, aërem genitum fuisse, totumque caelum crevisse, ac eundem flatus praebere, et illius conversiones efficere. 12. Id enim omne, quod ex aqua sublatum est, rursus semper descendere perspicue cernimus. Ac, si non similiter annis singulis et in quavis regione, quibusdam tamen definitis temporibus totum id, quod sublatum est, redditur, quod nec supera ex eo alantur, nec partim quidem aër post

μετὰ τὴν γένεσιν, τοῦ δὲ γινομένου καὶ φθειρομένου πάλιν εἰς
ὕδωρ, ἀλλ' ὁμοίως ἅπαντος διαλυομένου καὶ συνισταμένου πά-
13 λιν εἰς ὕδωρ. 13. Τὸ μὲν οὖν πότιμον καὶ γλυκὺ διὰ κουφό-
τητα πᾶν ἀνάγεται, τὸ δ' ἁλμυρὸν ὑπομένει διὰ βάρος οὐκ
ἐν τῷ αὐτοῦ οἰκείῳ τόπῳ· τοῦτο γὰρ οἰητέον ἀπορηθῆναί τε
προσηκόντως (ἄλογον γὰρ εἰ μή τίς ἐστι τόπος ὕδατος ὥσπερ
τῶν ἄλλων στοιχείων) καὶ ταύτην εἶναι λύσιν· ὃν γὰρ ὁρῶμεν
κατέχουσαν τόπον τὴν θάλατταν, οὗτος οὐκ ἔστι θαλάττης
14 ἀλλὰ μᾶλλον ὕδατος. 14. Φαίνεται δὲ θαλάττης, ὅτι τὸ μὲν
ἁλμυρὸν ὑπομένει διὰ τὸ βάρος, τὸ δὲ γλυκὺ καὶ πότιμον ἀ-
νάγεται διὰ τὴν κουφότητα, καθάπερ ἐν τοῖς τῶν ζῴων σώ-
μασιν. καὶ γὰρ ἐν τούτοις τῆς τροφῆς εἰσελθούσης γλυκείας
ἡ τῆς ὑγρᾶς τροφῆς ὑπόστασις καὶ τὸ περίττωμα φαίνεται πι-
κρὸν ὂν καὶ ἁλμυρόν· τὸ γὰρ γλυκὺ καὶ πότιμον ὑπὸ τῆς ἐμ-
φύτου θερμότητος ἑλκυσθὲν εἰς τὰς σάρκας καὶ τὴν ἄλλην
15 σύνταξιν ἦλθε τῶν μερῶν, ὡς ἕκαστον πέφυκεν. 15. Ὥσπερ
οὖν κἀκεῖ ἄτοπον, εἴ τις τῆς ποτίμου τροφῆς μὴ νομίζοι τόπον
εἶναι τὴν κοιλίαν, ὅτι ταχέως ἀφανίζεται, ἀλλὰ τοῦ περιττώ-

generationem remaneat, partim vero gignatur et in aquam rursus intereat, sed universus similiter dissolvatur, et in aquam rursus concrescat. 13. Itaque quod potabile est et dulce, universum ob levitatem attollitur: quod autem salsum est, prae pondere subsidit, non in suo ipsius proprio loco. Etenim existimandum est, de hoc recte dubitatum esse (absurdum namque est, nisi aliquis aquae, ut caeterorum elementorum sit locus) atque hanc esse solutionem. Is enim locus, quo contineri mare cernimus, maris non est, sed potius aquae. 14. Maris autem videtur, propterea quod pars salsa subsidit prae pondere, dulcis vero ac potabilis ob levitatem attollitur, perinde atque in animalium corporibus, in quibus cum dulce alimentum ingestum est, alimenti humidi sedimentum atque excrementum amarum salsumque cernitur. Pars enim dulcis et potabilis a calore innato attracta in carnes aliarumque partium constitutionem abit, pro cuiusque illarum natura. 15. Quemadmodum igitur illic, si quis censuerit, ventrem potabilis alimenti, propterea quod

ματος, ὅτι τοῦθ' ὁρᾷ ὑπομένον, οὐκ ἂν ὑπολαμβάνοι καλῶς,
ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τούτοις. ἔστι γάρ, ὥσπερ λέγομεν, οὗτος ὁ
τόπος ὕδατος. 16. *Διὸ καὶ οἱ ποταμοὶ ῥέουσιν εἰς αὐτὸν ἅ-* 16
παντες καὶ πᾶν τὸ γινόμενον ὕδωρ· εἴς τε γὰρ τὸ κοιλότατον
ἡ ῥύσις καὶ ἡ θάλαττα τὸν τοιοῦτον ἐπέχει τῆς γῆς τόπον.
ἀλλὰ τὸ μὲν ἀναφέρεται ταχὺ διὰ τὸν ἥλιον ἅπαν, τὸ δ' ὑπο-
λείπεται διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν. 17. *Τὸ δὲ ζητεῖν τὴν ἀρ-* 17
χαίαν ἀπορίαν, διὰ τί τοσοῦτον πλῆθος ὕδατος οὐδαμοῦ φαί-
νεται (καθ' ἑκάστην γὰρ ἡμέραν ποταμῶν ῥεόντων ἀναριθμή-
των καὶ τὸ μέγεθος ἀπλέτων οὐθὲν ἡ θάλαττα γίνεται πλείων),
τοῦτο οὐθὲν μὲν ἄτοπον ἀπορῆσαί τινας, οὐ μὴν ἀποβλέψαντί
γε χαλεπὸν ἰδεῖν. 18. *Τὸ γὰρ αὐτὸ πλῆθος ὕδατος εἰς πλά-* 18
τος τε διαταθὲν καὶ ἀθρόον οὐκ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἀναξηραίνεται,
ἀλλὰ διαφέρει τοσοῦτον, ὥστε τὸ μὲν διαμεῖναι ἂν ὅλην τὴν
ἡμέραν, τὸ δ' ὥσπερ εἴ τις ἐπὶ τράπεζαν μεγάλην περιτείνειεν
ὕδατος κύαθον, ἅμα διανοουμένοις ἂν ἀφανισθείη πᾶν. 19. *Ὃ* 19
δὴ καὶ περὶ τοὺς ποταμοὺς συμβαίνει· συνεχῶς γὰρ ῥεόντων

cito evanescat, locum non esse, sed excrementi, quia subsidere illud videat, non recte censuerit, sic et in his. Est enim (ut diximus) aquae hic locus. 16. Quapropter et flumina in eum omnia influunt et omnis etiam aqua, quae gignitur. In id enim, quod maxime cavum, fluxio est: talemque terrae locum mare obtinet. Sed alia pars universa a sole celeriter attollitur, alia relinquitur ob eam, quae dicta est, causam. 17. Veterem autem illam dubitationem afferre, cur tanta aquae copia nusquam appareat, quando innumeris vastae magnitudinis fluviis, quotidie in mare influentibus, nihilo amplius cernitur: hanc inquam aliquos dubĭtationem afferre, absurdum quidem non est, sed tamen difficile non est eum, qui consideraverit, perspicere. 18. Eadem enim aquae copia, quae in latitudinem expansa sit, et quae simul collecta non aequali tempore resiccatur, sed usque adeo differt, ut haec quidem integrum diem permaneat, altera, perinde ac si quis aquae cyathum super magnam mensam effuderit, simul atque id cogitaverimus, tota evanescat. 19. Id quod in fluminibus quoque accidit. Illis enim continenter collectim

ἀθρόων ἀεὶ τὸ ἀφικνούμενον εἰς ἀχανῆ καὶ πλατὺν τόπον
ἀναξηραίνεται ταχὺ καὶ ἀδήλως. τὸ δ' ἐν τῷ Φαίδωνι γεγραμ-
μένον περί τε τῶν ποταμῶν καὶ τῆς θαλάττης ἀδύνατόν ἐστιν.
20 20. Λέγεται γάρ, ὡς ἅπαντα μὲν εἰς ἄλληλα συντέτρηται ὑπὸ
γῆν, ἀρχὴ δὲ πάντων εἴη καὶ πηγὴ τῶν ὑδάτων ὁ καλούμενος
Τάρταρος, περὶ τὸ μέσον ὕδατός τι πλῆθος, ἐξ οὗ καὶ τὰ
ῥέοντα καὶ τὰ μὴ ῥέοντα ἀναδίδωσι πάντα· τὴν δ' ἐπίρρυσιν
ποιεῖν ἐφ' ἕκαστα τῶν ῥευμάτων διὰ τὸ σαλεύειν ἀεὶ τὸ πρῶ-
τον καὶ τὴν ἀρχήν· οὐκ ἔχειν γὰρ ἕδραν, ἀλλ' ἀεὶ περὶ τὸ μέ-
21 σον εἱλεῖσθαι. 21. Κινούμενον δ' ἄνω καὶ κάτω ποιεῖν τὴν
ἐπίχυσιν τοῖς ῥεύμασιν. τὰ δὲ πολλαχοῦ μὲν λιμνάζειν, οἵαν
καὶ τὴν παρ' ἡμῖν εἶναι θάλασσαν, πάντα δὲ πάλιν κύκλῳ
περιάγειν εἰς τὴν ἀρχήν, ὅθεν ἤρξαντο ῥεῖν, πολλὰ μὲν καὶ
κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, τὰ δὲ καὶ καταντικρὺ τῇ θέσει τῆς
ἐκροῆς, οἷον εἰ ῥεῖν ἤρξαντο κάτωθεν, ἄνωθεν εἰσβάλλειν.
εἶναι δὲ μέχρι τοῦ μέσου τὴν κάθεσιν· τὸ γὰρ λοιπὸν πρὸς
ἄναντες ἤδη πᾶσιν εἶναι τὴν φοράν. τοὺς δὲ χυμοὺς καὶ χρόας
22 ἴσχειν τὸ ὕδωρ δι' οἵας ἂν τύχωσι ῥέοντα γῆς. 22. Συμβαίνει

fluentibus, id, quod in vastum latumque locum pervenit, cito semper atque occulte exsiccatur. Illud autem fieri non potest, quod de fluminibus et mari in Phaedone scriptum est. 20. Mutuis enim ista meatibus inter se sub terra concurrere dicitur, principiumque et fontem aquarum omnium id esse, quod Tartarus nominatur, quaedam videlicet aquae copia in medio posita, e quo tam fluentes amnes, quam non fluentes reddantur. In singulos autem fluvios influxum fieri, propterea quod primum atque principium agitetur. Non enim sedem, in qua consistat, habere, sed circa medium perpetuo revolvi. 21. Nonnullos autem multis in locis stagnare, veluti apud nos mare est. Rursus omnes principium, e quo fluere coeperunt, in orbem repetere, multos quidem per eundem locum, aliquos vero, per eum qui adversum illi locum obtineat, e quo effluxerunt, ut si ex infero loco fluere coeperit in supero influere. Esse autem descensum usque ad medium. Reliquum enim omnem cursum omnibus iam ascensum esse. Sapores etiam et colores aquam

δὲ τοὺς ποταμοὺς ῥεῖν οὐκ ἐπὶ ταὐτὸν ἀεὶ κατὰ τὸν λόγον
τοῦτον· ἐπεὶ γὰρ εἰς τὸ μέσον εἰσρέουσιν, ἀφ' οὗπερ ἐκρέου-
σιν, οὐθὲν μᾶλλον ῥευσοῦνται κάτωθεν ἢ ἄνωθεν, ἀλλ' ἐφ'
ὁπότερ' ἂν ῥέψῃ κυμαίνων ὁ Τάρταρος. καίτοι τούτου συμ-
βαίνοντος γένοιτ' ἂν τὸ λεγόμενον ἄνω ποταμῶν. ὅπερ
ἀδύνατον. 23. Ἔτι δὲ τὸ γινόμενον ὕδωρ καὶ τὸ πάλιν ἀνα- 23
γόμενον πόθεν ἔσται; τοῦτο γὰρ ἐξαίρειν ὅλον ἀναγκαῖον, εἴ-
περ ἀεὶ σώζεται τὸ ἴσον. ὅσον γὰρ ἔξω ῥεῖ, πάλιν ῥεῖ πρὸς
τὴν ἀρχήν. καίτοι πάντες οἱ ποταμοὶ φαίνονται τελευτῶντες
εἰς τὴν θάλατταν, ὅσοι μὴ εἰς ἀλλήλους· εἰς δὲ τὴν γῆν οὐ-
θείς, ἀλλὰ κἂν ἀφανισθῇ, πάλιν ἀναδύνουσιν. 24. Μέγαλοι 24
δὲ γίνονται τῶν ποταμῶν οἱ μακρὰν ῥέοντες διὰ κοίλης· πολ-
λῶν γὰρ δέχονται ῥεύματα ποταμῶν, ὑποτεμνόμενοι τῷ τόπῳ
καὶ τῷ μήκει τὰς ὁδούς. διόπερ ὅ τ' Ἴστρος καὶ ὁ Νεῖλος μέ-
γιστοι τῶν ποταμῶν εἰσὶ τῶν εἰς τήνδε τὴν θάλατταν ἐξιόντων.
25. Καὶ περὶ τῶν πηγῶν ἄλλοι λέγουσιν ἑκάστου τῶν ποταμῶν 25
ἄλλας αἰτίας διὰ τὸ πολλοὺς εἰς τὸν αὐτὸν ἐμβάλλειν. ταῦτα

contrahere pro terrae, per quam fluere contigerit, natura. 22. Sed hac ratione efficitur, ut flumina eodem non semper fluant. Quum enim in medium influunt, ex quo effluunt, ex infero nihilo magis fluent, quam ex supero, sed utramlibet in partem exaestuans Tartarus delapsus fuerit. Atque si hoc accideret, id eveniret, quod dicitur Sursum flumina, quod fieri nequit. 23. Illa item, quae oritur aqua et quae rursus attollitur, undenam erit? hanc enim universam tolli necesse est, siquidem aequalis semper servatur, propterea quod quantum effluit, tantundem ad principium refluit. Atqui et flumina omnia, quotquot non in alia sese immittunt, desinere in mare cernimus, in terram autem nullum, ac si qui occultentur, rursus emergere. 24. Illa autem ingentia sunt, quae longo tractu per cavum defluunt. Multorum enim amnium fluxus excipiunt, loco et longitudine eorum cursibus interceptis. Quam ob causam Danubius et Nilus fluminum eorum, quae in hoc mare illabuntur, maxima sunt. 25. Ac de cuiusque fluminis fontibus alii alias reddunt causas, propterea quod multa in idem confluant. Constat igitur nihil horum fieri

δὴ πάντα φανερὸν ὡς ἀδύνατόν ἐστι συμβαίνειν ἄλλως τε καὶ
26 τῆς θαλάττης ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν ἐχούσης. 26. Ὅτι μὲν οὖν
ὕδατός τε ὁ τόπος ἐστὶν οὗτος καὶ οὐ θαλάττης, καὶ διὰ τίν'
αἰτίαν τὸ μὲν πότιμον ἄδηλον πλὴν ῥέον, τὸ δ' ὑπομένει, καὶ
διότι τελευτὴ μᾶλλον ὕδατος ἢ ἀρχή ἐστιν ἡ θάλαττα, καθά-
περ τὸ ἐν τοῖς σώμασι περίττωμα τῆς τροφῆς πάσης, καὶ μά-
λιστα τὸ τῆς ὑγρᾶς, εἰρήσθω τοσαῦθ' ἡμῖν.

1 III. Περὶ δὲ τῆς ἁλμυρότητος αὐτῆς λεκτέον, καὶ πότε-
ρον ἀεί ἐστιν ἡ αὐτή, ἢ οὔτ' ἦν οὔτ' ἔσται ἀλλ' ὑπολείψει·
2 καὶ γὰρ οὕτως οἴονταί τινες. 2. Τοῦτο μὲν οὖν ἐοίκασι πάν-
τες ὁμολογεῖν, ὅτι γένονεν, εἴπερ καὶ πᾶς ὁ κόσμος· ἅμα γὰρ
αὐτῆς ποιοῦσι τὴν γένεσιν. ὥστε δῆλον ὡς εἴπερ ἀΐδιον τὸ
3 πᾶν, καὶ περὶ τῆς θαλάττης οὕτως ὑποληπτέον. 3. Τὸ δὲ
νομίζειν ἐλάττω τε γίνεσθαι τὸ πλῆθος, ὥσπερ φησὶ Δημό-
κριτος, καὶ τέλος ὑπολείψειν, τῶν Αἰσώπου μύθων οὐθὲν δια-
φέρειν ἔοικεν ὁ πεπεισμένος οὕτως· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐμυθολό-
γησεν ὡς δὶς μὲν ἡ Χάρυβδις ἀναρροφήσασα τὸ μὲν πρῶτον
τὰ ὄρη ἐποίησε φανερά, τὸ δὲ δεύτερον τὰς νήσους, τὸ δὲ

posse, mari praesertim originem inde ducente. 26. Hunc ergo locum aquae esse et non maris, et quamobrem pars potabilis praeter eam, quae fluit, occulta sit, alia vero pars maneat, cur item mare aquae potius sit finis, quam principium, non secus ac in corporibus totius alimenti, sed humidi potissimum excrementum, hucusque a nobis traditum sit.

Cap. III. De eius autem salsedine et utrum perpetuum sit, an nec fuerit aliquando, nec futurum sit, sed defecturum, dicendum est. hoc enim modo nonnulli sentiunt. 2. Omnes quidem genitum esse videntur fateri, siquidem et mundum universum: simul namque eius ortum faciunt. Quare constat, si universum sempiternum est, non aliter de mari existimari posse. 3. Censere autem ipsum, ut Democritus ait, decrescere et ad extremum defecturum: ita, inquam, aliquem sibi persuadere, nihil ab Aesopi fabulis videtur differre. Nam et ille fabulatus est Charybdim, cum bis aquas exsorbuisset, primum quidem montes manifestos fecisse, deinde insulas, demum, ubi exsorbuerit, terram omnino

τελευταῖον ῥοφήσασα ξηρὰν ποιήσει πάμπαν. 4. Ἐκείνῳ μὲν 4
οὖν ἥρμοττεν ὀργιζομένῳ πρὸς τὸν πορθμέα τοιοῦτον εἰπεῖν
μῦθον, τοῖς δὲ τὴν ἀλήθειαν ζητοῦσιν ἧττον· δι' ἣν γὰρ αἰ-
τίαν ἔμεινε τὸ πρῶτον, εἴτε διὰ βάρος, ὥσπερ τινὲς καὶ τού-
των φασίν (ἐν προχείρῳ γὰρ τούτου τὴν αἰτίαν ἰδεῖν), εἴτε
καὶ δι' ἄλλο τι, δῆλον ὅτι διὰ τοῦτο διαμένειν ἀναγκαῖον καὶ
τὸν λοιπὸν χρόνον αὐτήν. 5. Ἢ γὰρ λεκτέον αὐτοῖς ὅτι οὐδὲ 5
τὸ ἀναχθὲν ὕδωρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἥξει πάλιν; ἢ εἴπερ τοῦτ'
ἔσται, ἀναγκαῖον ἤτοι ἀεὶ ἢ μέχρις οὗπερ ἂν ᾖ τοῦτο ὑπολεί-
πεσθαι τὴν θάλατταν, καὶ πάλιν ἀναχθῆναι ἐκεῖνο πρότερον
δεήσει τὸ πότιμον. ὥστε οὐδέποτε ξηρανεῖται· πάλιν γὰρ ἐκεῖνο
φθήσεται καταβὰν εἰς τὴν αὐτὴν τὸ προανελθόν· διαφέρει
γὰρ οὐθὲν ἅπαξ τοῦτ' εἰπεῖν ἢ πολλάκις. 6. Εἰ μὲν οὖν τὸν 6
ἥλιον παύσει τις τῆς φορᾶς, τί ἔσται τὸ ξηραῖνον; εἰ δ' ἐάσει
εἶναι τὴν περιφοράν, ἀεὶ πλησιάζων τὸ πότιμον, καθάπερ εἴ-
πομεν, ἀνάξει, ἀφήσει δὲ πάλιν ἀποχωρῶν. 7. Ἔλαβον δὲ 7
ταύτην τὴν διάνοιαν κατὰ τῆς θαλάττης ἐκ τοῦ πολλοὺς τό-
πους φαίνεσθαι ξηροτέρους νῦν ἢ πρότερον· περὶ οὗ τὴν αἰτίαν

aridam effecturam. 4. Sed Aesopum in portitorem iratum eius modi fabulam comminisci non dedecebat: eos autem, qui veritatem inquirunt, non item. Quam enim cunque ob causam prius permansit, sive propter pondus, ut nonnulli aiunt, (facile enim est huius rei causam perspicere) seu ob aliud quidpiam, id constat, necessarium esse, ut reliquum quoque tempus ob eandem permaneat. 5. Aut enim iis dicendum est, aquam a sole sublatam non rursus delatum iri, aut si deferetur, necesse esse, vel semper, vel quoad hoc fuerit, mare permaneat, illudque potabile sursum prius iterum attollatur. Quare nunquam exsiccabitur: quod enim antea adscenderat, in idem descendet, quippe cum nihil intersit, hoc semel fieri an multoties dicamus. 6. Quod si solem quiescere quis statuat, quid erit quod exsiccet? Sin vero convertere arbitretur, id quod potabile est accessu suo, quemadmodum diximus, perpetuo evehet dimittetque rursus decessu. 7. Hanc autem opinionem de mari proposuerunt, quod plura nunc, quam antea sicciora loca apparent: cuius rei

εἴπομεν, ὅτι τῶν κατά τινα χρόνον ὑπερβολῶν γινομένων ὕδα-
τος τοῦτ᾿ ἐστι τὸ πάθος, ἀλλ᾿ οὐ διὰ τὴν τοῦ παντὸς γένε-
8 σιν καὶ τῶν μορίων. 8. Καὶ πάλιν γ᾿ ἔσται τοὐναντίον· καὶ
ὅταν γένηται, ξηρανεῖται πάλιν· καὶ τοῦθ᾿ οὕτω κατὰ κύκλον
ἀναγκαῖον ἀεὶ βαδίζειν· μᾶλλον γὰρ οὕτως εὔλογον ὑπολαβεῖν
ἢ διὰ ταῦτα τὸν οὐρανὸν ὅλον μεταβάλλειν. ἀλλὰ περὶ μὲν
9 τούτων πλείω τῆς ἀξίας ἐνδιατέτριφεν ὁ λόγος. 9. Περὶ δὲ
τῆς ἁλμυρότητος, τοῖς μὲν ἅπαξ γεννήσασι καὶ ὅλως αὐτὴν
γεννῶσιν ἀδύνατόν ἐστιν ἁλμυρὰν ποιεῖν. εἴτε γὰρ ἅπαντος
τοῦ ὑγροῦ τοῦ περὶ τὴν γῆν ὄντος καὶ ἀναχθέντος ὑπὸ τοῦ
ἡλίου τὸ ὑπολειφθὲν γέγονε θάλαττα, εἴτ᾿ ἐνυπῆρχε τοσοῦτος
χυμὸς ἐν τῷ πολλῷ ὕδατι καὶ γλυκεῖ διὰ τὸ συμμιχθῆναί τινα
γῆν τοιαύτην, οὐθὲν ἧττον ἐλθόντος πάλιν τοῦ διατμίσαντος
ὕδατος ἀνάγκη, ἴσου γ᾿ ὄντος τοῦ πλήθους, καὶ τὸ πρῶτον·
10 ἢ εἰ μηδὲ τὸ πρῶτον, μηδ᾿ ὕστερον ἁλμυρὰν αὐτὴν εἶναι. 10. Εἰ
δὲ καὶ τὸ πρῶτον εὐθὺς ἦν, λεκτέον τίς ἡ αἰτία, καὶ ἅμα διὰ
τί οὐκ εἰ καὶ τότε ἀνήχθη καὶ νῦν πάσχει ταὐτό. ἀλλὰ μὴν

causam attulimus, eam videlicet affectionem, certo quodam tempore imbrium et aquae ingenti copia excitata exsistere, haud vero ob universi et partium eius ortum. 8. Ac rursus contrarium fiet, idque cum fuerit, exsiccatum rursus iri, hocque modo in orbem necessario id commeare. Rationi enim magis consonum est ita putare, quam ob haec totum caelum mutari. Sed in his quidem diutius, quam par erat, oratio institit. 9. Quod autem ad salsedinem attinet, ii, qui semel, aut omnino id generant, salsum statuere non possunt. Nam seu illius, qui terram ambibat, deinde a sole sublatus est, humoris residuum mare dicendum est, seu tantus sapor in multa et dulci aqua insitus erat, propter talis cuiusdam terrae admixtionem, ipsum profecto necesse est, aqua illa, quae in vaporem conversa erat, rursus adveniente; cum par sit quantitas, primum quoque fuerit: aut si non primum, non etiam post salsum esse futurum. 10. Quodsi a principio fuit, dicendum erat, quae causa fuerat, simulque quamobrem, si tum sublata erat, idem nunc non fiat. Atqui et quotquot terram salsedinis causam perhibent

καὶ ὅσοι τὴν γῆν αἰτιῶνται τῆς ἁλμυρότητος ἐμμιγνυμένην (ἔχειν γάρ φασι πολλοὺς χυμοὺς αὐτήν, ὥσθ' ὑπὸ τῶν ποταμῶν συγκαταφερομένην διὰ τὴν μίξιν ποιεῖν ἁλμυράν), ἄτοπον τὸ μὴ καὶ τοὺς ποταμοὺς ἁλμυροὺς εἶναι. 11. Πῶς γὰρ δυνατὸν 11
ἐν πολλῷ μὲν πλήθει ὕδατος ἐπίδηλον οὕτω ποιεῖν τὴν μίξιν τῆς τοιαύτης γῆς, ἐν ἑκάστῳ δὲ μή; δῆλον γάρ, ὅτι ἡ θάλαττά ἐστιν ἅπαν τὸ ποτάμιον ὕδωρ· οὐθενὶ γὰρ διέφερεν ἀλλ' ἢ τῷ ἁλμυρὰ εἶναι τῶν ποταμῶν· τοῦτο δ' ἐν ἐκείνοις ἔρχεται εἰς τὸν τόπον εἰς ὃν ἀθρόοι ῥέουσιν. 12. Ὁμοίως δὲ 12
γελοῖον καὶ εἴ τις εἰπὼν ἱδρῶτα τῆς γῆς εἶναι τὴν θάλατταν οἴεταί τι σαφὲς εἰρηκέναι, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς· πρὸς ποίησιν μὲν γὰρ οὕτως εἰπὼν ἴσως εἴρηκεν ἱκανῶς (ἡ γὰρ μεταφορὰ ποιητικόν), πρὸς δὲ τὸ γνῶναι τὴν φύσιν οὐχ ἱκανῶς.
13. Οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δῆλον πῶς ἐκ γλυκέος τοῦ πόματος 13
ἁλμυρὸς γίνεται ὁ ἱδρώς, πότερον ἀπελθόντος τινὸς μόνον οἷον τοῦ γλυκυτάτου, ἢ συμμιχθέντος τινός, καθάπερ ἐν τοῖς διὰ τῆς τέφρας ἠθουμένοις ὕδασιν. φαίνεται δὲ τὸ αἴτιον ταὐτὸ καὶ περὶ τὸ εἰς τὴν κύστιν περίττωμα συλλεγόμενον· καὶ γὰρ

esse, (admixta enim cum sit, multos sapores habere dicunt, ita ut a fluminibus delata ob admixtionem salsum efficiat), ii absurdi sunt, si flumina quoque salsa non censent. 11. Quo pacto enim in multa aquae copia, terrae eius modi admixtio conspicua esse potest, in singulis autem non potest? Patet enim si mare universa aqua fluminum sit, nihil a fluminibus, nisi quod salsum sit, differre: hoc vero illis in eo loco evenit, in quem collectim fluunt. 12. Aeque ridiculum est, si quis mare sudorem terrae esse dicat, seque perspicuum aliquid dixisse existimet, quemadmodum Empedocles. Qui enim ita locutus est, pro poeta fortasse satis dixit, quandoquidem translatio poëtica est figura; naturae autem cognitioni non satisfecit. 13. Neque enim hic constat, quonam modo ex dulci potu salsus sudor fiat, utrum alicuius, veluti dulcissimae partis recessu, an admixtione, ut in aquis, quae per cinerem colantur. Eadem autem causa in eo excremento videtur esse, quod in vesicam colligitur. Nam et illud salsum et amarum redditur, cum

ἐκεῖνο πικρὸν καὶ ἁλμυρὸν γίνεται τοῦ πινομένου καὶ τοῦ ἐν
14 *τῇ τροφῇ ὑγροῦ γλυκέος ὄντος.* 14. *Εἰ δὴ ὥσπερ τὸ διὰ τῆς*
κονίας ἠθούμενον ὕδωρ γίνεται πικρόν, καὶ ταῦτα τῷ μὲν οὔ-
ρῳ συγκαταφερομένης τοιαύτης τινὸς δυνάμεως οἵα καὶ φαίνε-
ται ὑφισταμένη ἐν τοῖς ἀγγείοις ἁλμυρίς, τῷ δ' ἱδρῶτι συνεκ-
κρινομένης ἐκ τῶν σαρκῶν, οἷον καταπλύνοντος τὸ τοιοῦτον
ἐκ τοῦ σώματος τοῦ ἐξιόντος ὑγροῦ, δῆλον ὅτι κἂν τῇ θα-
λάττῃ τὸ ἐκ τῆς γῆς συγκαταμιγνύμενον τῷ ὑγρῷ αἴτιον τῆς
15 *ἁλμυρότητος.* 15. *Ἐν μὲν οὖν τῷ σώματι γίνεται τὸ τοιοῦ-*
τον ἡ τῆς τροφῆς ὑπόστασις διὰ τὴν ἀπεψίαν· ἐν δὲ τῇ γῇ
16 *τίνα τρόπον ὑπῆρχε λεκτέον.* 16. *Ὅλως δὲ πῶς οἷόν τε το-*
σοῦτον ὕδατος πλῆθος ξηραινομένης καὶ θερμαινομένης ἐκκρι-
θῆναι; πολλοστὸν γὰρ δεῖ μέρος αὐτὸ τοῦ λειφθέντος εἶναι ἐν
τῇ γῇ. ἔτι δὲ διὰ τί οὐ καὶ νῦν ὅταν ξηραινομένη τύχῃ ἡ γῆ,
εἴτε πλείων εἴτε ἐλάττων, ἰδίει; ἡ γὰρ ὑγρότης καὶ ὁ ἱδρὼς
17 *γίνεται πικρός· εἴπερ γὰρ καὶ τότε, καὶ νῦν ἐχρῆν.* 17. *Οὐ*
φαίνεται δὲ τοῦτο συμβαῖνον, ἀλλὰ ξηρὰ μὲν οὖσα ὑγραίνεται,
ὑγρὰ δ' οὖσα οὐθὲν πάσχει τοιοῦτον. πῶς δ' οὖν οἷόν τε περὶ

potus et alimenti humores dulcedine praediti sint. 14. Itaque si, ut aqua, quae per cinerem colatur, ita haec amara redduntur: urina quidem, quod facultas quaedam eius generis, qualis in vasis salsugo subsidere cernitur, una cum ea defertur, sudor autem, quod simul e carnibus secernitur, humore, qui effluit, tale quiddam e corpore, veluti abluendo, extrahente: perspicuum est, id quoque, quod ex terra humori admiscetur, salsedinis marinae causam esse. 15. Sed in corpore, tale alimenti sedimentum ob cruditatem efficitur. In terra vero, quomodo insit, dicendum fuit. 10. Omnino vero, qui fieri potest, ut cum exsiccaretur et incalesceret, tanta aquae copia fuerit excreta: eius enim, quod in terra relictum est, minimam esse partem oportet. Quid deinde causae est, cur nunc quoque, cum exsiccatur terra, seu multa sit, seu pauca, non sudet? Nam si tum humor ac sudor amari reddebantur, idem nunc quoque oporteret. 17. Quod tamen accidere non cernitur: sed cum sicca est, humectatur, cum humida, re nulla eius modi afficitur.

τὴν πρώτην γένεσιν, ὑγρᾶς οὔσης τῆς γῆς, ἰδίειν ξηραινομένην;
18. Ἀλλὰ μᾶλλον εἰκός, ὥσπερ φασί τινες, ἀπελθόντος τοῦ 18
πλείστου καὶ μετεωρισθέντος τοῦ ὑγροῦ διὰ τὸν ἥλιον τὸ λει-
φθὲν εἶναι θάλατταν· ὑγρὰν δ᾽ οὖσαν ἰδίειν ἀδύνατον. 19. Τὰ 19
μὲν οὖν λεγόμενα τῆς ἁλμυρότητος αἴτια διαφεύγειν φαίνεται
τὸν λόγον, ἡμεῖς δὲ λέγωμεν ἀρχὴν λαβόντες τὴν αὐτὴν ἣν
καὶ πρότερον. 20. Ἐπεὶ γὰρ κεῖται διπλῆν εἶναι τὴν ἀναθυ- 20
μίασιν, τὴν μὲν ὑγράν, τὴν δὲ ξηράν, δῆλον, ὅτι ταύτην οἰη-
τέον ἀρχὴν εἶναι τῶν τοιούτων. καὶ δὴ καὶ περὶ οὗ ἀπορῆσαι
πρότερον ἀναγκαῖον, πότερον καὶ ἡ θάλαττα ἀεὶ διαμένει τῶν
αὐτῶν οὖσα μορίων ἀριθμῷ ἢ τῷ εἴδει καὶ τῷ ποσῷ μετα-
βαλλόντων ἀεὶ τῶν μερῶν, καθάπερ ἀὴρ καὶ τὸ πότιμον ὕδωρ
καὶ πῦρ. 21. Ἀεὶ γὰρ ἄλλο καὶ ἄλλο γίνεται τούτων ἕκαστον, 21
τὸ δ᾽ εἶδος τοῦ πλήθους ἑκάστου τούτων μένει, καθάπερ τὸ
τῶν ῥεόντων ὑδάτων καὶ τὸ τῆς φλογὸς ῥεῦμα. φανερὸν δὴ
τοῦτο καὶ πιθανόν, ὡς ἀδύνατον μὴ τὸν αὐτὸν εἶναι περὶ
πάντων τούτων λόγον, καὶ διαφέρειν ταχυτῆτι καὶ βραδυτῆτι τῆς

Quo igitur pacto in primo ortu, cum humida erat terra, exsiccatione potuit sudare? 18. Sed magis, quod aiunt quidam, verisimile est, cum plurimum humoris abscessisset et in sublime vi solis elatus fuisset, id quod remansisset, mare exstitisse. Fieri autem non potest, ut cum humida sit, sudet. 19. Quae igitur de salsedine causae afferuntur, rationem videntur effugere. Nos autem idem, quod prius, principium sumentes, disseramus. 20. Cum enim positum sit, duplicem esse exhalationem, alteram humidam, alteram siccam, constat, posteriorem eius modi principium esse existimandam. Atque etiam id, de quo prius dubitemus necesse est, utrum mare iisdem numero partibus constanter componatur, an specie et quantitate parte semper mutentur, quemadmodum aër et potabilis aqua et ignis. 21. Horum enim unumquodque aliud semper et aliud efficitur: cuiusque autem eorum quantitatis species permanet, ut aquarum fluentium et flammae fluentis. Hoc igitur constat, ac probabile est, fieri non posse, ut non eadem omnium ratio sit, mutationisque celeritate ac tarditate differant, et omnium

μεταβολῆς ἐπὶ πάντων τε καὶ φθορὰν εἶναι καὶ γένεσιν, ταύ-
22 την μέντοι τεταγμένως συμβαίνειν πᾶσιν αὐτοῖς. 22. Τούτων
δ' οὕτως ἐχόντων, πειρατέον ἀποδοῦναι τὴν αἰτίαν καὶ περὶ
τῆς ἁλμυρότητος. φανερὸν δὴ διὰ πολλῶν σημείων ὅτι γίνεται
τοιοῦτος ὁ χυμὸς διὰ σύμμιξίν τινος· ἔν τε γὰρ τοῖς σώμασι
τὸ ἀπεπτότατον ἁλμυρὸν καὶ πικρόν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴ-
πομεν· ἀπεπτότατον γὰρ τὸ περίττωμα τῆς ὑγρᾶς τροφῆς.
τοιαύτη δὲ πᾶσα μὲν ἡ ὑπόστασις, μάλιστα δὲ ἡ εἰς τὴν κύ-
23 στιν. 23. Σημεῖον δ' ὅτι λεπτοτάτη ἐστίν· τὰ δὲ πεττόμενα
πάντα συνίστασθαι πέφυκεν. ἔπειτα ἱδρὼς ἐν οἷς τὸ αὐτὸ σῶμα
συνεκκρίνεται, ὃ ποιεῖ τὸν χυμὸν τοῦτον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν
τοῖς καομένοις· οὗ γὰρ ἂν μὴ κρατήσῃ τὸ θερμόν, ἐν μὲν τοῖς
24 σώμασι γίνεται περίττωσις, ἐν δὲ τοῖς καομένοις τέφρα. 24. Διὸ
καὶ τὴν θάλατταν τινες ἐκ κατακεκαυμένης φασὶ γενέσθαι γῆς·
τὸ δ' οὕτω μὲν εἰπεῖν ἄτοπον, τὸ μέντοι ἐκ τοιαύτης ἀληθές·
ὥσπερ γὰρ καὶ ἐν τοῖς εἰρημένοις, οὕτω καὶ ἐν τῷ ὅλῳ ἔκ τε
τῶν φυομένων καὶ γινομένων κατὰ φύσιν ἀεὶ δεῖ νοεῖν, ὥσπερ

ortus sit et interitus, ita tamen, ut haec ex ordine omnibus conveniant. 22. Quae cum ita se habeant, salsedinis quoque causam reddere conemur. Multis quidem ex indiciis perspicuum est, eius modi saporem ex commixtione quadam existere: in corporibus enim, quod minime est coctum, salsum est et amarum, ut antea diximus. Humidi namque alimenti excrementum incoctum est, eiusque generis omne est sedimentum, idque potissimum quod in vesicam colligitur. 23. Quod inde agnosci potest, quia tenuissimum est, cum ea omnia, quae concoquuntur, natura sua crassescant. Post illud sudor est, in quibus idem corpus, quod hunc reddit saporem, una excernitur. Neque aliter res se habet in iis, quae aduruntur. Quod enim a calore evictum non fuerit, in corporibus quidem excrementum est, in iis autem, quae aduruntur, cinis. 24. Atque haec est causa, cur nonnulli ex adusta terra mare fieri inquiant. Quod hoc quidem modo dicere absurdum est, illud autem, ex ea quae talis est, verum. Nam, ut in his, quae dicta sunt, sic etiam in universo, ex iis quae nascuntur et natura sua gignuntur, animo

καὶ ἐκ πεπυρωμένων τὸ λειπόμενον τοιαύτην εἶναι γῆν, καὶ δὴ
καὶ τὴν ἐν τῇ ξηρᾷ ἀναθυμίασιν πᾶσαν. 25. Αὕτη γὰρ καὶ 25
παρέχεται τὸ πολὺ τοῦτο πλῆθος. μεμιγμένης δ' οὔσης, ὥσπερ
εἴπομεν, τῆς τε ἀτμιδώδους ἀναθυμιάσεως καὶ τῆς ξηρᾶς, ὅταν
συνιστῆται εἰς νέφη καὶ ὕδωρ, ἀναγκαῖον ἐμπεριλαμβάνεσθαί
τι πλῆθος ἀεὶ ταύτης τῆς δυνάμεως, καὶ συγκαταφέρεσθαι
πάλιν ἐν τοῖς ὑετοῖς, καὶ ἀεὶ ταῦτα γίνεσθαι κατά τινα τάξιν,
ὡς ἐνδέχεται μετέχειν τὰ ἐνταῦθα τάξεως. ὅθεν μὲν οὖν ἡ
γένεσις ἔνεστι τοῦ ἁλμυροῦ ἐν τῷ ὕδατι, εἴρηται. 26. Καὶ 26
διὰ τοῦτο τά τε νότια ὕδατα πλατύτερα καὶ τὰ πρῶτα τῶν
μετοπωρινῶν· ὅ τε γὰρ νότος καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ πνεύ-
ματι ἀλεεινότατος ἄνεμος, καὶ πνεῖ ἀπὸ τόπων ξηρῶν καὶ θερ-
μῶν, ὥστε μετ' ὀλίγης ἀτμίδος· διὸ καὶ θερμός ἐστιν. 27. Εἰ 27
γὰρ καὶ μὴ τοιοῦτος, ἀλλ' ὅθεν ἄρχεται πνεῖν ψυχρός, οὐδὲν
ἧττον προϊὼν διὰ τὸ συμπεριλαμβάνειν πολλὴν ἀναθυμίασιν
ξηρὰν ἐκ τῶν σύνεγγυς τόπων θερμός ἐστιν· ὁ δὲ βορέας ἅτε
ἀφ' ὑγρῶν τόπων ἀτμιδώδης, διὸ ψυχρός· τῷ δ' ἀπωθεῖν

semper concipiendum est, eius generis terram, quinimo et omnem aridae terrae exhalationem remanere, quale id est, quod ex adustis restat. 25. Ea enim hanc ingentem habituum copiam suppeditat. Quoniam autem inter se, ut diximus, vaporosa et sicca exhalatio admixtae sunt, cum in nubem et aquam concreverit, aliqua semper huius facultatis copia una comprehendantur et rursus cum pluvià deorsum feratur, necesse est, idque semper ordine quodam fieri, quoad ea, quae hic sunt, ordinem possunt participare. Unde igitur in aqua salsus sapor exsistat, dictum est. 26. Ac propterea Austrini imbres, et qui autumnalium primi sunt, salsiusculi habentur. Auster enim et magnitudine et flatu calidissimus ventus est, et a locis siccis calidisque spirat, quare cum exiguo vapore, ob eamque rem calidus est. 27. Ac quamvis talis non esset, sed unde spirare incipit, frigidus, nihilominus longius procedens calidus est, quod a propioribus locis multum siccae exhalationis corripiat. Aquilo autem, ut qui ab humidis locis spiret, vaporum plenus est, ob idque frigidus. Quod vero propellat, hic

αἴθριος ἐνταῦθα, ἐν δὲ τοῖς ἐναντίοις ὑδατώδης. ὁμοίως δὲ
28 καὶ ὁ νότος αἴθριος τοῖς περὶ τὴν Λιβύην. 28. Πολὺ οὖν ἐν
τῷ καταφερομένῳ ὕδατι συμβάλλεται τοιοῦτον, καὶ τοῦ μετο-
πώρου πλατέα τὰ ὕδατα· ἀνάγκη γὰρ τὰ βαρύτερα πρῶτα
φέρεσθαι· ὥστ᾽ ἐν ὅσοις ἔνεστι τῆς τοιαύτης γῆς πλῆθος,
29 ῥέπει τάχιστα κάτω ταῦτα. 29. Καὶ θερμή γε ἡ θάλαττα
διὰ τοῦτό ἐστιν· πάντα γὰρ ὅσα πεπύρωται, ἔχει δυνάμει θερ-
μότητα ἐν αὑτοῖς. ὁρᾶν δ᾽ ἔξεστι καὶ τὴν κονίαν καὶ τὴν τέ-
φραν καὶ τὴν ὑπόστασιν τῶν ζῴων καὶ τὴν ξηρὰν καὶ τὴν
ὑγράν· καὶ τῶν θερμοτάτων γε κατὰ τὴν κοιλίαν ζῴων συμ-
30 βαίνει θερμοτάτην εἶναι τὴν ὑπόστασιν. 30. Γίνεται μὲν οὖν
ἀεὶ πλατυτέρα διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, ἀνάγεται δ᾽ ἀεί τι μέ-
ρος αὐτῆς μετὰ τοῦ γλυκέος· ἀλλ᾽ ἔλαττον τοσούτῳ ὅσον καὶ
ἐν τῷ ὑομένῳ τὸ ἁλμυρὸν καὶ πλατὺ τοῦ γλυκέος ἔλαττον.
31 διόπερ ἰσάζει ὡς ἐπίπαν εἰπεῖν. 31. Ὅτι δὲ γίνεται ἀτμίζουσα
πότιμος καὶ οὐκ εἰς θάλατταν συγκρίνεται τὸ ἀτμίζον, ὅταν
συνιστῆται πάλιν, πεπειράμενοι λέγομεν. πάσχει δὲ καὶ τἆλλα

serenitatem affert, aquam vero in locis contrariis: similique modo Auster in Africa serenus est. 28. Quod igitur tale est, in imbre, qui deorsum fertur, multum conducit. Atque autumno salsiusculae imbrium guttae sunt. Quae enim graviora sunt, primum deferantur necesse est. Quare in quibus eius modi terrae inest copia, haec celerrime deorsum inclinant. 29. Atque hanc sane ob causam calidum mare est. Quaecunque enim adusta sunt, facultate calorem in se habent: idque videre licet in cinere, in calce et in animalium sedimento, tam humido, quam sicco. Quin etiam accidit, ut quorum animalium alvus est calidissima, eorum etiam sedimentum calidissimum habeatur. 30. Salsius igitur quidem hanc ob causam semper evadit. Eius vero aliqua pars una cum dulci semper attollitur, sed tanto minor, quanto et in pluvia, quod salsum est, a dulci exsuperatur. Quo fit ut aequalitas quaedam, ut omnino dixerim, servetur. 31. Cum vero in vaporem abit, potabile fieri, nec in maris aquam, cum rursus coiverit id, quod in vaporem abiit, concrescere, docti experientia dicimus. Hoc autem modo et

ταὐτό· καὶ γὰρ οἶνος καὶ πάντες οἱ χυμοί, ὅσοι ἂν ἀτμίσαντες
πάλιν εἰς ὑγρὸν συστῶσιν, ὕδωρ γίνονται. πάθη γὰρ τἆλλα
διά τινα σύμμιξιν τοῦ ὕδατός ἐστιν, καὶ οἷον ἄν τι ᾖ τὸ συμ-
μιχθέν, τοιοῦτον ποιεῖ τὸν χυμόν. 32. Ἀλλὰ περὶ μὲν τού- 32
των ἐν ἄλλοις καιροῖς οἰκειοτέροις ποιητέον τὴν σκέψιν. νῦν
δὲ τοσοῦτον λέγωμεν, ὅτι τῆς θαλάττης ὑπαρχούσης ἀεί τι
ἀνάγεται καὶ γίνεται πότιμον καὶ ἄνωθεν ἐν τῷ ὑομένῳ κα-
τέρχεται ἄλλο γεγενημένον, οὐ τὸ ἀναχθέν. καὶ διὰ βάρος
ὑφίσταται τῷ ποτίμῳ. 33. Καὶ διὰ τοῦτ᾽ οὔτ᾽ ἐπιλείπει, 33
ὥσπερ οἱ ποταμοί, ἀλλ᾽ ἢ τοῖς τόποις (τοῦτο δ᾽ ἐπ᾽ ἀμφοτέ-
ρων ἀνάγκη συμβαίνειν ὁμοίως), οὔτε ἀεὶ τὰ αὐτὰ μέρη δια-
μένει, οὔτε γῆς οὔτε θαλάττης, ἀλλὰ μόνον ὁ πᾶς ὄγκος.
34. Καὶ γὰρ καὶ περὶ γῆς ὁμοίως δεῖ ὑπολαβεῖν· τὸ μὲν γὰρ 34
ἀνέρχεται, τὸ δὲ πάλιν συγκαταβαίνει, καὶ τοὺς τόπους συμ-
μεταβάλλει τά τ᾽ ἐπιπολάζοντα καὶ τὰ κατιόντα πάλιν. 35. Ὅτι 35
δ᾽ ἐστὶν ἐν μίξει τινὸς τὸ ἁλμυρόν, δῆλον οὐ μόνον ἐκ τῶν
εἰρημένων, ἀλλὰ καὶ ἐάν τις ἀγγεῖον πλάσας θῇ κήρινον εἰς

caetera afficiuntur. Vinum namque et quotquot humores vaporantes rursus in humorem concrescunt, aqua efficiuntur. Caetera enim aquae affectiones sunt, quae ex quadam admixtione exsistunt, et quale id, quod admixtum est, fuerit, talem saporem gignit. 32. Sed haec tempore alio magis opportuno sunt consideranda. Nunc autem hoc tantum dicamus, cum sit mare, aliquid ex eo semper attolli et potabile reddi, quod de supero loco, in pluvia in aliud mutatum, non autem id quod sublatum est, descendit: atque ex pondere parti potabili subsidit. 33. Hancque ob causam non deficit, veluti flumina, nisi locorum ratione. Hoc autem utrisque aequaliter eveniat, necesse est, nec eaedem semper, seu maris seu terrae (etenim et de terra similiter statuendum est) partes permanent, sed universa tantum moles. 34. Quippe cum alia pars adscendat, alia rursus descendat: at locum mutant tum ea, quae conscendunt, tum quae rursus descendunt. 35. Salsedinem autem in quadam mixtione positam esse, non ex his tantum, quae dicta sunt, perspicuum est, verum etiam exinde, quod si quis cereo vase

τὴν θάλατταν, περιδήσας τὸ στόμα τοιούτοις, ὥστε μὴ παρ-
εγχεῖσθαι τῆς θαλάττης· τὸ γὰρ εἰσιὸν διὰ τῶν τοίχων τῶν
36 κηρίνων γίνεται πότιμον ὕδωρ. 36. Ὥσπερ γὰρ δι᾽ ἠθμοῦ
τὸ γεῶδες ἀποκρίνεται καὶ τὸ ποιοῦν τὴν ἁλμυρότητα διὰ τὴν
σύμμιξιν. τοῦτο γὰρ αἴτιον καὶ τοῦ βάρους (πλεῖον γὰρ ἕλκει
37 τὸ ἁλμυρόν, ἢ τὸ πότιμον) καὶ τοῦ πάχους. 37. Καὶ γὰρ τὸ
πάχος διαφέρει τοσοῦτον ὥστε τὰ πλοῖα ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τῶν
ἀγωγίμων βάρους ἐν μὲν τοῖς ποταμοῖς ὀλίγου καταδύνειν, ἐν
δὲ τῇ θαλάττῃ μετρίως ἔχειν καὶ πλευστικῶς, διόπερ ἔνιοι τῶν
ἐν τοῖς ποταμοῖς γεμιζόντων διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ἐζημιώ-
38 θησαν. 38. Τεκμήριον δὲ τοῦ μιγνυμένου τινὸς παχύτερον
εἶναι τὸν ὄγκον. ἐὰν γάρ τις ὕδωρ ἁλμυρὸν ποιήσῃ σφόδρα
μίξας ἅλας, ἐπιπλέουσι τὰ ᾠά, κἂν ᾖ πλήρη· σχεδὸν γὰρ
ὥσπερ πηλὸς γίνεται. τοσοῦτον ἔχει σωματῶδες πλῆθος ἡ
39 θάλαττα. ταὐτὸ δὲ τοῦτο δρῶσι καὶ περὶ τὰς ταριχείας. 39. Εἰ
δ᾽ ἔστιν, ὥσπερ μυθολογοῦσί τινες, ἐν Παλαιστίνῃ τοιαύτη λί-
μνη, εἰς ἣν ἐάν τις ἐμβάλλῃ συνδήσας ἄνθρωπον ἢ ὑποζύγιον
ἐπιπλεῖν καὶ οὐ καταδύεσθαι κατὰ τοῦ ὕδατος, μαρτύριον ἂν

efficto, eiusque ore talibus rebus obturato, ut maris nihil illabatur, in mare illud posuerit, id quod per cereos parietes ingreditur, aqua dulcis reddatur. 36. Quod enim terrenum est, et salsedinem ex admixtione facit, veluti colatum secernitur. Hoc vero et ponderis causa est (quae enim salsa est, plus trahit, quam quae potabilis) et crassitiei. 37. At enim tanto crassior est, ut quae navigia pari rerum, quae vehuntur, pondere fere in fluminibus demerguntur, in mari commode et ad navigandum apte se habeant. Quam ob causam nonnulli in fluminibus onusta ex hac ignoratione damnum perpessi sunt. 38. Molem autem rei alicuius admixtione crassiorem esse, hoc argumento intelligitur, quod si quis aquam sale admixto valde salsam effecerit, ova, quanquam plena, supernatabunt. Paene enim, ut lutum reddatur, tanta est in mari corpulentae materiae copia. Hoc idem faciunt et in salsugine. 39. Quod si in Palaestina, ut quidam fabulantur, eiusmodi est lacus, in quem si quis hominem, aut iumentum ligatum iniecerit, illud supernatet et in

εἴη τοῖς εἰρημένοις· λέγουσι γὰρ πικρὰν οὕτως εἶναι τὴν λί-
μνην καὶ ἁλμυρὰν ὥστε μηδένα ἰχθὺν ἐγγίνεσθαι, τὰ δ᾽ ἱμά-
τια ῥύπτειν, ἐάν τις διασείσῃ βρέξας. 40. Ἔστι δὲ καὶ τὰ 40
τοιαῦτα σημεῖα πάντα τῶν εἰρημένων, ὅτι τὸ ἁλμυρὸν ποιεῖ
σῶμά τι, καὶ γεῶδές ἐστι τὸ ἐνυπάρχον· ἔν τε γὰρ τῇ Χαονίᾳ
κρήνη τίς ἐστιν ὕδατος πλατυτέρου, ἀπορρεῖ δ᾽ αὕτη εἰς πο-
ταμὸν γλυκὺν μέν, ἰχθῦς δ᾽ οὐκ ἔχοντα. 41. Εἵλοντο γὰρ δή, 41
ὥς οἱ ἐκεῖ μυθολογοῦσιν, ἐξουσίας δοθείσης ὑπὸ τοῦ Ἡρα-
κλέους, ὅτ᾽ ἦλθεν ἄγων ἐκ τῆς Ἐρυθείας τὰς βοῦς, ἅλας ἀντὶ
τῶν ἰχθύων, οἳ γίνονται αὐτοῖς ἐκ τῆς κρήνης· τούτων γὰρ
τοῦ ὕδατος ἀφέψοντές τι μέρος τιθέασι, καὶ γίνεται ψυχθέν,
ὅταν ἀπατμίσῃ τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ θερμῷ, ἅλες οὐ χονδροὶ ἀλλὰ
χαῦνοι καὶ λεπτοὶ ὥσπερ χιών. 42. Εἰσὶ δὲ τήν τε δύναμιν 42
ἀσθενέστεροι τῶν ἄλλων καὶ πλείους ἡδύνουσιν ἐμβληθέντες,
καὶ τὴν χρόαν οὐχ ὁμοίως λευκοί· τοιοῦτον δ᾽ ἕτερον γίνεται
καὶ ἐν Ὀμβρικοῖς. 43. Ἔστι γάρ τις τόπος, ἐν ᾧ πεφύκασι 43
κάλαμος καὶ σχοῖνος· τούτων οὖν κατακάουσι, καὶ τὴν τέφραν

aqua non mergatur, eorum quae dicta sunt testimonium profecto erit. Aiunt enim lacum adeo amarum et salsum esse, ut piscis nullus in eo oriatur, vestesque extergantur, si quis eas madefactas excusserit. 40. Haec autem omnia ea, quae dicta sunt, declarant, nempe corpus aliquod salsedinem afferre, et quod inest, terreum esse. In Chaonia enim fons est quidam aquae salsioris, fluitque in vicinum fluvium, dulcem quidem, sed pisces non habentem. 41. Iam enim ab Hercule, cum vaccis ab Erythia abactis eo venisset, opinione (ut ii, qui ibi incolunt, fabulantur) tradita, pro piscibus salem, qui ex fonte iis redderetur, elegerunt. Huius enim aquae portionem aliquam cum excoxerunt, eam deponunt, quae refrigerata, cum humor una cum calore exhalatus fuerit, sal efficitur, non densus, sed rarus ac minutus, nivis instar. 42. Is et caeteris facultate imbecillior est, et copiose iniectus delectat, et calore non aeque candidus est. Aliud autem quiddam tale in Umbricis etiam fit. 43. Quidam enim locus est, in quo arundo et iuncus nascuntur. Haec igitur comburunt, ac cinerem in aqua decoquunt. Cumque

ἐμβαλόντες εἰς ὕδωρ ἀφέψουσιν· ὅταν δὲ λίπωσί τι τοῦ ὕδα-
44 τος, τοῦτο ψυχθὲν ἁλῶν γίνεται πλῆθος. 44. Ὅσα δ' ἐστὶν
ἁλμυρὰ ῥεύματα ποταμῶν ἢ κρηνῶν, τὰ πλεῖστα θερμά ποτε
εἶναι δεῖ νομίζειν, εἶτα τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπεσβέσθαι τοῦ πυρός,
δι' ἧς δὲ ἠθοῦνται γῆς, ἔτι μένειν οὖσαν οἷον κονίαν καὶ τέ-
45 φραν. 45. Εἰσὶ δὲ πολλαχοῦ κρῆναι καὶ ῥεύματα ποταμῶν
παντοδαποὺς ἔχοντα χυμούς, ὧν πάντων αἰτιατέον τὴν ἐνοῦ-
σαν ἢ ἐγγινομένην δύναμιν πυρός· καομένη γὰρ ἡ γῆ τῷ μᾶλ-
λον καὶ ἧττον παντοδαπὰς λαμβάνει μορφὰς καὶ χρόας χυ-
46 μῶν. 46. Στυπτηρίας γὰρ καὶ κονίας καὶ τῶν ἄλλων τῶν
τοιούτων γίνεται πλήρης δυνάμεων, δι' ὧν τὰ ἠθούμενα ὕδατα
ὄντα γλυκέα μεταβάλλει, καὶ τὰ μὲν ὀξέα γίνεται, καθάπερ ἐν
τῇ Σικανικῇ τῆς Σικελίας· ἐκεῖ γὰρ ὀξάλμη γίνεται, καὶ χρῶν-
47 ται καθάπερ ὄξει πρὸς ἔνια τῶν ἐδεσμάτων αὐτῷ. 47. Ἔστι
δὲ καὶ περὶ Λύγκον κρήνη τις ὕδατος ὀξέος, περὶ δὲ τὴν Σκυ-
θικὴν πικρά· τὸ δ' ἀπορρέον αὐτῆς τὸν ποταμὸν εἰς ὃν εἰσ-
βάλλει ποιεῖ πικρὸν ὅλον. αἱ δὲ διαφοραὶ τούτων ἐκεῖθεν δῆ-
λον. ποῖοι δὲ χυμοὶ ἐκ ποίων γίνονται κράσεων, εἴρηται περὶ

aliquid aquae residuum manserit, id refrigeratum in salis copiam convertitur. 44. Quicunque autem fluviorum aut fontium fluxus salsi sunt, eos magna ex parte calidos interdum fuisse censendum est, tum ignis quidem principium exstinctum fuisse, sed tamen terram, per quam colantur, veluti calcem aut cinerem remansisse. 45. Sunt autem multis in locis fontes et fluviorum fluxus saporibus omnis generis affecti, quorum omnium causa in ignis, quae iis insita est, aut ingignitur, facultatem est referenda. Cum enim terra aduritur, cum magis minusve aduratur, omnis generis colorum saporumque species adsumit. 46. Aluminis enim et calcis et aliarum huius modi facultatum plena redditur, per quas dulces aquae dum colantur, commutantur. Et aliae quaedam acidae fiunt, ut in Sicania Siciliae. Illic enim fit acida muria eaque veluti aceto ad edulia utuntur. 47. Quin et circa Lyncum aquae acidae fons est. In Scythia vero amarus, cuius aqua fluvium, in quem influit, totum amarum reddit. Quorum differentiae hinc fiunt manifestae.

αὐτῶν χωρὶς ἐν ἄλλοις. 48. *Περὶ μὲν οὖν ὑδάτων καὶ θα-* 48
*λάττης, δι' ἃς αἰτίας ἀεί τε συνεχῶς εἰσὶ καὶ πῶς μεταβάλ-
λουσι καὶ τίς ἡ φύσις αὐτῶν, ἔτι δὲ ὁπόσα πάθη κατὰ φύσιν
αὐτοῖς συμβαίνει ποιεῖν ἢ πάσχειν, εἴρηται σχεδὸν ἡμῖν περὶ
τῶν πλείστων.*

IV. *Περὶ δὲ πνευμάτων λέγωμεν, λαβόντες ἀρχὴν τὴν* 1
*εἰρημένην ἡμῖν ἤδη πρότερον. ἔστι γὰρ δύο εἴδη τῆς ἀναθυ-
μιάσεως, ὥς φαμεν, ἡ μὲν ὑγρά, ἡ δὲ ξηρά. καλεῖται δ' ἡ
μὲν ἀτμίς, ἡ δὲ τὸ ὅλον μὲν ἀνώνυμος, τῷ δ' ἐπὶ μέρους
ἀνάγκη χρωμένους καθόλου προσαγορεύειν αὐτὴν οἷον καπνόν.*
2. *Ἔστι δ' οὔτε τὸ ὑγρὸν ἄνευ τοῦ ξηροῦ οὔτε τὸ ξηρὸν ἄνευ* 2
τοῦ ὑγροῦ, ἀλλὰ πάντα ταῦτα λέγεται κατὰ τὴν ὑπεροχήν.
3. *Φερομένου δὴ τοῦ ἡλίου κύκλῳ, καὶ ὅταν μὲν πλησιάζῃ,* 3
*τῇ θερμότητι ἀνάγοντος τὸ ὑγρόν, πορρωτέρω δὲ γινομένου
διὰ τὴν ψύξιν συνισταμένης πάλιν τῆς ἀναχθείσης ἀτμίδος εἰς
ὕδωρ (διὸ χειμῶνός τε μᾶλλον γίνεται τὰ ὕδατα, καὶ νύκτωρ
ἢ μεθ' ἡμέραν· ἀλλ' οὐ δοκεῖ διὰ τὸ λανθάνειν τὰ νυκτερινὰ*

Atqui sapores, quibus ex temperamentis oriantur, seorsim alibi dictum est. 48. De aquis igitur et mari, quas ob causas perpetuo continenterque existant, et quemadmodum mutentur et quae sit eorum natura: praeterea quot iis accidat natura sua affectiones producere et pati, maxima fere ex parte a nobis dictum est.

Cap. IV. De ventis autem dicamus, eo adsumpto principio, quod iam a nobis antea propositum est. Duae enim, ut diximus, exhalationis sunt species, altera humida, altera sicca: atque illa quidem vapor dicitur, haec vero genere quidem nomine vacat, sed eo, quod ex parte est, utentes, eam quasi fumum universim necesse est nominemus. 2. Nec vero humida absque sicca est, nec sicca absque humida, sed omnia haec ex eo, quod excedit, dicuntur. 3. Cum igitur sol in orbem feratur, et quando quidem propius accedit, calore humidum attollat, quando longius recedit, vapor sublatus rursus in aquam vi refrigerationis concrescat, (quare hieme magis aquae gignuntur, et noctu magis, quam interdiu, quamvis non videatur, quod res noctur-

τῶν μεθ᾽ ἡμέραν μᾶλλον), τὸ δὴ κατιὸν ὕδωρ διαδίδοται πᾶν
4 εἰς τὴν γῆν. 4. Ὑπάρχει δ᾽ ἐν τῇ γῇ πολὺ πῦρ καὶ πολλὴ
θερμότης, καὶ ὁ ἥλιος οὐ μόνον τὸ ἐπιπολάζον τῆς γῆς ὑγρὸν
5 ἕλκει, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν αὐτὴν ξηραίνει θερμαίνων. 5. Τῆς
δ᾽ ἀναθυμιάσεως, ὥσπερ εἴρηται, διττῆς οὔσης, τῆς μὲν ἀτμι-
δώδους τῆς δὲ καπνώδους, ἀμφοτέρας ἀναγκαῖον γίνεσθαι. τού-
των δ᾽ ἡ μὲν ὑγροῦ πλέον ἔχουσα πλῆθος ἀναθυμίασις ἀρχὴ
τοῦ ὑομένου ὕδατός ἐστιν, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, ἡ δὲ ξηρὰ
6 τῶν πνευμάτων ἀρχὴ καὶ φύσις πάντων. 6. Ταῦτα δ᾽ ὅτι τοῦ-
τον τὸν τρόπον ἀναγκαῖον συμβαίνειν, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων
δῆλον· καὶ γὰρ τὴν ἀναθυμίασιν διαφέρειν ἀναγκαῖον, καὶ τὸν
ἥλιον καὶ τὴν ἐν τῇ γῇ θερμότητα ταῦτα ποιεῖν οὐ μόνον δυ-
7 νατόν, ἀλλ᾽ ἀναγκαῖόν ἐστιν. 7. Ἐπεὶ δ᾽ ἕτερον ἑκατέρας τὸ
εἶδος, φανερὸν ὅτι διαφέρει, καὶ οὐχ ἡ αὐτή ἐστιν ἥ τε τοῦ
ἀνέμου φύσις καὶ ἡ τοῦ ὑομένου ὕδατος, καθάπερ τινὲς λέ-
γουσιν· τὸν γὰρ αὐτὸν ἀέρα κινούμενον μὲν ἄνεμον εἶναι,
8 συνιστάμενον δὲ πάλιν ὕδωρ. 8. Ὁ μὲν οὖν ἀήρ, καθάπερ ἐν
τοῖς πρὸ τούτων λόγοις εἰρήκαμεν, γίνεται ἐκ τούτων· ἡ μὲν

nae magis, quam diurnae lateant), aqua igitur descendens in terram universa distribuitur. 4. Inest vero et in terra multus ignis, multusque calor, ac sol non eum solum humorem, qui in superficie terrae est, trahit, sed terram quoque calefaciendo exsiccat. 5. Cum autem duplex sit (uti diximus) exhalatio, altera, quae vaporis plena est, altera fumida, utraque fiat necesse est. Quarum exhalationum ea, quae maiorem humoris copiam tenet, aquae pluvialis, ut antea diximus, principium est: sicca autem ventorum omnium principium et natura. 6. Quae necessario hac ratione accidere, ex ipsis quoque effectis perspicuum est. Nam et exhalationem diversam esse necesse est, et solem ac eum, qui terrae inest, calorem haec efficere, non solum fieri potest, sed necessarium est: 7. Quoniam autem utriusque diversa est species, perspicuum est inter se differre utramque, nec eandem venti et pluviae esse naturam, ut nonnulli aiunt: eundem enim aërem cum moveatur, ventum esse, cum rursus concrescat, aquam. 8. Aër quidem, ut in

γὰρ ἀτμὶς ὑγρὸν καὶ ψυχρόν (εὐόριστον μὲν γὰρ ὡς ὑγρόν,
διὰ δὲ τὸ ὕδατος εἶναι ψυχρὸν τῇ οἰκείᾳ φύσει, ὥσπερ ὕδωρ
μὴ θερμανθέν), ὁ δὲ καπνὸς θερμὸν καὶ ξηρόν. ὥστε καθάπερ
ἐκ συμβόλων, συνίσταιτο ἂν ὁ ἀὴρ ὑγρὸς καὶ θερμός. 9. Καὶ 9
γὰρ ἄτοπον, εἰ ὁ περὶ ἑκάστους περικεχυμένος ἀὴρ οὗτος γίνε-
ται κινούμενος πνεῦμα, καὶ ὅθεν ἂν τύχῃ κινηθείς, ἄνεμος
ἔσται, ἀλλ' οὐ καθάπερ τοὺς ποταμοὺς ὑπολαμβάνομεν οὐχ
ὁπωσοῦν τοῦ ὕδατος εἶναι ῥέοντος, οὐδ' ἂν ἔχῃ πλῆθος, ἀλλὰ
δεῖ πηγαῖον εἶναι τὸ ῥέον, οὕτω καὶ περὶ τῶν ἀνέμων ἔχει·
κινηθείη γὰρ ἂν πολὺ πλῆθος ἀέρος ὑπό τινος μεγάλης πτώ-
σεως, οὐκ ἔχον ἀρχὴν οὐδὲ πηγήν. 10. Μαρτυρεῖ δὲ τὰ γι- 10
νόμενα τοῖς εἰρημένοις· διὰ γὰρ τὸ συνεχῶς μὲν μᾶλλον δὲ
καὶ ἧττον καὶ πλείω καὶ ἐλάττω γίνεσθαι τὴν ἀναθυμίασιν,
ἀεὶ νέφη τε καὶ πνεύμντα γίνεται κατὰ τὴν ὥραν ἑκάστην ὡς
πέφυκεν· διὰ δὲ τὸ ἐνιότε μὲν τὴν ἀτμιδώδη γίνεσθαι πολλα-
πλασίαν ὁτὲ δὲ τὴν ξηρὰν καὶ καπνώδη, ὁτὲ μὲν ἔπομβρα τὰ
ἔτη γίνεται καὶ ὑγρά, ὁτὲ δὲ ἀνεμώδη καὶ αὐχμοί. 11. Ὁτὲ 11

antegressis diximus, ex his oritur. Vapor enim humidus est et frigidus. (Nam veluti humidum facile terminatur: quia vero aqueus, suapte natura frigidus est, veluti aqua non calefacta), fumus autem calidus et siccus. Aër igitur, veluti ex compositione humidus et calidus constituitur. 9. Etenim absurdum est, eum qui cuique est circumfusus, cum movetur, flatum fieri, et undevis casu agitatus sit, ventum exsistere: minime vero censere quemadmodum amnes, non quomodocunque fluente aqua, etiam si multa, exsistunt, sed ea quae fluat fontana sit necesse est, sic etiam in ventis rem habere. Magna enim quaedam aëris copia nec principium nec fontem habens, ingenti aliquo casu moveretur. 10. Porro ea, quae dicta sunt, rerum eventis comprobantur. Quia enim continenter quidem, sed tamen magis et minus, ampliorque et minor exhalationis copia gignitur, nubes semper ac spiritus singulis tempestatibus, utpote natura fert, oriuntur. Quod autem interdum quidem ea, quae vaporis plus continet, interdum sicca et fumida uberior gignatur, pluvii et humidi anni interdum redduntur, interdum

μὲν οὖν συμβαίνει καὶ τοὺς αὐχμοὺς καὶ τὰς ἐπομβρίας πολ-
λοὺς ἅμα καὶ κατὰ πολλὴν καὶ συνεχῆ γίνεσθαι χώραν, ὁτὲ
δὲ καὶ κατὰ μέρη· πολλάκις γὰρ ἡ μὲν κύκλῳ χώρα λαμβά-
νει τοὺς ὡραίους ὄμβρους ἢ καὶ πλείους, ἐν δέ τινι μέρει ταύ-
12 της αὐχμός ἐστιν. 12. Ὁτὲ δὲ τοὐναντίον τῆς κύκλῳ πάσης
ἢ μετρίοις χρωμένης ὕδασιν ἢ καὶ μᾶλλον αὐχμώσης, ἕν τι μό-
ριον ὕδατος ἄφθονον λαμβάνει πλῆθος. αἴτιον δ' ὅτι ὡς μὲν
τὰ πολλὰ τὸ αὐτὸ πάθος ἐπὶ πλείω διήκειν εἰκὸς χώραν, διὰ
τὸ παραπλησίως κεῖσθαι πρὸς τὸν ἥλιον τὰ σύνεγγυς, ἐὰν μή-
13 τι διαφορὰν ἔχωσιν ἴδιον. 13. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίοτε κατὰ
τοδὶ μὲν τὸ μέρος ἡ ξηρὰ ἀναθυμίασις ἐγένετο πλείων, κατὰ
14 δὲ τὸ ἄλλο ἡ ἀτμιδώδης, ὁτὲ δὲ τοὐναντίον. 14. Καὶ αὐτοῦ
δὲ τούτου αἴτιον τὸ ἑκατέραν μεταπίπτειν εἰς τὴν τῆς ἐχομέ-
νης χώρας ἀναθυμίασιν, οἷον ἡ μὲν ξηρὰ κατὰ τὴν οἰκείαν
ῥεῖ χώραν, ἡ δ' ὑγρὰ πρὸς τὴν γειτνιῶσαν, ἢ καὶ εἰς τῶν
πόρρω τινὰ τόπον ἀπεώσθη ὑπὸ πνευμάτων· ὁτὲ δ' αὕτη μὲν
15 ἔμεινεν, ἡ δ' ἐναντία ταὐτὸν ἐποίησεν. 15. Καὶ συμβαίνει

flatuosi et sicci. 11. Interdum igitur evenit, ut siccitates et imbres multi simul et per magnum continentemque regionis tractum exsistant, interdum per partes. Saepe enim regio, quae circumquaque adiacet tempestivos aut etiam plures recipit imbres, cuius tamen partem aliquam siccitas occupat. 12. Quandoque vero contrarium evenit, cum tota in orbem regio aut modicis aquis utitur aut potius squalet, ut una quaedam eius pars aquae immensam copiam accipiat. Cuius rei causa est, quod eandem affectionem magna ex parte regionem longe lateque pervadere vero simile est, propterea quod vicinia loca consimilem ad solem situm obtineant, nisi quid proprium differentiae habeant. 13. Atqui interdum hac in parte sicca exhalatio multa adscendit, in alia vero vaporosa, interdum contrario modo. 14. Quin et illud huius rei causa est, quod utraque exhalatio in eam, quae cohaerentis est regionis, incidat. Veluti sicca quidem propria in regione fluit, humida vero in finitimam, aut etiam in remotiorem aliquem locum a ventis impulsa est. Aliquando autem haec quidem

τοῦτο πολλάκις, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ σώματος, ἐὰν ἡ ἄνω κοιλία
ξηρὰ ᾖ, τὴν κάτω ἐναντίως διακεῖσθαι, καὶ ταύτης ξηρᾶς οὔ-
σης ὑγρὰν εἶναι τὴν ἄνω καὶ ψυχράν, οὕτω καὶ περὶ τοὺς
τόπους ἀντιπεριίστασθαι καὶ μεταβάλλειν τὰς ἀναθυμιάσεις.
16. Ἔτι δὲ μετά τε τοὺς ὄμβρους ἄνεμος ὡς τὰ πολλὰ γίνε- 16
ται ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις καθ᾽ οὓς ἂν συμπέσῃ γίνεσθαι
τοὺς ὄμβρους, καὶ τὰ πνεύματα παύεται ὕδατος γενομένου.
17. Ταῦτα γὰρ ἀνάγκη συμβαίνειν διὰ τὰς εἰρημένας ἀρχάς· 17
ὕσαντός τε γὰρ ἡ γῆ ξηραινομένη ὑπό τε τοῦ ἐν αὐτῇ θερμοῦ
καὶ ὑπὸ τοῦ ἄνωθεν ἀναθυμιᾶται, τοῦτο δ᾽ ἦν ἀνέμου σῶμα.
Καὶ ὅταν ἡ τοιαύτη ἀπόκρισις ᾖ καὶ ἄνεμοι κατέχωσι, παυ-
ομένων διὰ τὸ ἀποκρίνεσθαι τὸ θερμὸν ἀεὶ καὶ ἀναφέρεσθαι
εἰς τὸν ἄνω τόπον συνίσταται ἡ ἀτμὶς ψυχομένη καὶ γίνεται
ὕδωρ. 18. Καὶ ὅταν εἰς ταὐτὸν συνωσθῶσι τὰ νέφη καὶ 18
ἀντιπεριστῇ εἰς αὐτὰ ἡ ψῦξις, ὕδωρ γίνεται καὶ καταψύχει
τὴν ξηρὰν ἀναθυμίασιν. παύουσί τε οὖν τὰ ὕδατα γινόμενα
τοὺς ἀνέμους καὶ παυομένων αὐτὰ γίνεται διὰ ταύτας τὰς αἰ-
τίας. 19. Ἔτι δὲ τοῦ γίνεσθαι μάλιστα πνεύματα ἀπ᾽ αὐτῆς 19

mansit, contraria vero idem efficit. 15. Atque saepius evenit, ut, quemadmodum in corpore, si venter superior siccus est, inferior contrario modo afficiatur, et, si hic siccus, superior humidus sit, ita et in locis exhalationes vicissim se circumstent et commutentur. 16. Praeterea post imbrem flatus iis in locis, in quos imbrem delabi contingit, plurimum exsistunt, iidemque superveniente aqua desinunt. 17. Haec enim ob ea, quae tradita sunt, principia eveniant necesse est. Terra namque post delapsam pluviam a calore partim interno partim superno siccitate affecta halitum reddit, qui venti est corpus. Et cum secretio eius modi exstiterit, venti etiam valent, quibus conquiescentibus, propterea quod calor semper secernitur et in superum locum conscendit, vapor refrigeratus cogitur et in aquam mutatur. 18. Ac quoties eundem in locum nubes compulsae sunt, ac frigus circumdans eas comprimit, oritur aqua, halitumque siccum refrigerat. Has igitur ob causas venti aquis exorientibus sedantur, et illis sedatis exoriuntur. 19. Quin

τε τῆς ἄρκτου καὶ μεσημβρίας τὸ αὐτὸ αἴτιον· πλεῖστοι γὰρ
20 βορέαι καὶ νότοι γίνονται τῶν ἀνέμων. 20. Ὁ γὰρ ἥλιος
τούτους μόνους οὐκ ἐπέρχεται τοὺς τόπους, ἀλλὰ πρὸς τού-
τους καὶ ἀπὸ τούτων, ἐπὶ δυσμὰς δὲ καὶ ἀνατολὰς ἀεὶ φέρε-
ται· διὸ τὰ νέφη συνίσταται ἐκ τοῖς πλαγίοις, καὶ γίνεται
προσιόντος μὲν ἡ ἀναθυμίασις τοῦ ὑγροῦ, ἀπιόντος δὲ πρὸς
21 τὸν ἐναντίον τόπον ὕδατα καὶ χειμῶνες. 21. Διὰ μὲν οὖν
τὴν φορὰν τὴν ἐπὶ τροπὰς καὶ ἀπὸ τροπῶν θέρος τε γίνεται
καὶ χειμών, καὶ ἀνάγεταί τε ἄνω τὸ ὕδωρ καὶ γίνεται πάλιν.
22 22. Ἐπεὶ δὲ πλεῖστον μὲν καταβαίνει τὸ ὕδωρ ἐν τούτοις
τοῖς τόποις, ἐφ' οὓς τρέπεται καὶ ἀφ' ὧν, οὗτοι δ' εἰσὶν ὅ τε
πρὸς ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν, ὅπου δὲ πλεῖστον ὕδωρ ἡ γῆ
δέχεται, ἐνταῦθα πλείστην ἀναγκαῖον γίνεσθαι τὴν ἀναθυμία-
σιν παραπλησίως οἷον ἐκ χλωρῶν ξύλων καπνόν (ἡ δ' ἀναθυ-
μίασις αὕτη ἄνεμός ἐστιν) εὐλόγως ἂν οὖν ἐντεῦθεν γίνοιτο
23 τὰ πλεῖστα καὶ κυριώτατα τῶν πνευμάτων. 23. Καλεῖται
δ' οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἄρκτου βορέαι, οἱ δ' ἀπὸ τῆς μεσημβρίας
νότοι. ἡ δὲ φορὰ λοξὴ αὐτῶν ἐστίν· περὶ γὰρ τὴν γῆν πνέου-

et eadem causa est, cur tum a septentrionibus, tum a meridie venti potissimum oriuntur. Aquilones enim et austri inter ventos omnes maxime excitantur. 20. Etenim sol haec loca sola non pervadit, sed ad ea pergit, et ab eisdem recedit, ad occasum vero et exortum perpetuo fertur. Quam ob causam nubes ad latera coguntur. Et accedente quidem sole, humida fit exhalatio, ad locum autem contrarium abeunte, aqua et hiems. 21. Ob motionem igitur, quae ad conversiones et a conversionibus est, aestas fit et hiems, aqua sursum educitur ac rursus generatur. 22. Quoniam autem plurimum aquae in his locis descendit, ad quae et a quibus convertitur (haec autem sunt ad septentriones et ad meridiem) et ubi aquae copiam terra excipit, ibi plurima exhalatio, non aliter atque ex viridi ligno fumus reddatur necesse est (ipsaque exhalatio ventus est), ratione sua evenit, ut plurimi maximeque principes venti inde oriantur. 23. Quorum ii, qui a septentrionibus spirant, aquilones, qui a meridie austri nominantur. Quorum motus

σιν εἰς ὀρθὸν γινομένης τῆς ἀναθυμιάσεως, ὅτι πᾶς ὁ κύκλῳ
ἀὴρ συνέπεται τῇ φορᾷ. 24. Διὸ καὶ ἀπορήσειεν ἄν τις πο- 24
τέρωθεν ἡ ἀρχὴ τῶν πνευμάτων ἐστί, πότερον ἄνωθεν ἢ κά-
τωθεν· ἡ μὲν γὰρ κίνησις ἄνωθεν καὶ πρὶν πνεῖν, ὁ δ' ἀὴρ
ἐπίδηλος, κἂν ᾖ νέφος ἢ ἀχλύς· σημαίνει γὰρ κινουμένην
πνεύματος ἀρχὴν πρὶν φανερῶς ἐληλυθέναι τὸν ἄνεμον, ὡς
ἄνωθεν αὐτῶν ἐχόντων τὴν ἀρχήν. 25. Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ὁ ἄνε- 25
μος πλῆθός τι τῆς ἐκ γῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως κινούμενον
περὶ τὴν γῆν, δῆλον ὅτι τῆς μὲν κινήσεως ἡ ἀρχὴ ἄνωθεν,
τῆς δ' ὕλης καὶ τῆς γενέσεως κάτωθεν· ᾗ μὲν γὰρ ῥευσεῖται
τὸ ἀνιόν, ἐκεῖθεν τὸ αἴτιον· ἡ γὰρ φορὰ τῶν πορρωτέρω κυ-
ρία τῆς γῆς· καὶ ἅμα κάτωθεν μὲν εἰς ὀρθὸν ἀναφέρεται,
καὶ πᾶν ἰσχύει μᾶλλον ἐγγύς, ἡ δὲ τῆς γενέσεως ἀρχὴ δῆλον
ὡς ἐκ τῆς γῆς ἐστίν. 26. Ὅτι δ' ἐκ πολλῶν ἀναθυμιάσεων 26
συνιουσῶν κατὰ μικρόν, ὥσπερ αἱ τῶν ποταμῶν πηγαὶ γίνον-
ται νοτιζούσης τῆς γῆς, δῆλον καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων· ὅθεν γὰρ
ἑκάστοτε πνέουσιν, ἐλάχιστοι πάντες εἰσί, προϊόντες δὲ καὶ

obliquus est. Quando enim exhalatio recta adscendit, circa terram spirant, quando circumfusus omnis aër conversionem consequitur. 24. Quocirca et in dubium quis revocaverit, undenam ventorum principium est e superone loco an ex infero. Motus enim e supero est, et antequam spirant, illustratus aër, etiam si nubilus, aut caliginosus fuerit. Nam priusquam ventus manifeste venit, flatus principium moveri significat, tamquam desuper habeant principium. 25. Quoniam autem ventus quaedam est exhalationis siccae e terra adscendentis copia, quae circa terram movetur, perspicuum est motionis principium e supero esse: materiae autem et generationis ex infero. Nam qua ex parte id quod adscendit fluet, inde est causa. Conversio enim iis, quae a terra longius distant, propria, ac simul ex infero loco recta effertur, cunctaque plus virium habent, cum in propinquo sunt. Ortus autem principium constat ex terra esse. 26. Multis porro exhalationibus paulatim coëuntibus eos existere, non aliter atque amnium fontes terra humorem scaturiente fiunt, re etiam ipsa perspicuum est. Unde

27 πόρρω λαμπροὶ πνέουσιν. 27. Ἔτι δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν ἄρ-
κτον ἐν τῷ χειμῶνι νήνεμα καὶ ἄπνοα, κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν
τόπον· ἀλλὰ τὸ κατὰ μικρὸν ἀποπνέον καὶ λανθάνον ἔξω
28 προϊὸν ἤδη πνεῦμα γίνεται λαμπρόν. 28. Τίς μὲν οὖν ἐστιν
ἡ τοῦ ἀνέμου φύσις καὶ πῶς γίνεται, ἔτι δ' αὐχμῶν τε πέρι
καὶ ἐπομβρίας, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν καὶ παύονται καὶ γίνον-
ται μετὰ τοὺς ὄμβρους, διὰ τί τε βορέαι καὶ νότοι πλεῖστοι
τῶν ἀνέμων εἰσίν, εἴρηται· πρὸς δὲ τούτοις καὶ περὶ τῆς
φορᾶς αὐτῶν.

1 V. Ὁ δ' ἥλιος καὶ παύει καὶ συνεξορμᾷ τὰ πνεύματα·
ἀσθενεῖς μὲν γὰρ καὶ ὀλίγας οὔσας τὰς ἀναθυμιάσεις μαραί-
νει τῷ πλείονι θερμῷ τὸ ἐν τῇ ἀναθυμιάσει ἔλαττον ὄν, καὶ
διακρίνει. ἔτι δ' αὐτὴν τὴν γῆν φθάνει ξηραίνων πρὶν γενέ-
σθαι ἔκκρισιν ἀθρόαν, ὥσπερ εἰς πολὺ πῦρ ἐὰν ὀλίγον ἐμ-
πέσῃ ὑπέκκαυμα, φθάνει πολλάκις πρὶν καπνὸν ποιῆσαι κατα-
2 καυθέν. 2. Διὰ μὲν οὖν ταύτας τὰς αἰτίας καταπαύει τε τὰ
πνεύματα καὶ ἐξ ἀρχῆς γίνεσθαι κωλύει, τῇ μὲν μαράνσει
καταπαύων, τῷ δὲ τάχει τῆς ξηρότητος γίνεσθαι κωλύων·

Priusquam ad expositionem causarum transgreditur, propter quas singula tam in supero loco quam in terrae vicinia fiant phaenomena, breviter repetit ea, quae in superioribus libris de elementorum natura tradiderat. Statim initio ἐπειδὴ exhibent codd. F. H. N. Pro ἐξ ὧν Vicomerc. coniecit ἐξ ἧς, qui dicit: „*Cum antea legeretur μία ἀρχὴ τῶν σωμάτων, ἐξ ἧς συνέστηκεν, facilis fuit relativi seu pronominis ἧς in pronomen ὧν, ut nunc legitur, lapsus, cum praesertim unus ex his locis esse potuerit, quos, libris Aristotelis tineis corrosis, male fuisse emendatos Strabo testatur.*“ At bene se habet ἐξ ὧν, quod omnes codd. praebent editique, favente etiam Bag. cum vertat: *ex quibus.* Non enim de ipso primo elemento, sed de corporibus superis in sphaeris orbe circumlatis, sole, luna et planetis sermo est. Unde etiam amplexus sum lectionem praestantissimi codicis E., qui pro ἐγκυκλίως exhibet ἐγκύκλῳ. Ald. ἐν κύκλῳ Cas. in marg. γρ. ἐν κύκλῳ. Qui enim iisdem de phaenomenis loqui Aristotelem arbitrabantur, quae I, 2 ἐγκύκλια vocaverat, idem vocabulum huic loco perperam intulere. H. praebet τέσσαρα et deinde τέσσαρας ἀρχάς. Idem cum cod. F. inverso ordine φαμὲν εἶναι. Pro τεττάρων N. habet τεσσάρων et deinde omnes codd. praeter E. πᾶσι τούτοις. In sqq. αὐτά A. Cam. Er. Cas. S. Bag. vertit *ipsa.* ἐγγύτατα recepi ex cod. E., quem secutus est Ald. κόσμος est idem, quod οὐρανός, secundum alteram illam vocabuli significationem, quam Aristoteles in loco supra nobis laudato (*de coelo* I, 9 med.) proponit; est enim quicquid extra terram excepta supera illa sphaera in mundo reperitur. Secundum *Plac. philos.* apud Plutarchum II, 1. Diogen. Laërt. VIII, 48. p. 525 (ed. Meibom.) *Anon.* in *vit. Pythag.* apud Phot. *Cod.* 249. p. 1316 (ed. Hoeschel), Pythagoras hoc vocabulo primus usus est propter stellati caeli magnificentiam ordinemque motuum, qui in eo observatur. At Aristotelis tempore in scholis tantum philosophorum frequentabatur vocabulum illud, cum Xenoph. *Memorab. Socr.* I, 4 dicat: ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος. Infinitum esse hunc κόσμον negavit mathematicis

rationibus usus Aristoteles, docuerunt inter alios Heraclides Ponticus et Seleucus (Stob. *Eclog. phys.* c. 22. p. 440). Alii discrimen statuebant inter *κόσμον* et *τὸ πᾶν*, illum finitum, hoc infinitum arbitrantes, inter quos fuit Diogenes Apolloniates cfr. Plut. l. l. Adde Balfour ad Cleomed. *Meteor.* I, 1. p. 252 sqq. ed. Bake. — Pro ὅλος E. habet ὅλην. — Pro *περὶ ὃν* quod exhibet Bekkerus cod. E. secutus, et iure quidem, cum *περὶ ὃν τὰ συμβαίνοντα* sint ὅσα *συμβαίνει ..... περὶ τὸν γειτνιῶντα μάλιστα τόπον τῇ φορᾷ τῶν ἄστρων*, quemadmodum supra dixerat, codd. F. H. N. exhibent *περὶ οὗ*, quod etiam Bag. legit, cum vertat: *de quo*, et cod. Morelli apud S. probavitque G. *περὶ ὧν* praebent Ald. Er. Vicomerc. Quam nos cum Bekkero recepimus lectionem habent Camot. P. Cas. qui in margine utramque lectionis varietatem enotavit, et in suis Mss. reperiere Olymp. cum dicat: *καὶ γὰρ τὰ οὐράνια σώματα ἅπερ ἐκ τοῦ πέμπτου στοιχείου γεγόνασι, μέρος εἰσὶ τοῦ κόσμου, περὶ ὃν τὰ συμβαίνοντα πάθη φαμὲν εἶναι ληπτέον, περὶ ὅ φησι τοῦ αὐτοῦ κόσμου. περὶ γὰρ τοῦτον συμβαίνουσι τὰ μέλλοντα λέγεσθαι πᾶσιν*, Philopon. fol. 78, b: *περὶ αὐτὸν δὲ λέγει τὸν περὶ τὴν γῆν κόσμον, τουτέστι τὸν ὑπὸ σελήνην, ἐν ᾧ πᾶσα γένεσις καὶ φθορά*, Alex. cuius similia sunt verba.

2. *ἐξ ἀνάγκης συνεχής* dixit, cum nullum sit vacuum in mundo. (*Phys. Auscult.* IV, 6—9) cfr. Schneider *Eclog. phys.* Tom. II. p. 115 et quae ipse monui *Meteorol. vet.* p. 18. not. 16. Quomodo corpus quoddam cum alio contiguum esse queat, ut inter utrumque *ἁφή* intercedat, docet Arist. *de generat. et interitu* I, 6. p. 323, a sq. ubi dicit: *φανερόν, ὅτι ταῦτα ἅπτεσθαι πέφυκεν ἀλλήλων, ὧν διῃρημένων μεγεθῶν ἅμα τὰ ἔσχατά ἐστιν, ὄντων κινητικῶν καὶ κινητῶν ὑπ' ἀλλήλων.* At cum ignis et caelum non sint eius modi, ut vicissim agant et patiantur, ut bene monet Vicomercatus, ad definitionem *συνεχείας* refugiamus necesse est, quam proposuit *Phys. Ausc.* V, 3. p. 226, b (quo in loco van Capellen ad Arist. *Quaest. mechan.* p. 203 pro *ἐφεξῆς δὲ οὗ μετὰ τὴν ἀρχὴν μόνον* .... scribendum censet *μόνου*). Adscribimus haec verba:

ἅπτεσθαι λέγεται, ὧν τὰ ἄκρα ἅμα — λέγω δ' εἶναι συνεχές, ὅταν ταὐτὸ γένηται καὶ ἓν τὸ ἑκατέρου πέρας οἷς ἅπτονται καὶ ὥσπερ σημαίνει τοὔνομα, συνέχηται. cfr. *Phys. Auscult.* VI, 1. p. 231, a, ubi discrimen illud diserte exponitur hisce verbis: *συνεχῆ μέν, ὧν τὰ ἔσχατα ἕν, ἁπτόμενα δ' ὧν ἅμα, ἐφεξῆς δ', ὧν μηδὲν μεταξὺ συγγενές.* Contiguus igitur ita est mundus extremae caeli parti, *ut*, quemadmodum bene exponit Vicomercatus, *nihil inter utrumque medium sit, seu corpus, seu spatium corpore vacuum.* Causam autem, cur continuus necesse sit mundus supremo coelo mox addit in verbis *ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν κυβερνᾶσθαι ἐκεῖθεν.* Ut enim ipsius Aristotelis verbis utamur *Phys. auscult.* V, 4. p. 228, a: *ἐπεὶ συνεχὴς πᾶσα κίνησις, τήν τε ἁπλῶς μίαν ἀνάγκη καὶ συνεχῆ εἶναι εἴπερ πᾶσα διαιρετή, καὶ εἰ συνεχής, μία.* Caeterum cave, ne cum Vicomercato in hisce principium agnoscas astrologiae, quale a posterioribus propositum est, hoc: *ut omnes omnis materiei affectiones a superiorum motuum ordine pendeant.* Vereor enim, ne procul abfuerit Aristoteles, ut tantam hisce verbis vim inesse arbitratus sit, et magis etiam vereor, ne quae in hanc sententiam disseruit Ptolemaeus (*Tetrabibl.* I, 2) ipse unquam subscripserit. Pro *ἄνω* E. habet *ἄνωθεν.* — Deinde post *αἰτίαν* H. N. addunt *εἶναι. τῆς κινήσεως* referas ad *τέλος*, quod patet ex loco *Phys. Auscult.* IV, 4. p. 211, a ubi haec leguntur: *καὶ τὸν οὐρανὸν μάλιστ' οἰόμεθα ἐν τόπῳ, ὅτι ἀεὶ ἐν κινήσει.* Non abs re mihi videtur afferre definitionem loci, quam proposuit Aristoteles: *τόπος ἐστὶ τὸ τοῦ περιέχοντος πέρας.* cfr. *de coelo* IV, 3. p. 310, b. E. omittit *πάντα* post *σώματα*; inverso ordine *πάντα δὲ τὰ σώματα ταῦτα* A. Cam. Er. Vulgatum ordinem tuetur etiam Bag. Mox cod. F. *πεπερασμένοις τόποις διέστηκεν.* Ad verba *περὶ αὐτόν* ex antegressis supplendum est *ὁ περὶ τὴν γῆν κόσμος,* suppresso *ὅλος*: loquitur enim de parte mundi, terrae vicina, quem *τὸν περὶ μέσῳ τόπον* vocat (*de generat. et interit.* II, 9. p. 335, a), *ἐν ᾧ ἡ γένεσις τυγχάνει οὖσα.* Unde male Vicomerc. *περὶ αὐτῶν* scribendum esse censuit et ita legit G. qui tamen minime damnavit nostrum *περὶ αὐτόν.* Eorum igitur, quae hoc

in loco accidunt, duplicem esse causam statuit. Priorem quidem materiam (*ὕλην*), quam definit esse: *τὸ ὑποκείμενον καὶ πάσχον.* Quod ad hanc definitionem attinet, alio in loco *Metaphys.* VII, 1. p. 1042, a distinguit inter *τὴν οὐσίαν* (substantiam) et *τὴν ὕλην* (materiam) hoc modo: *ἐστὶ δ' ἡ οὐσία τὸ ὑποκείμενον, ἄλλως μὲν ἡ ὕλη (ὕλην δὲ λέγω, ἣ μὴ τόδε τι οὖσα ἐνεργείᾳ, δυνάμει ἐστὶ τόδε τι), ἄλλως δ' ὁ λόγος καὶ ἡ μορφή, ὃ τόδε τι ὂν τῷ λόγῳ χωριστόν ἐστιν.* Addatur locus classicus *Phys.* I, 9. p. 192, a, ex quo haec adscribo verba: *λέγω γὰρ ὕλην τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἑκάστῳ, ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος μὴ κατὰ συμβεβηκός.* Cfr. Trendelenburg ad *Aristotel. de anima* II, 1, 2 p. 323 sq. Omnis autem materia ex quatuor illis, quae supra recensuit, elementis constat (*ἅπαντα τὰ μικτὰ σώματα, ὅσα περὶ τὸν τοῦ μέσου τόπον ἐστίν, ἐξ ἁπάντων σύγκειται τῶν ἁπλῶν. de gener. et interit.* II, 8. p. 334, b). Itaque prior causa ad quatuor elementa revocatur, quorum ignis aëri confinis est, aqua terrae. Ignis enim et aër uterque calidi sunt, et ille quidem calidus et siccus, hic calidus et humidus: frigidae sunt aqua et terra, illa etiam humida, haec sicca (cfr. l. l. II, 4. p. 331, a). Cum vero *τῆς ὕλης τὸ πάσχειν ἐστὶ καὶ τὸ κινεῖσθαι, τὸ δὲ κινεῖν καὶ ποιεῖν ἑτέρας δυνάμεως,* ut ipsius Aristotelis verbis utar (*de gener. et interit.* II, 9. p. 335, b), vis illa erat quaerenda, quae motum provocare valeret, eamque nullam aliam esse docet, quam *τὴν τῶν ἀεὶ κινουμένων δύναμιν.* Ad postrema verba explicanda apprime faciunt verba Aristotelis (*de gener. et interit.* II, 10. p. 336, a): *ἐπεὶ ὑπόκειται καὶ δέδεικται συνεχὴς οὖσα τοῖς πράγμασι καὶ γένεσις καὶ φθορά, φάμεν δ' αἰτίαν εἶναι τὴν φορὰν τοῦ γίνεσθαι, φανερὸν ὅτι μιᾶς μὲν οὔσης τῆς φορᾶς οὐκ ἐνδέχεται γίνεσθαι ἄμφω διὰ τὸ ἐναντία εἶναι* .... usque ad p. 337, b *πολλάκις ἐπελθεῖν φθείρει.* Patet igitur ex hisce omnibus Aristotelis argumentationem esse hanc:

1) Quatuor sunt elementa, ignis, aër, aqua, terra. (*de caelo* III, 5. p. 304, a). De elementorum natura secundum Aristotelem apte disseruerunt, Sprengel *Pragmat. Gesch. der Arzneikunde* ed. I. Tom. I. p. 339 sq. Vater *Vindic. theolog. Aristotel.* p. 8 sqq.

2) Totidem sunt principia (*ἀρχαί*): calidum, frigidum, siccum, humidum (*de generat. et interit.* II, 2. p. 329, b).

3) Haec principia, quando bina copulantur, sex diversis modis coniungi possunt (*τῶν τεττάρων ἓξ αἱ συζεύξεις εἰσί*); at cum contraria eidem corpori inesse nequeant, quatuor tantum principiorum copulationes re vera fieri posse patet (*τὰ δ' ἐναντία οὐ πέφυκε συνδυάζεσθαι. θερμὸν γὰρ καὶ ψυχρὸν εἶναι τὸ αὐτὸ καὶ πάλιν ξηρὸν καὶ ὑγρὸν ἀδύνατον. de generat. et interit.* II, 3. p. 330, a).

4) Unumquodque quatuor elementorum binis istis principiis tanquam qualitatibus gaudet, et aliud quidem aliis, unde intelligitur, quid sibi velint verba *τέτταρα σώματα διὰ τὰς τέτταρας ἀρχάς*.

5) Levis est ignis semperque sursum fertur (*κίνησιν ἔχει ἀπὸ τοῦ μέσου*), terra gravis semperque imum locum occupat et deorsum rapitur (*κίνησιν ἔχει ἐπὶ τὸ μέσον*). Etiam aër et aqua levitatem et pondus habent (unde patet sensus verborum: *δύο δ' ἃ πρὸς αὐτὰ τούτοις ἀνάλογον ἔχει* et q. s.), atque aqua quidem universis, terra excepta substat: aër autem super omnia eminet, igne excepto. *de caelo* IV, 5. p. 312, a.

6) Ex hisce elementis compositus est mundus (*ὁ κόσμος*).

7) Mundus connexus est cum suprema illa sphaera, qua fixae stellae residunt, omnis motus prima causa et principio.

8) Cum vero indesinenter ista sphaera (*πρῶτον στοιχεῖον*) feratur, neque unquam ullo in loco remaneat, cum deinde quatuor illa elementa certa locorum distantia aliud ab alio absint atque, ubi iustum locum occupaverint, placida remanere possint, patet duplicem causam eorum, quae in mundo accidant, esse proponendam:

a) alteram: *ὡς ἐν ὕλης εἴδει τῶν γινομένων*, elementa

b) alteram: *ὡς ὅθεν ἡ κινήσεως φορά*, quam esse ait *τὴν τῶν ἀεὶ κινουμένων δύναμιν*.

Denique *αἴτιον ὅθεν* omisso *ὡς* praebent codd. F. H. N.

Cap. III.

Pergit in repetitione eorum, quae in superioribus libris exposuerat. — Omnes codd. praeter F. praebent *εἰρημένους* et ita etiam editi omnes, quos secutus est Bekkerus. Nos recepimus lectionem cod. F. *ὡρισμένους*. Ut enim recte dicitur *ὁρίζειν διορισμούς* (ut infra I, 5, 1 *χρωματίζεσθαι χροάς* cfr. Matth. *Gr. gr.* §. 408), eodem iure *διορισμοί* vocari possunt *ὡρισμένοι*. Proxime accedunt *ὁδὸς ὁδοποιουμένη* apud. Xen. *Anab.* V, 3, 1 et similia plurima. Non enim opus est morari in exemplis afferendis. Vulgata lectio explicationem sapit. — *συγγενῆ ὄντα* inverso ordine H. N. Deinde *φαμὲν δὴ* F. H. N. *καὶ ἀέρα* omittit cod. E. Idem habet *γενέσθαι*. De mutuo elementorum ex altero in alterum transitu uberrime disseruit Aristoteles *de generat. et interit.* II, 4. p. 331, a et b. Ad verbum *δυνάμει* supple *ἐναντιώσεως*, quod patet ex verbis: *ὅτι μὲν οὖν ἅπαντα πέφυκεν εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν, φανερόν. ἡ γὰρ γένεσις εἰς ἐναντία καὶ ἐξ ἐναντίων* (sat erat dixisse aut *ἡ γὰρ γένεσις εἰς ἐναντία* sive *ἡ γ. γ. ἐξ ἐναντίων*: at talia adamaverunt cum poëtae tum philosophi. Ita Plato *Phaedr.* p. 246, b de Deorum equis ait: *ἀγαθοὶ καὶ ἐξ ἀγαθῶν*, quod illo sane loco insolentissimum, ubi vid. Heindorf. et Ast. Idem in fragmento apud Suidam v. *Ἀρίστιππος* et apud Sext. Empiric. *Pyrrhonic. Hypot.* III, 204 servato ait: *ἀρσὴν πεφυκὼς καὶ γένους ἐξ ἄρσενος*. De poëtis cfr. Neue ad Soph. *Electr.* 589), *τὰ δὲ στοιχεῖα πάντα ἔχει ἐναντίωσιν πρὸς ἄλληλα διὰ τὸ τὰς διαφορὰς ἐναντίας εἶναι. de generat. et interit.* l. l. Pro *ταὐτόν* A. P. Er. S. Cas. *τὸ αὐτό*. — Ad *ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων* supple *τῶν μικτῶν σωμάτων*, quorum de transitu alterius in alterum cfr. quae disseruit Aristoteles *de generat. et interit.* II, 10. p. 336, b. 337, a. — *εἰς ὃ καὶ ἀναλύονται ἔσχατον* Sylb. Cas. *δὴ* pro *καὶ* Cam. cum codd. F. H. N. — *ἀναλύονται* sc. *τὰ ἄλλα*. Pluralis verbi cum substantivis neutris eiusdem numeri crebrius apud Aristotelem copulatur, quam ut hoc loquendi genus a librariis profectum esse statuamus. Exemplorum copiam suppeditavit Zell ad Ar. *Ethic. Nicom.* Tom. II. p. 4. VI, 4. p. 209. Idem de Platone

observavit Ast. *ad legg.* I, 7. p. 46. Falsus itaque est Heindorf ad Platon. *Cratyl.* p. 137, cum istos locos corrigere vellet, multitudine eorum sane admonendus, id se iniuria sine codicum auctoritate facturum. Addimus Bornemann ad Xen. *Symp.* IV, 39. *Anabas.* I, 7, 17.

2. Argumentationis series idcirco paulo obscurior est, quia Aristoteles membra enuntiationis plura omisit. Cum enim cap. II dixisset, *τὸ πᾶσιν ἐπιπολάζον εἶναι πῦρ, τὸ δ' ὑφιστάμενον γῆν*, deinde vero minus diserte addidisset, duo reliqua elementa esse, *ἃ πρὸς αὑτὰ τούτοις ἀνάλογον ἔχει*, aquam et aërem, iam in hoc capite locorum, quae a singulis elementis obtinentur, fines accuratius exponere instituit. Ac primum quidem de aëre dubitari posse ait, quali ordine reliqua excipiat elementa et quem in mundo locum occupet, et facillimam quidem esse eam opinionem, ex qua totum inter terram et ignem, qui extremas tantum regiones occupet, locum impleat. Minus tamen hoc probabile esse idcirco, quia nimia sit mundi magnitudo respectu terrae, et aqua in ipsa tantum terrae superficie reperiatur, a qua divelli nequeat. Verba igitur: *ὁ μὲν γὰρ τῆς γῆς ὄγκος ..... κατὰ βάθους ἄδηλον ἡμῖν ἐστίν* parenthesin efficiunt, et verba: *τὸ δὲ δὴ μεταξὺ τῆς γῆς τε καὶ τῶν ἐσχάτων ἄστρων πότερον ἕν τι νομιστέον εἶναι σῶμα τὴν φύσιν ἢ πλείω, κἂν εἰ πλείω, πόσα καὶ μέχρι ποῦ διώρισται τοῖς τόποις* absolvunt quaestionem, inceptam hisce verbis: *πρῶτον μὲν οὖν ἀπορήσειεν ἄν τις ..... τὰ λεγόμενα στοιχεῖα τῶν σωμάτων.* Olympiodorus Aldi exhibet *πρῶτον μὲν οὖν ἀπορήσειεν ἄρα δικαίως*, nescio an memoriae lapsu. — *πῶς ἔχει τῇ τάξει* codd. F. H. N. et A. Cam. P. S. Cas. Er. Editiones, quas commemoravi, praebent *τἄλλα* et ita ubique. *πῶς ἔχει τάξιν πρὸς τὰ ἄλλα* legit Olympiodorus. — Deinde *γὰρ* om. P. Cas. *γὰρ δὴ* exhibent F. H. N. Quid sit *ὄγκος* exponitur *Phys. Auscult.* IV, 8. — *ἂν εἴη* omisso *τις* habet F. — *ἤδη* pro *ἤδη* aperto mendo P.— *διὰ τῶν ἀστρολογικῶν θεωρημάτων ..... ἐλάττων ἐστίν.* cfr. *de caelo* II, 14. p. 297, a sqq. imprimis verba (p. 298, a) haec: *καὶ τῶν μαθηματικῶν ὅσοι τὸ μέγεθος ἀναλογίζεσθαι πειρῶνται τῆς περιφερείας εἰς τετ-*

ταράκοντα λέγουσιν εἶναι μυριάδας σταδίων. ἐξ ὧν τεκμαιρομένοις οὐ μόνον σφαιροειδῆ τὸν ὄγκον ἀναγκαῖον εἶναι τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ μὴ μέγαν πρὸς τὸ τῶν ἄλλων ἄστρων μέγεθος. Paullo infra §. 7 ait: *οὐδὲν γὰρ ὡς εἰπεῖν μόριον ὁ τῆς γῆς ἐστιν ὄγκος, ἐν ᾧ συνείληπται πᾶν καὶ τὸ τοῦ ὕδατος πλῆθος, πρὸς τὸ περιέχον μέγεθος.* I, 13: *ὁ δὲ τῆς γῆς ὄγκος καὶ τὸ μέγεθος οὐθέν ἐστι δή που πρὸς τὸν ὅλον οὐρανόν.* Sole minorem esse terram ait: *de anima* III, 3. p. 428, b: *φαίνεται μὲν οὖν ὁ ἥλιος ποδιαῖος, πεπίστευται δ' εἶναι μείζων τῆς οἰκουμένης.* Qua de re veteres sibi non constabant. Ante Aristotelem Anaxagoras contendebat Solem esse Peloponneso maiorem (Diogen. Laërt. II, 8. p. 84), alii deinde post Aristotelem, praesertim Stoici mathematicis rationibus usi, certius aliquid de Solis magnitudine determinare conabantur, inter quos excelluit Posidonius (Fragm. ed. Bake. Lugd. Batav. 1810. 8. p. 67 sqq.). At Epicurus veterem anilemque retractavit fabellam, cum pedalem esse solem existimaret, certe tantum, quantus videretur, vel paulo maiorem minoremve (Plutarch. *Plac. Phil.* II, 21, quod caput integrum in hoc argumento versatur. Cicer. *Quaest. Academ.* IV, 26. *de fin. bon. et mal.* I, 6. Cleomed. *Meteor.* II. p. 425 sqq. Lucret. V, 565 sq. Senec. *Quaest. nat.* I, 3, 11). Heraclitus, abs quo plurima deprompsit Epicurus, cum solis diametrum *ποδιαίαν* esse contenderet (Schleiermacher in *Mus. der Alterthumswissenschaft.* I. p. 394), a sua certe de sole sententia non discessit, de qua infra ad II, 2 disseremus. Unde sua hauserit Cicero, cum dicat (loco priore): *Solem mathematici amplius duodeviginti partibus confirmant maiorem esse quam terram*, mihi non liquet. Wyttenbachius ad Posidon. *doctr. relig.* ed. Bake p. 275 censet, petitam esse sententiam ex antiquissimis Arati interpretibus, ubi hodie etiam similia reperiuntur, veluti in Schol. ad *Phaenom.* 541 (Tom. I. p. 125 ed. Buhle): *ὁ ἥλιος παρὰ τοῖς μαθηματικοῖς ἐπιστεύθη τῆς γῆς ὀκτωκαιδεκαπλασίων ὤν· καὶ ἡ πᾶσα γῆ τοῦ μεγέθους αὐτοῦ ὀκτωκαιδέκατόν ἐστιν.* Achill. Tat. *Isagog.* in Arat. *Phaenom.* c. 20. p. 82: *μέγεθος ἡλίου μεῖ-*

ζον γῆς φασι, καὶ οἱ μὲν ποδιαῖον, οἱ δὲ ὀκταπλάσιον, οἱ δὲ ἐννεακαιδεκαπλάσιον. — Quam exigua sit terrae magnitudo, totius respectu caeli, docuit olim Aristarchus Samius, qui eandem rationem inter utramque intercedere dixit, quam inter centrum et superficiem sphaerae, quod, cum nullam centrum tamquam punctum habere queat magnitudinem, nullo alio modo interpretandum est, quam infinitam esse magnitudinem caeli cum magnitudine orbitae terrestris comparatam. Qua de sententia Archimedes haec habet (*Arenar.* p. 5) verba, quae eo lubentius affero, cum ex iisdem pateat, Aristarchum revolutionem terrae annuam circa solem immobilem statuisse: *ὑποτίθεται γὰρ τὰ μὲν ἀπλανῆ τῶν ἄστρων καὶ τὸν ἅλιον μένειν ἀκίνητον· τὰν δὲ γᾶν περιφέρεσθαι περὶ τὸν ἅλιον κατὰ κύκλου περιφέρειαν, ὅς ἐστιν ἐν μέσῳ τῷ δρόμῳ κείμενος· τὰν δὲ τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν, περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον τῷ ἁλίῳ κειμέναν, τῷ μεγέθει ταλικαύταν εἶμεν, ὥστε τὸν κύκλον, καθ᾽ ὃν τὰν γᾶν ὑποτίθεται περιφέρεσθαι, τοιαύταν ἔχειν ἀναλογίαν ποτὶ τὰν τῶν ἀπλανῶν ἀποστασίαν, οἵαν ἔχει τὸ κέντρον τᾶς σφαίρας ποτὶ τὰν ἐπιφάνειαν.* Rhetorico ornatu incedit Seneca, cum prooem. ad libr. I. Quaest. nat. dicat: *Hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro et igni dividitur. O quam ridiculi sunt mortalium termini.* et q. s. Plinius *Hist. nat.* II, 68 ait: *Hae tot portiones terrae, immo vero, ut plures tradidere, mundi punctus, neque enim est aliud terra in universo* . . . . . — *συνεστηκυῖα φύσις*, *concretior natura*, cum maiorem habeat densitatem aqua, quam aër. De densitate enim hic illic *συνεστηκέναι* usurpatur, veluti apud Theophrastum *Histor. plantar.* IX, 2, 2. p. 284 ed. Schneider, ubi de resina dicitur: *βελτίστη ἡ τερμινθίνη· καὶ γὰρ συνεστηκυῖα καὶ εὐωδεστάτη καὶ κουφοτάτη τῇ ὀσμῇ, ἀλλ᾽ ὀλίγη.* Inde Polybius (III, 55, 4) nivem vocat *συνεστηκυῖαν*, quae ex liquido in rigidum statum conversa et concreta sit. *ἀφωρισμένη φύσις* autem tribuitur aquae eadem significatione, qua nunc dicere solemus, aquam vi expansiva gaudere nulla, ita ut quemcunque in locum deposita sit, eum obtineat, neque maiorem occupare conetur, quemadmodum aër. — *οὐδ᾽ ὁρῶμεν*

sc. *κεχωρισμένην εἶναι:* ad verba *οὔτ' ἐνδέχεται* supplendus infinitivus *ὁρᾶν*. — Deinde *εἶναι* omittunt A. S. uncis seclusit P. et qui hunc apprime sequi solet Cas. *οἷόν τε τῶν φανερῶν* ex cod. E. recepi. Aequalis enim generis sunt ea, quae post Buttmann. ad Plat. *Menon.* p. 68. Elmsleium ad Eurip. *Heraclid.* 622. composuit Bornemann ad Xen. *Symp.* III, 1. *Anabas.* III, 4, 16, veluti Platon. *Phaed.* §. 98: *τά τε κατὰ τὴν γυμναστικὴν καὶ τὴν ἰατρικήν*. Reliqui omnes *οἷον τῶν τε φανερῶν*. — De *κἂν εἰ*, sequente indicativo aut optativo (Stallbaum ad Plat. *Phileb.* p. 193) cfr. Coray ad Heliodor. Tom. II. p. 285. Heindorf. ad Platon. *Sophist.* 69. p. 247 D. Buttmann ad Demosthen. *Mid.* 15 a. Saepissime hisce particulis utitur Aristoteles. *κἂν εἴ τι βάθος* omisso *κατά* A. Er. — *ἡμῖν ἐστιν ἄδηλον* inverso verborum ordine H. N. Denique *διόρισται* P. aperto vitio.

3. *καὶ περὶ τοῦ πρώτου στοιχείου* praebent codices H. N. Iidem cum codic. E, quem ut solent secuti sunt Aldus, Er. *καὶ διότι πᾶς* pro *καὶ ὅτι πᾶς*.

4. *πάλαι ἂν εἴληφε τὴν προσηγορίαν* habet Philoponus Aldi fol. 79, a et mox *ὃν Ἀναξαγόρας* ad aethera relatum. Perperam: eiusmodi enim constructio frequentissima in comparationibus. Ita infra I, 4: *ταχύτης ὁμοία οὖσα τοῖς ὑφ' ἡμῶν ῥιπτουμένοις* pro *τῇ τῶν ὑφ' ἡμῶν ῥιπτουμένων ταχύτητι*. II, 2, 10: *ἡ τοῦ ἡλίου ἀναγωγὴ τοῦ ὑγροῦ ὁμοία τοῖς θερμαινομένοις ὕδασίν ἐστιν ὑπὸ πυρός*. Iam apud Homerum *Il.* α' 163: *οὐ μέν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας*. ρ' 51: *κόμαι Χαρίτεσσιν ὅμοιαι*. Eurip. *Cycl.* 352: *Κρείσσονας Ἰλίου πόνους*. cfr. Schaefer ad Dionys. Halicarnass. *de compos. verb.* p. 170. *Meletem.* p. 57 sq. 134. ad Schol. *Par.* Apollon. Rhod. II, 477. p. 164. Boeckh ad Pind. *Olymp.* I, 6: *μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα φέρτερον αὐδάσομεν*. Krüger ad Dionys. Halicarn. *Ep. ad Cn. Pompei.* I, 10: *ἀλλὰ καὶ κράτιστον τῶν τότε ῥητόρων ἕτερον αὐτὸς ἐν τῷ Φαίδρῳ συνετάξατο λόγον* et quos laudat Walz ad *Rhetor. graec.* Vol. I. p. 65 sq. Adde Schaefer ad Plin. *Epp.* p. 40. — Caeterum latius hoc breviter loquendi genus patet,

non solum in comparationibus usitatum. Ita enim Cicero, cum dicat (*de divinat.* I, 25): *Xenophon Socraticus — in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est, sua scribit somnia.* Non enim in militia, sed in descriptione militiae seu expeditionis somnia sua exposuit. *παλαιὰν προσηγορίαν* spectat ad Homerum *Il.* ξ', 287. ρ', 424 sq. quem utrumque locum in hanc sententiam laudavit Stobaeus *Ecl. phys.* I. p. 492. Post ἦν codd. F. H. N. addunt *καί*. Tangit et refellere conatur in iis, quae sequuntur Anaxagorae sententiam, qui superiores regiones igne repletas esse censuit eamque materiem aethera vocavit ab *αἴθειν* vocabulo. In nomine tantum adsentit Aristoteles Anaxagorae, in re Platoni (*Cratylo* §. 58 p. 410, b): *τὸν δὲ αἰθέρα τῇ δέ πῃ ὑπολαμβάνω· ὅτι ἀεὶ θεῖ περὶ τὸν ἀέρα ῥέων, ἀειθεὴρ δικαίως ἂν καλοῖτο.* Cfr. auctor. libri *de mundo* cap. 2. *οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων οὐσίαν μὲν αἰθέρα καλοῦμεν, οὐχ ὥς τινες, διὰ τὸ πυρώδη οὖσαν αἴθεσθαι, πλημμελοῦντες περὶ τὴν πλεῖστον πυρὸς ἀπηλλαγμένην δύναμιν· ἀλλὰ διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορουμένην, στοιχεῖον οὖσαν ἕτερον τῶν τεσσάρων, ἀκήρατόν τε καὶ θεῖον,* quae omnia ex nostro loco hausta sunt, qua de re perperam iudicavit Meiners *Histor. doctrin. de vero Deo* p. 454. Ex illo libro sua transtulit Apuleius p. 57, 29 ed. Elmenhorst.: *Aetheris appellatione coelum ipsum, stellaeque et omnis siderea compago intelligitur, non ut quidam putant, quod igneus sit et incensus, sed quod cursibus rapidis semper rotetur.* Cicero (*de nat. deor.* II, 15. cfr. II, 36, 40), cum dicat: „*Ardor coeli, qui aether vel coelum nominatur*" a partibus veterum stetit. Addenda sunt verba libri Hippocratici *de carnib.* Sect. III. p. 249, 2 sq. ed. Foës.: *Δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν θερμόν, ἀθάνατόν τε εἶναι καὶ νοεῖν πάντα καὶ ὁρῆν καὶ ἀκούειν. τοῦτο οὖν τὸ πλεῖστον, ὅτε ἐταράχθη πάντα ἐξεχώρησεν εἰς τὴν ἀνωτάτω περιφορήν. καὶ ὀνομῆναί μοι δοκέουσιν οἱ παλαιοὶ αἰθέρα.* Caeterum aperte ex hoc loco patet, librum de carnibus ab antiquiore illo Hippocrate non posse conscriptum esse, cum alludatur ad notissimum illud Anaxagorae dictum, quod sic expressit Euripides: *νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει,*

τἆλλα κωφὰ καὶ τυφλά. G. voluit πλήρη πυρὸς εἶναι ἐκεῖνος καὶ τὴν ἐκεῖ δύναμιν. — τοῦτο μὴ ὀρθῶς νομίσας pr. man. N. ἅμα καὶ θεῖόν τι τὴν φύσιν H. F. N. Philopon. Aldi. ἅμα τε θεῖόν τι τὴν φύσιν Cam. P. Cas. ἅμα θεῖόν τι τὴν φύσιν Sylb. Bekk. Quam nos recepimus lectionem ἅμα τε θεῖον τὴν φύσιν exhibent cod. E., edit. A. Er. Deinde male cod. E. τε post φύσιν adiecit. Ald. et Er. praebent οὐ γὰρ δεῖ φήσομεν. Verborum δὴ et δεῖ confusorum exemplum est apud Platonem *Philebo* p. 16. ed. Stallbaum. et infra I, 14, ubi vulgo τούτους δὴ προαπολείπειν exhibent, Bekk. δὲ scripsit, at δεῖ esse corrigendum iam viderunt Schneiderus et Koenigmannus, ibi laudandi. — Eadem fere, quae hoc nostro loco exposuit Aristoteles, reperiuntur *de coelo* I, 3. p. 270, b: οὐ γὰρ ἅπαξ, οὐδὲ δίς, ἀλλ' ἀπειράκις δεῖ νομίζειν τὰς αὐτὰς ἀφικνεῖσθαι δόξας εἰς ἡμᾶς, διόπερ ὡς ἑτέρου τινὸς ὄντος τοῦ πρώτου σώματος παρὰ γῆν καὶ πῦρ καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ, αἰθέρα προσωνόμασαν τὸν ἀνωτάτω τόπον, ἀπὸ τοῦ θεῖν τὸν ἀΐδιον χρόνον θέμενοι τὴν ἐπωνυμίαν αὐτῷ. Ἀναξαγόρας δὲ κατάχρηται τῷ ὀνόματι τούτῳ οὐ καλῶς· ὀνομάζει γὰρ αἰθέρα ἀντὶ πυρός. De sententia verborum οὐ γὰρ δὴ φήσομεν ...... ἀλλ' ἀπειράκις, confer etiam *Physic. Auscult.* IV, 15. p. 223, b: φασὶ γὰρ κύκλον εἶναι τὰ ἀνθρώπινα πράγματα. — Neque absimilis est sententia Horatii (*Art. Poët.* v. 70), etsi alium in usum adhibita: *Multa renascentur, quae iam cecidere.* Paullo magis aliena, non tamen prorsus dissimilia sunt ea, quae composuit Zell ad Aristot. *Ethic. Nicom.* I, 10, 6. p. 47. ubi adde Herodotum I, 207: κύκλος τῶν ἀνθρωπηΐων ἐστὶ πρηγμάτων· περιφερομένους δὲ οὐκ ἐᾷ ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχέειν. In omnibus hisce mihi videtur Aristoteles, ut saepe alias tacite notasse Heraclitum, de quo Plato *Cratylo* p. 402, a: Λέγει που Ἡράκλειτος, ὅτι πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει, καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα λέγει, ὡς δὶς εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης (cfr. Wyttenbach ad Plutarch *de Ser. Num. Vind.* p. 67. Schleiermacher *Mus. der Alterthumswissenschaft.* I. p. 356 sqq.), quam eandem sententiam Aristoteles ipse in *Metaphys.* I, 6.

p. 987, a tetigit his verbis: ἐκ νέου τε γὰρ συνήθης γενόμενος πρῶτον Κρατύλῳ καὶ τοῖς Ἡρακλειτείοις δόξαις, ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης, ταῦτα μὲν καὶ ὕστερον οὕτως ὑπέλαβεν. — Nescio, an et hunc locum ante oculos habuerit, cum satis inepte tamquam opinionem ab Aristotele profectam hanc proponeret Cicero (*Tusc. Quaest.* I, 10): *Aristoteles longe omnium* (*Platonem semper excipio*) *praestans et ingenio et diligentia, cum quatuor illa genera principiorum esset complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens: cogitare enim et providere et discere et invenire aliquid, et tam multa alia meminisse, amare, odisse, cupere, timere, angi, laetari: haec et similia eorum, in horum quatuor generum nullo inesse putat. Quintum genus adhibet, vacans nomine: et sic ipsum animum* ἐντελεχίαν *appellat novo nomine, quasi quandam continuatam motionem et perennem.* Quae de entelechia Aristotelica praedicat, ea omissis nonnullis verbis quae ad solum animum spectant, prorsus valent in aetheris natura rite explicanda. Ineptam dixi hanc Ciceronis expositionem (cfr. Buhle *Gesch. der Philosoph.* Tom. II. p. 548 sqq.): sed easdem hac in re partes egit Cicero, quas et alibi v. c. *de nat. deor.* I, 13, ubi Velleius ait: *Aristoteles quoque in tertio de philosophia libro multa turbat, a Platone magistro non dissentiens. Modo enim menti tribuit omnem divinitatem; modo mundum ipsum deum dicit esse, modo quendam alium praeficit mundo, eique eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat atque tueatur: tum caeli ardorem deum dicit esse, non intelligens, caelum mundi esse partem, quem alio loco ipse designarit deum.* Quae, nisi consulto Aristotelicam de Dei natura sententiam pervertit Velleius (quam opinionem proposuit Kindervater *Anmerkungen und Abhandlungen zu Cicero's Büchern von der Natur der Götter* Vol. I. p. 207) prorsus inepta fereque absurda esse, docent ea, quae exposuit Vater *Vindic. Theol. Aristot.* p. 56 sqq. (Inter locos male ibi intellectos etiam noster censendus est). Sententia, quam proponit Velleius, potius Anaxagorica est, quam Aristotelica. Euripides enim,

Anaxagorae discipulus ut plus, quam fas videretur, in scena esset philosophus (cfr. Valkenaer *Diatrib. de Eurip. perdit. dramat. reliq.* p. 25 sqq. et quos laudat Schaubach *Fragm. Anaxag.* p. 21), eumque saepissime imitatus, suam de aethere notionem ita expressit in fragmento apud Clementem Alexandrinum (*Protrept.* p. 48 A. et *Strom.* V. p. 603 C.):

ὁρᾶς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

quem locum ita convertit Cicero *de nat. deor.* II, 25:

Vides sublime fusum immoderatum aethera
Qui tenero terram circumsectu amplectitur:
Hunc summum habeto divum: hunc perhibeto Iovem.

Cum igitur Anaxagoras aethera igne constare diceret (*τῷ πυρὶ ταὐτὸν ἡγήσασθαι δοκεῖ σημαίνειν*, vel ut alibi *τῷ πυρὶ ταὐτὸν φαίνεται δοκεῖν* cfr. Heindorf ad Plat. *Phaedr.* 97), eumque *θεῖόν τι* esse arbitraretur, ipse Aristoteles aetherem nihil esse aliud censuit, nisi quemadmodum Plato ait (*Tim.* p. 58 D.): *ἀέρος τὸ εὐαγέστατον, ἐπίκλην αἰθὴρ καλούμενος.* Adde Lucret. *de natur. rer.* I, 251 sq. Quae sit aetheris notio apud recentiores physicos, elucebit ex iis, quae composui *Meteorol. vet. Gr. et Roman.* p. 21.

5. *μεταξὺ γῆς καὶ τῶν ἄστρων* codd. et edit. omnes. Articulus saepenumero apud Aristotelem deest in uno alterove membro, quales locos Schneiderus, orationis concinnitati restituendae nimium studens, omnes corrigendos esse censuit, quemadmodum in *Histor. Animal.* V, 11, 1: *ὀχεύονται γὰρ ἄρρενες καὶ ὀχεύονται αἱ θήλειαι.* Ibid. VIII, 4, 3: *νέμονται μὲν τὸν πηλὸν καὶ φύκος καὶ τὸ βρύον καὶ τὸ καλούμενον καύλιον.* VIII, 9, 2: *πονοῦσι δέ ..... ὑπὸ τῆς πάχνης .... ἢ ὑπὸ χιόνος.* Theophr. *de sensu* §. 9: *ἥδεσθαι δὲ τοῖς ὁμοίοις κατά τε μόρια καὶ τὴν κρᾶσιν.* Adde Schaefer ad Plutarch. Tom. V. p. 485. et cfr. I, 12, 11. 19. II, 1, 10 et saepius. — *θεωρήσαντες τὰ νῦν δεικνύμενα* omisso *ἂν* cod. F. *νῦν* omittunt H. N. *ἴσως ἂν ἐπαύσαντο τῆς παιδικῆς δόξης* E. N. omisso *ταύτης*, quod ante *δόξης* po-

nit F. — Articulum ante *μεγέθεσιν* omittit F. qui deinde inverso ordine exhibet *ἐντεῦθεν ἡμῖν οὕτως*. Atque ita legit etiam Bag. vertens: *hinc nobis sic*, quem secuti sunt P. Sylb. Cas. Verba *λίαν γὰρ ἁπλοῦν ..... οὕτως* Vicomercatus vertit: *Illud enim simpliciter minus existimatur, singula quae feruntur, magnitudine parva esse, quod si ea hinc spectentur, eius modi appareant.* Melius Franc. Vatablus: *Est enim animi perquam simplicis putare singula, quae motu cientur, ideo pusilla esse magnitudine, quod nobis hinc adspicientibus adpareant eiusmodi.* Bene autem monuit Vicomerc. exiguam siderum magnitudinem contendisse illos, qui ipsa sidera ignea esse et igne cuncta eorum intervalla repleta esse contenderent. — Caeterum aliam viam demonstrandi, suprema et extrema loca non posse repleta esse igne, ingressus est Theophrastus *de igne* §. 3 sq. p. 706, qui postquam monuit, quod et ipse Aristoteles docuit (*de partt. animal.* II, 2. p. 649, a), nullum existere ignem, nisi habeat substratam materiam (*ὑποκείμενον*), cuius ope existat, pergit: *Τοῦτο γὰρ ἦν καὶ τὸ παρὰ τῶν παλαίων λεγόμενον, ὅτι τροφὴν ἀεὶ ζητεῖ τὸ πῦρ, ὡς οὐκ ἐνδεχόμενον αὐτὸ διαμένειν ἄνευ τῆς ὕλης. Καὶ ἄτοπον φαίνεται πρῶτον αὐτὸ λέγειν καὶ οἷον ἀρχήν, εἰ μὴ οἷόν τ' εἶναι χωρὶς ὕλης* et q. s.

6. *Εἴρηται πρότερον de caelo* II, 7. p. 289, a. — *λέγομεν* codd. H. et N. posterior inverso deinde ordine *ἦν ἕκαστον ἄν*. — *πάλαι φροῦδον ἂν ἦν ἕκαστον τῶν ἄλλων στοιχείων.* Ut enim Theophrastus loquitur (*de igne* §. 6. p. 707): *τὸ πῦρ — γεννητικὸν μὲν αὑτοῦ, φθαρτικὸν δέ, ὡς ἐπίπαν, τῶν ἄλλων.*

7. *πολὺ γὰρ ἂν ὑπερβάλλοι ..... τόπος ἐστίν.* Cfr. Platonis verba *Tim.* p. 32, b: *οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς ὕδωρ, ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς καὶ πρὸς ἄλληλα καθ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅ, τι πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο ἀέρα πρὸς ὕδωρ, καὶ ὅ, τι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τοῦτο ὕδωρ πρὸς γῆν, ξυνέδησε καὶ ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν.* — N. habet *σύστοιχα τὰ σώματα.* De *κἂν εἰ* monuimus ad §. 2. *γῆς τε καὶ οὐρανοῦ* exhibent F.

H. N. Deinde *περιείληπται* P. — *εἰς τὸ περιέχον μέγεθος* cod. E. nescio an bene: Plat. *Phileb.* §. 21. p. 35. ed. Stallb.: *μὴ εἰδώς, ὥς γ' ἔπος εἰπεῖν, εἰς ταῦτα οὐδενὸς ἄξιος ἔσει.* — *ὁρῶμεν δ' οὐκ ἐν τοσούτῳ μεγέθει ..... ὑπεροχὴν τῶν ὄγκων.* Quaedam tamen fit *ὑπεροχή.* Ubi enim de accretione (*αὔξησις*) et decretione (*φθίσις*) loquitur (*de generat. et interitu* I, 5. p. 321, a), ait: *ἀλλὰ μὴν οὐδ' οὕτως ἐνδέχεται λέγειν γίνεσθαι τὴν αὔξησιν καὶ τὴν φθίσιν, ὥσπερ ὅταν ἐξ ὕδατος ἀήρ. τότε γὰρ μείζων ὁ ὄγκος γέγονεν.* Adde *Phys. Auscultat.* IV, 7. p. 214, b: *καὶ αὐξάνεσθαι οὐ μόνον εἰσιόντος τινός, ἀλλὰ καὶ ἀλλοιώσει, οἷον εἰ ἐξ ὕδατος γίνοιτο ἀήρ.* — *γίνηται* cod. N. *λόγον ἔχειν* inverso ordine codd. F. H. N. edit. Cam. P. Sylb. Cas. Bag. vertit: *eandem rationem habere.* Pro *ὃν* F. H. N. praebent *ὅσον.* — *τὸ* ante *τοσονδί* omittunt H. N. Supple *ἐξ οὗ διακριθέντος ἀὴρ γίνεται.* — Deinde *καὶ μὴ ὕδωρ* pr. man. N. — *πρὸς τὸν πάντα* corr. E., exhibent A. Cam. *καὶ τὸ πᾶν ὕδωρ πρὸς τὰ πάντα* habuit Bag. *et tota aqua ad totum*, et ita reperitur apud Er. Cas. qui nostram scripturam in margine enotavit. *καὶ τὰ πάντα .... ὕδωρ* legit G. sed verum iam vidit.

8. Hucusque suam de elementorum natura et alterius in alterum transitu sententiam tamquam agumentationis fundamentum substraverat: iam docturus eandem de superae regionis natura opinionem proponendam esse, si quis cum Empedocle elementa *ἀμετάβλητα* censere vellet. Qua re paucis verbis defungitur. Empedoclis — is enim est, de quo loquitur, ut recte interpretes graeci, quorum verba adscripsimus suo loco, non Plato, qui tantum *γῆν εἴς τι τούτων* (*τῶν ἄλλων στοιχείων*) *ἀμετάβλητον* censuit, ut discimus ex *Plac. Philos.* apud Plutarch. I, 17. Tom. IV. p. 554. ed. Wyttenb. — Empedoclis dico de elementis sententiam exposuit ipse Aristoteles *de generat. et interit.* II, 6 extr. his verbis: *θαυμάσειε δ' ἄν τις τῶν λεγόντων πλείω ἑνὸς τὰ στοιχεῖα τῶν σωμάτων, ὥστε μὴ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς φησι, πῶς ἐνδέχεται λέγειν αὐτοῖς εἶναι συμβλητὰ τὰ στοιχεῖα· καίτοι λέγει οὕτω· ταῦτα γὰρ ἶσα (τὰ) πάντα,*

quae ad verba vide quae disseruit Iohannes Philoponus fol. 57, b sq. (ed. Aldin. 1527. fol.). Nostrum locum post Scipionem Aquilianum *de plac. philos. ante Aristotel.* p. 154 sq. (ed. Brucker) abunde tractavit Sturz *Empedocl. Agrigentin.* p. 182, verba *ἀνάγκη ..... ὑπῆρχεν* sic interpretatus: *Quod nullum elementum est potentius aut imbecillius reliquis, id necesse est, vim habeat ad eorum magnitudinem, ita ut nec maius sit alio aliud, non minus quam si alterum ex altero oriatur. Patet igitur id agere Aristotelem, ut ex iis, quae posuerat Empedocles, absurdam esse eius sententiam sibique repugnare demonstret, atque adeo tueri velle sententiam Empedocleae contrariam.* Quid sit ἴσον explicuit Aristoteles (*Metaphys.* X, 5) laudatus Sturzio p. 180: *ἐστὶ δὴ τὸ ἴσον, τὸ μήτε μέγα, μήτε μικρόν, πεφυκὸς δὲ μέγα ἢ μικρὸν εἶναι, καὶ ἀντίκειται ἀμφοῖν ὡς ἀπόφασις στερητική.* — Pro *φήσει*, quod exhibet cod. H., quem secutus est Bekker, scripsimus cum E. F. *φησι*, uti habent etiam A. Cam. Er. — N. praebet *φαίη*. Recte se haberet *φήσει*, si Aristoteles non compertum habuisset, eius modi sententiam iam re vera ab Empedocle propositam esse. Deinceps S. et aliae nonnullae edit. *ἶσα.* — *κατὰ γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον* inverso ordine habet N. — *ὥσπερ κἂν εἰ* idem est, ac si dixerit *ὥσπερ ἂν εἰ*, quibus de particulis cfr. Matth. *Gr. gr.* §. 523.

9. *διαπορήσαντ'* pro *διαπορήσαντας* F. Deinde *τὰ* pr. man. omisit N. — *λέγω δὲ ἀέρα καὶ πῦρ*, omisso *τε*, in plurimis editionibus reperitur A. Cam. P. Er. S. Cas. — *ἡ θερμότης ἀπὸ τῶν ἄνωθεν ἄστρων* dictum est pro *ἄνωθεν ἀπὸ τῶν ἄνω ἄστρων.* Ita Xenophon. *Anabas.* VII, 7, 3: *ὅδε ὁ ἀνὴρ παρὰ Μηδόκου ἥκων τοῦ ἄνωθεν βασιλέως*, quemadmodum exhibent codices praestantissimi et veteres editiones, quamvis Schneiderus et Bornemann *τοῦ ἄνω βασιλέως* praetulerint. — Deinceps *γίνεσθαι* N. et *λέγομεν* pro *λέγωμεν* E. quicum faciunt A. Cam. Er.

10. *Κατὰ τὸν ἀνώτατον τόπον* Olympiod. fol. 7, a. *πορρώτερος* F. H. et inter editos P. Sylb. Cas. Male: saepe enim adverbia et adiectiva hoc modo apud Aristotelem co-

pulantur. cfr. II, 5: ἐπιπολῆς καὶ ἀσθενῆ ἀποκρίνεται. I, 12, 15, saepius — οὕτως πλησίον S. Cas. Quod, nisi codd. omnes οὕτω praeberent, non esset contemnendum. cfr. Bornemann *de gem. Cyropaed. recens.* p. 89. Schaefer ad Demosthen. Tom. I. p. 207. — De re cfr. Senec. *Quaest. nat.* II, 10: *Summa pars eius* [aëris] *est siccissima calidissimaque, et ob hoc etiam tenuissima, propter viciniam aeternorum ignium et illos tot motus siderum adsiduumque caeli circumactum. Illa pars ima et vicina terris, densa et caliginosa est: quia terrenas exhalationes receptat. Media pars temperatior, si summis imisque conferas, quantum ad siccitatem tenuitatemque pertinet: caeterum utraque parte frigidior. Nam superiora eius calorem vicinorum siderum sentiunt: inferiora quoque tepent, primum terrarum halitu, qui multum secum calidi affert, deinde quia radii solis replicantur, et quousque redire potuerunt, duplicato calore benignius fovent: deinde etiam illo spiritu, qui omnibus animalibus arbustisque ac satis calidus est. Nihil enim viveret sine calore. Adiice nunc ignes, non tantum manu factos et certos, sed opertos terris, quorum aliqui eruperunt, innumerabiles in abscondito flagrant et obscuro semper* (cfr. *de mundo* IV, 25: ἐμπεριέχει δὲ καὶ πολλὰς ἡ γῆ ἐν αὑτῇ, καθάπερ ὕδατος, οὕτω καὶ πνεύματος καὶ πυρὸς πηγάς· τούτων δὲ αἱ μὲν ὑπὸ γῆν εἰσιν ἀόρατοι, πολλαὶ δὲ ἀναπνοὰς ἔχουσιν καὶ ἀναφυσήσεις.) — *Media ergo pars aëris ab his submota in frigore suo manet. Natura enim aëris gelida est.* [Quod in Stoicorum erat placitis, unde etiam auctor libri *de mundo* c. 2. quem Stoicum fuisse suspicamur: ἑξῆς δὲ ταύτης (τῆς αἰθρίου καὶ θείας φύσεως) ὁ ἀὴρ ὑποκέχυται, ζοφερὸς ὢν καὶ παγετώδης τὴν φύσιν· ὑπὸ δὲ κινήσεως λαμπόμενος ἅμα καὶ καιόμενος, λαμπρότερός τε γίνεται καὶ ἀλεεινός. Aristoteles eum natura calidum statuit, unde corrigenda sunt, quae *Meteorol. vet.* p. 15. monui, quocum consentit Hippocrates *de carnib. Opp.* Sect. III. p 29. ed. Foës, qui postquam totum mundum tribus absolvi partibus dixit, duasque recensuit, aetherem et terram, addit: ἡ τρίτη μοῖρα καὶ τοῦ ἀέρος μέσον χωρίον εἴληφέ τι θερμὸν ὄν.]. Ipse Aristoteles infra I, 12. de gran-

dine ait: *τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ τοῦ πάθους αἴτιον εἶναι τούτου καὶ τῆς γενέσεως, ὅταν ἀπωσθῇ τὸ νέφος εἰς τὸν ἄνω τόπον μᾶλλον ὄντα ψυχρὸν διὰ τὸ λήγειν ἐκεῖ τὰς ἀπὸ τῆς γῆς τῶν ἀκτίνων ἀνακλάσεις, ἐλθὸν δ' ἐκεῖ πήγνυσθαι τὸ ὕδωρ.* — Deinceps *γίνονται γὰρ καὶ* omisso articulo cod. E. quocum faciunt Ald. Cam. G. Er. Postrema editio *λέγουσιν* aperto mendo. — *τὸ ἀχανές* vastum est spatium, quod inter terram interhiat et coelum. Ita etiam infra II, 2: *εἰς ἀχανῆ καὶ πλατὺν τόπον.* Frequentior huius vocabuli est contraria significatio, ita ut *α* sit privativum, non mere euphonicum cum vi quadam intensionis. Tunc synonymon est vocabuli *στενός* et ita reperitur apud Theophrastum *de ventis* §. 29. p. 768: *ἁπλῶς δὲ οἱ τόποι πολλὰς ποιοῦσι τῶν πνευμάτων μεταβολάς, ἄλλας τε καὶ τὸ σφοδρότερα καὶ ἠρεμέστερα γίνεσθαι, καθάπερ ἐὰν διὰ στενοῦ καὶ ἀχανοῦς πνέῃ· σφοδρότερον γὰρ ἀεὶ καὶ λαμπρότερον τὸ διὰ τοῦ στενοῦ, καθάπερ ὕδατος ῥεῖθρον.* Adi Pierson ad Moerid. p. 54 sq. ed. Koch Quam hoc loco diminutionis caloris in superiore aëre causam proponit Aristoteles, reflexionem radiorum solis, qui deinde dispergantur, sive quod ad idem redit, caloris a terra replicationem, eam nullius fere momenti esse in phaenomeni explicatione, docuerunt Schmidt *Lehrb. der math. und phys. Geogr.* (Götting. 1830. 8.) Vol. II. p. 268, Kämtz *Lehrbuch der Meteorol.* Tom. II. p. 143 sqq. Theorematis demonstrationem eandem, quam Schmidt, iam antea dederat Plana in *Memorie della reale academia di Torino* Tom. XXVII. p. 144—146, quam rem monere oblitus est Schmidt.

11. *πέφυκεν ὕδωρ γίνεσθαι* inverso ordine F. H. N. Cam. P. S. Cas. Bag. qui vertit: *nata est aqua fieri.* — Idem deinde legisse videtur *συνίστανται*, vertens: *coguntur. οὐ μόνον — ἀλλὰ* omisso *καί* illustrat Wolf ad Demosthen. *Leptin.* p. 257. — Pro *τά τε διαστήματα τῶν ἄνω* nescio an dilucidius locutus esset Aristoteles, si scripsisset *τῶν ἄστρων.* Sed vide Trendel. ad Arist. *de an.* II, 7, 2. p. 373 sq. Bag. legit *τά τε ἄνω διαστήματα πλήρη ἐστί*, cum vertat: *superiores distantiae.* — *καὶ πυρὸς μόνου μὲν ἀδύνατον* Olymp. — Deinceps *τὸ περὶ τὴν γῆν* cod. E. Ald. Er. — *ἅπασαν* F. H. N.

12. Pro λέγωμεν E. H. λέγομεν ut supra. — μέχρι τῆς σελήνης P. S. Cas. φαμὲν εἶναι σῶμα ἕτερον E. quicum facit Bag. *dicimus esse corpus alterum*. Cas. praebet πυρός τε περὶ ἀέρος aperto vitio. Cum omnes codd. et edit. h. l. exhibeant εἰλικρινές, equidem cur scripserim εἱλικρινές paucis verbis est indicandum. Miro modo duplex vocabulum, alterum aspero, alterum leni spiritu praeditum commentus est Passov. lex. Utraque lectio in codd. Aristotelis, Theophrasti, Xenophontis, aliorum deprehenditur, veluti in duobus Procli codd. Tom. I. p. 135, ubi tamen Creuzerus praetulit εἰλικρινοῦς. Derivandum est ab ἕλη, εἵλη = ἀλέα *calor solis* (cfr. dictionem πρὸς τὴν εἵλην θέρεσθαι *apricari* apud Lucian. *Lexiphan*. Tom. II. p. 320. ed. Hemsterh. Reiz. satis illustratam a Berglero ad Alciphron. *Epp*. I, 12. p. 48. Pierson ad Moerid. p. 403, a. ed. Koch) vocabulo, quod procul dubio radix est verborum ἥλιος, σέλας. Recte hanc etymologiam proponunt *Etymol. magn*. p. 299, 58 (ed. Lips. p. 270 sq.). *Etymol. Gud*. p. 166. ed. Sturz, Phavorinus p. 574 sq. ut non audiendus sit Gramm. apud Matthaeum *Lection. Mosquens*. II, 79, qui plura contra disputavit. Etiam Valkenaer Comment. Mss. ad Pauli *Ep. ad. Corinth*. I, 5, 8 apud Creuzer ad Plotin. *de pulcritud*. p. 266 obloquitur isti etymologiae, vocabulumque repetitum esse censet ab εἰλεῖν, ἰλεῖν, ut proprie sit *cribro purgatum*. At perperam. Significat enim vocabulum proprie, *quod calore solis ab inquinationibus purgatum est*, deinde quodvis *purgatum*. Atque ita hoc loco usurpatum est, ut sit synonymon vocabuli καθαρός, quocum a philosophis saepe coniungitur, veluti a Proclo in Plat. *Alcib*. c. 11. Tom. I. p. 34. ed. Creuzer (Tom. II. p. 90 ed. Cousin): ἢ τὸ φαινόμενον κάλλος καθαρόν ἐστι καὶ εἱλικρινές. Neque aliter est apud Chrysippum in Stob. *Eclog. Phys*. I, p. 446, qui aethera vocat τὸ ἀραιότατον καὶ εἱλικρινέστατον, plane ut Plato *Tim*. p. 58 D: ἀέρος τὸ εὐαγέστατον. Inde εἱλικρινεῖν est *purgare* in libro *de mundo* V, 13: τῷ ὑπὲρ αὐτὴν εἱλικρινεῖται, Buther. apud Stob. *Ecl*. I, p. 16: ἕκαστον ἀπὸ τῶν ἄλλων εἱλικρινούμενον. Postremo loco paulo latius usurpatur,

ut sit *segregare, distinguere*, et ita denique εἰλικρινές legitur apud Aristotelem *de generat. et interit.* II, 3: *καὶ ἄκρα μὲν καὶ εἰλικρινέστατα, πῦρ καὶ γῆ· μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον, ὕδωρ καὶ ἀήρ*, Theophrastum *de causs. plantar.* V, 3, 2. p. 541, ubi ait uvarum (*καπνίου ἀμπέλου*) colorem esse neque album, neque atrum, sed ex albo et atro commixtum, ita ut fumosus appareat. Verba haec sunt: *Τὸ χρῶμα τῶν βοτρύων οὔτε μέλαν οὔτε λευκὸν ἔχει, ἀλλὰ καπνῶδες· ὅθεν καὶ τὴν προσηγορίαν ἔσχεν. Ἐὰν οὖν μικρά τις ἐναλλαγὴ γένηται, δοκεῖ μεταβεβληκέναι τὴν χρόαν· οὐδέτερον δ' εἰλικρινὲς οὔτε τὸ μέλαν οὔτε τὸ λευκὸν ἔχει· Διὸ καὶ ἐνιότε τῶν βοτρύων ἑτερόχροοί τινες, οἱ μὲν εἰς τὸ λευκόν, οἱ δ' εἰς τὸ μέλαν μᾶλλον ἀποκλίνοντες.* Neuter igitur color in hisce uvis prorsus distinctus apparet. Eodem plane modo positum est de colore apud Theophrastum *de color.* §. 18. p. 880: *Τῶν δὲ χρωμάτων οὐδὲν ὁρῶμεν εἰλικρινὲς οἷόν ἐστιν, ἀλλὰ πάντα κεκραμένα ἑτέροις* eodemque sensu paulo ante §. 14. posuerat substantivum inde derivatum *εἰλικρίνεια*. Xenophont. *Cyropaed.* VIII, 5, 14: *Καὶ διὰ τὸ εἰλικρινῆ ἕκαστα εἶναι τὰ φῦλα, πολὺ μᾶλλον ἦν δῆλα, καὶ ὁπότε τις εὐτακτοίη καὶ εἴ τις μὴ πράττοι τὸ προσταττόμενον. Singulae turmae penitus distinctae erant et segregatae.* Sed et metaphorico sensu ponitur, quemadmodum *καθαρός*, ut sit *sincerus*. Ita apud Platonem *Phileb.* §. 53. p. 79 Stallb. *ὅτι σμικρόν τε τούτων ἕκαστον παρ' ἡμῖν ἔνεστι καὶ φαῦλον καὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς εἰλικρινὲς ὄν.* (Alios locos ex Platone laudavit Creuzer ad Plotin. p. 265). Aeschin. Socrat. *Axioch.* c. 17. p. 55 ed. Neophyt. Duc. (1814. 8.): *ὥστε οὐκ εἰς θάνατον ἀλλ' εἰς ἀθανασίαν μεταβάλλεις, ὦ Ἀξίοχε, οὐδὲ ἀφαίρεσιν ἕξεις τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' εἰλικρινεστέραν τὴν ἀπόλαυσιν, οὐδὲ μεμιγμένας θνητῷ σώματι τὰς ἡδονάς, ἀλλ' ἀκράτους ἁπασῶν ἀλγηδόνων.* Adde *Ethic. Nicomach.* X, 6, 4: *ἄγευστοι ὄντες ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου ἐπὶ τὰς σωματικὰς καταφεύγουσι.* Confer praeterea de vocabuli significationibus: Ruhnken. ad Xenophont. *Memorab.* II, 2, 3. ubi legitur *εἰλικρινὴς ἀδικία iniuria, quae in propatulo est, meridiana luce clarior*, — Fi-

scher Ind. ad Aeschin. Socr. *dial.* h. v. et ad Platon. *Phaedon.* c. 30. p. 340, a. Ut igitur Attici, quos *δασυντάς* vocat Tzetzes ad Hesiod. *Opp.* 156. 450. (et in huius modi rebus Atticis adnumerandus est Aristoteles) efferre solebant *ἁλεαίνειν* vocabulum cum spiritu aspero (cfr. Pierson ad Moerid. p. 165, a ed. Koch) ab eadem radice profectum, ita etiam *εἱλικρινές* scribendum esse censeo, praesertim cum nullus mihi innotuerit locus, qui probatae nobis etymologiae obversetur. Eodem fere modo de spiritu ambigitur in vocabulis *εἱλεῖν*, *εἱληθερεῖν*, *εἱληθερές*. — Ad verba: *τὸ μὲν γὰρ ἄνω καὶ μέχρι σελήνης, ἕτερον εἶναι σῶμά φαμεν πυρός τε καὶ ἀέρος* adscribenda sunt verba Accoramboni (*Vera mens Arist.* p. 472): *Non loquitur hic de corpore caelesti, ut aliqui putant: quia caeleste corpus uniforme est totum, neque habet partes plus vel minus puras, sed totum immateriale est, neque terminat cum aëre. Aristoteles vero loquitur de superiori corpore, ultimo elementorum, quod habet partes magis puras, quae sunt contiguae cum orbe lunae et minus puras, quae terminant cum aëre; et dicit, quod hoc corpus est diversum ab igne, quo nos utimur: quia ignis noster est excessus caloris, et ut velut fervor quidam, quia est corpus mixtum; non elementum simplex, ut hic ipse dicit inferius* (§. 14); *est enim fumus accensus; fumus vero est quidam vapor mixtus ex terra et aëre, ideo est calidus et siccus. Quare ignis elementaris est diversus ab hoc nostro igne et ab aëre, qui est circa terram; quia aër quoque est commixtus et plenus vaporum, qui continue adscendunt ex aqua et terra. Hoc idem dixit Aristoteles superius. Ignis, inquit, et aër et unumquodque dictorum non est simplex, sed mixtum: intelligens de aëre et de igne, qui sunt apud nos.* Locus est: *de generat. et interit.* II, 3: *οὐκ ἔστι δὲ τὸ πῦρ καὶ ὁ ἀὴρ καὶ ἕκαστον τῶν εἰρημένων ἁπλοῦν, ἀλλὰ μικτόν.*

13. Idem Accorambonus illustravit verba *φερομένου δὲ τοῦ πρώτου στοιχείου* .... *θερμότητα* hoc modo (l. l.): *Clare hic Aristoteles vocat ignem ipsum elementarem sub nomine corporis, quod est contiguum inferiori mundo, quare*

etiam in superiori textu, cum dicit, corpus superius esse magis permixtum, qua parte terminat cum aëre et cum mundo, qui est circa terram, intelligit elementum ignis, non autem corpus caeleste. Corpus vero hoc distrahitur, et ignitur a motu caeli, ex quo etiam aër ignitur et calescit: quia vi motus aër disgregatur et attenuatur; unde fit maxime similis igni; quia dum aër rarefit a motu, humiditas evanescit et remanet caliditas et siccitas ob partium tenuitatem. Hoc idem dixit Aristoteles hic inferius (§. 20): τὸ μὲν οὖν γίνεσθαι τὴν ἀλέαν καὶ τὴν θερμότητα ἱκανή ἐστι παρασκευάζειν καὶ ἡ τοῦ ἡλίου φορὰ μόνον· ταχεῖάν τε γὰρ δεῖ καὶ μὴ πόρρω εἶναι· ἡ μὲν οὖν τῶν ἄστρων ταχεῖα μὲν πόρρω δέ, ἡ δὲ τῆς σελήνης κάτω μὲν βραδεῖα δέ· ἡ δὲ τοῦ ἡλίου ἄμφω ταῦτ᾽ ἔχει ἱκανῶς· *Et concludit, quod maxime solis motus calefacit aërem, quia sol est corpus solidum, ideo maxime aërem divellit: et quia ignis aërem circumdans, saepe permiscetur, et fertur inferius vi et motu caeli circulari; ideo calor quoque ad nos pertingit. Et in libro de coelo:* (II, 7. p. 289, a) *Calor vero, inquit, et lumen fit contrito aëre ex corporum caelestium et siderum motu:* et addit: τοῦ δ᾽ ἀέρος ὑπὸ τὴν τοῦ κυκλικοῦ σώματος σφαῖραν ὄντος ἀνάγκη φερομένης ἐκείνης ἐκθερμαίνεσθαι καὶ ταύτῃ μάλιστα, ᾗ ὁ ἥλιος τετύχηκεν ἐκδεδεμένος· διὸ δὴ πλησιάζοντός τε αὐτοῦ καὶ ἀνίσχοντος καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ὄντος γίνεται ἡ θερμότης. *Et hac sunt potissimum causae caloris, quas affert Aristoteles, hoc est motus solis supra nos, cum sit velox et propinquus motus, et sol habeat solidum corpus (quia tempore Aristotelis ponebant solem immediate supra lunam, quod etiam Ptolemaeus non negat in Almagesto, sed ponit illum supra Venerem, quia hoc pacto facilius demonstrat ex illo reliquos motus, ut ipse dicit Ptolemaeus* *) *et ignis permixtio cum aëre, qui nos ambit, ad motum circularem, praeterea aëris discerptio, qui aër impulsus a motu circulari occurrit ad partes solidas et*

---

*) Cfr. omnino, quae exposuit pater in dissertatione de Eudoxo Cnidio p. 48.

eminentes terrae, a quibus conteritur et disgregatur. Et licet Aristoteles superius videatur in causam adducere radiorum quoque reflexionem ad superficiem terrae, id affert potius dubitando ex opinione mathematicorum, quam ex propria sententia: reflexio namque potius est mathematica, quam naturalis causa, quia fit per lineas et angulos radiosos, naturales vero considerat motus corporum et eorum alternationes ex naturali causa: An vero sufficiant causae caloris, quas hic et in secundo de coelo affert Aristot. satis ibi diximus (p. 445), *ubi etiam de radiorum reflexione locuti sumus: non erit tamen ab re aliquid etiam in praesentia nunc breviter repetere. Quomodo enim motus solis potest aërem calefacere, cum sol sit supra lunam, et aërem non tangat? Actio enim naturalis fit per contactum, ut dixit Aristoteles in secundo de generatione et corruptione: Se vero contangunt ea, quorum extrema in unum concidunt;* (cfr. quae supra ad I, 2, 2 monuimus) *ideo licet sol sit corpus solidum, cum tamen aërem non tangat, non potest illum calefacere, neque discerpere sua soliditate: ignis vero permixtio ex motu caeli in aëre non magis fit in aestate, quam in hieme; quare etiam in hieme deberet calor generari, quod non fit. Praeterea si ignis permixtio et motus solis calefaciunt hanc primam aëris regionem, quae est circa nos, opus est, ut calefaciant prius mediam aëris regionem, quia per illam et nos calor transit: at media aëris regio semper est frigida, ut sentit Aristoteles et praecipue in aestate; ideo et pluvia et grandines ibi generantur. Si vero dicas quod in aestate ignis maxime aëri permiscetur, quia sol propius fertur ad nos, ideo vi motus solis ignis aëri tunc maxime permiscetur; idem accidet dubium, quo pacto sol, cum sit longinquus ab igne, neque illum tangat, possit illum distrahere, et aëri commiscere et cur non calefaciat prius mediam aëris regionem, quam hanc, quae est circa nos. Aëris vero attenuatio et disgregatio a vi motus circularis ob occursum ad eminentes et solidas terrae partes non est in causa, cur aër magis in aestate quam in hieme calescat; quia huius modi motus et huius modi occursus non minus fit hyeme quam*

aestate; ideo non minus hyeme, quam aestate aër deberet incalescere: semper enim caelum rapit circulariter aërem eodem modo; ideo semper deberet fieri idem calor, cum eodem modo per totum annum occurrat aër ad solidas partes terrae. Neque est dicendum, quod sol sua qualitate calefaciat: quia id primo et contra Aristotelem, qui in libris de caelo vult caeleste corpus immune esse ab omni contraria qualitate. Praeterea si sol qualitate sua calefaceret, quia ipse est calidus, sequeretur quod loca soli propinquiora magis essent calida, remota vero minus; ideo montium summitates, quo altiores essent, essent calidiores, valles vera frigidiores, quia patiens, quo magis propinquum est agenti, magis patitur: hoc vero e contrario se habet, ut videmus. Sed hoc clarum est in via peripatetica, quod sidera et caeleste corpus nullam habent elementarem, neque contrariam qualitatem, sed motu tantum et lumine agunt in haec inferiora. Ideo quo pacto ex motu caeli et solaris corporis fiat calor in aëre, qui est apud nos, aliis relinquo considerandum: est enim hoc dubium unum ex illis, quae me diu sollicitum tenuerunt in via Aristotelis. Pro *τὸ* ante *προσεχές* cod. N. habet *τότε — καὶ ποιεῖ τὴν θερμότητα. γρ. καὶ ποιεῖ τὸ ὑπέκκαυμα* Cas. in margine et ita exhibet Olympiodor. Aldi. — Deinde *υπὲρ τὴν ἄνω περιφορὰν* prima manu N. et mox inverso ordine *ξηρὰ καὶ ψυχρά* E. Quae sint ista *ὅσα ἄλλα τούτοις ἀκολουθεῖ πάθη* docet Aristoteles *de generat. et interitu* II, 2. p. 329, b. — *τε* post *κινήσεως* omittunt F. H. N. quorum codicum duo posteriores exhibent *ἧς καὶ τὴν αἰτίαν.* — *ἀρχὴ* Aristoteli est remotior causa, *αἰτία* propior ita, ut *ἀρχὴ* sit quasi principium *τῆς αἰτίας.* Quod ex Aristot. *Metaphys.* IV, 1. p. 1013, a: *πασῶν μὲν οὖν κοινὸν τῶν ἀρχῶν τὸ πρῶτον εἶναι, ὅθεν ἢ ἔστιν ἢ γίνεται ἢ γινώσκεται. Analyt. Posteria.* I, 2. p. 72, a: *ταὐτὸ γὰρ λέγω πρῶτον καὶ ἀρχήν· ἀρχὴ δ᾽ ἐστὶν ἀποδείξεως πρότασις ἄμεσος, ἄμεσος δὲ ἧς μή ἐστιν ἄλλη προτέρα. Topic.* I, 1. p. 100, b: *ἔστι δὲ ἀληθῆ μὲν καὶ πρῶτα τὰ μὴ δι᾽ ἑτέρων, ἀλλὰ δι᾽ αὑτῶν ἔχοντα τὴν πίστιν· οὐ δεῖ γὰρ ἐν τοῖς ἐπιστημονικαῖς ἀρχαῖς ἐπιζητεῖσθαι τὸ διὰ τί, ἀλλ᾽ ἑκάστην*

τῶν ἀρχῶν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν εἶναι πίστιν — demonstravit van Cappelle ad Arist. *Quaest. mechan.* p. 78 sq.

14. Post *ψυχρότατον* addunt *ἐστί* H. N. — *περὶ δὲ ταῦτα τὰ ἐχόμενα* omisso *καὶ* H. *τὰ* ante *ἐχόμενα* servato *καὶ* omittunt F. N. Bag. pro *ἐχόμενα τούτων* videtur legisse *τὰ συνεχῆ τούτων*, cum vertat: *attigua his.* — Deinceps post *ὑπερβολὴ γὰρ* cod. E. addit *ἀέρος*, perperam: si quid addendum est, supple *πνεύματος*. Cfr. *de generat. et interit.* II, 3. p. 330, b: *τὸ πῦρ ἐστιν ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ καὶ κρύσταλλος ψυχρότητος· ἡ γὰρ πῆξις καὶ ἡ ζέσις ὑπερβολαί τινές εἰσιν, ἡ μὲν ψυχρότητος, ἡ δὲ θερμότητος· εἰ μὲν οὖν ὁ κρύσταλλός ἐστι πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις θερμοῦ καὶ ξηροῦ. διὸ καὶ οὐδὲν οὔτ' ἐκ κρυστάλλου γίνεται, οὔτ' ἐκ πυρός.* Adde, quae ad I, 4, 4 monebimus.

15. *τοῦ λεγομένου καὶ καλουμένου* A. Cam. P. S. Er. Cas. Pro *θερμόν* E. pr. manu *ψυχρόν* et ita etiam paulo post. Male! cfr. II, 5: *ὁ μὲν οὖν ἀήρ, καθάπερ ἐν τοῖς πρὸ τούτων λόγοις εἰρήκαμεν, γίνεται ἐκ τούτων· ἡ μὲν γὰρ ἀτμὶς ὑγρὸν καὶ ψυχρόν (εὐόριστον μὲν γὰρ ὡς ὑγρόν, διὰ δὲ τὸ ὕδατος εἶναι ψυχρὸν τῇ οἰκείᾳ φύσει, ὥσπερ ὕδωρ μὴ θερμανθέν), ὁ δὲ καπνὸς θερμὸν καὶ ξηρόν. ὥστε καθάπερ ἐκ συμβόλων, συνίσταιτο ἂν ὁ ἀὴρ ὑγρὸς καὶ θερμός·* — In verbis *διὰ τὸ ἀτμίζειν τε καὶ ἀναθυμίασιν ἔχειν γῆς*, quae quid sibi velint, ex verbis paullo ante adlatis patet, *τε* omittit N. *γῆς ἔχειν* praebet F. Cum vulgo *ἀτμίζειν* significet *ἀτμίδα ἀποπνεῖν* v. c. apud Theophrastum *de causs. plant.* II, 4, 11. p. 398: *γῆ ἀτμίζει ὕδωρ*, infra I, 10. p. 347, b: *φρέατα ἀτμίζει βορείοις μᾶλλον ἢ νοτίοις*, Theophr. *de sudorib.* §. 2. p. 811: *ἀτμίζοντος ἀεὶ τοῦ σώματος*, *Probl.* XXVI, 28. p. 943, a: *ἀτμίζειν ποιοῦσι οἱ ψυχρότεροι ἄνεμοι*, ubi supplendum *τὴν γῆν*, quod etiam intelligendum erat ad antegressum *ξηραίνουσι*, Xenophont. *Anabas.* IV, 5, 15: *κρήνην — ᾗ πλησίον ἦν ἀτμίζουσα ἐν νάπῃ* (adi omnino Blomfield Gloss. ad Aeschyl. *Agamemn.* v. 1282) — aut *ἀτμίδα ἐκπέμπειν*, *vaporem provocare*, ut infra I, 11: *τοῦ ἐξατμίζοντος ἐκ τῆς γῆς τὸ ὑγρὸν πυρός*, Theophrast. *de vent.* §. 41.

p. 773: *πάντα γὰρ μετὰ τοῦ ἡλίου, διαχέοντος τὸ ὑγρὸν ἢ ἀτμίζοντος γίνεται ἢ συνεργοῦντος εἰς τὴν ἀρχήν* — locum corruptum esse cogitavi vel ita, ut *ἀτμίζειν* sit mutandum in *ἀτμίδα*, vel ut *γῆς* corrigendum in *γῆν*, vel denique ut omittatur *ἔχειν*, quod sane arridebat, cum certum in codd. locum non servaret. Tunc construendum foret: *διὰ τὸ ἀτμίζειν* (sc. *γῆν*) *καὶ* (*διὰ*) *ἀναθυμίασιν γῆς*. Praepositio enim simpliciter posita saepe apud Aristotelem ad plura nomina referenda. Cfr. exempla, quae composuit Zell ad *Ethic. Nicom.* X, 4, 5. Tom. II. p. 442, quamvis pleniorem dictionem tamquam rectiorem praeferendam censet Schneider ad *Polit.* IV, 12, 4. Tom. II. p. 270. *γῆν* autem supplendam esse ex genitivo *γῆς* non raro occurrit apud Aristotelem, qui tantopere brevitati studuit, ut in locis difficilioribus magnam saepe lectori atque interpreti molestiam pariat, monente Schneidero ad l. l. I, 1, 2. At h. l. nihil mutandum. Cfr. infra I, 12, 4: *ἐν τῷ πλησίον τῆς γῆς ἀτμίζοντι* sc. *τόπῳ*. I, 13: *διὰ ψυχρότητα συνίσταται ὁ ἀτμίζων ἀήρ*. II, 2: *φέρεται διακρινόμενον καὶ ἀτμίζον εἰς τὸν ἄνω τόπον*, ubi *ἀτμίζειν* significat *vaporem continere.* Quae significatio lexicis addenda est. — Mox pro *ἔστι γὰρ* M. *καί ἐστι καί*, posito deinde *γάρ* post *ἀτμίδος μέν*, uti etiam reperitur in codd. F. H. Verba *καί ἐστιν ἀτμὶς μὲν δυνάμει οἷον ὕδωρ, ἀναθυμίασις δὲ δυνάμει οἷον πῦρ*, in quibus *οἷον* omittit E, non sine iniuria Heracliteam originem redolere videntur Schleiermachero, quem adi (*Museum der Alterthumswissenschaften* Tom. I. p. 386 sqq.). Unde fortasse haec de duplici vapore, et utriusque facultatibus theoria antiquissima censeri potest, cum Heracliti de rerum cunctarum origine sententias easdem fuisse, quas Orphei, satis colligatur ex Platonis *Cratylo* p. 402, b et diserte auctor sit Clemens Alexandrinus *Strom.* VI. p. 629 A: *σιωπῶ Ἡράκλειτον τὸν Ἐφέσιον, ὃς παρ' Ὀρφέως τὰ πλεῖστα εἴληφε.*

16. *ἀνωτέρῳ* statim ab initio praebent F. H. N. *ἀνωτάτῳ* A. Er. Deinde *μὴ* om. Cam. *ἔστιν* pro *ἔνεστιν* Er. *οἷον* omisit Ald. neque in suo reperit Bag. vertens: *sed magis ignis.* Verba *οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ διὰ τὴν κύκλῳ φορὰν κωλύε-*

σθαι συνίστασθαι τὰ νέφη negligentius scripta sunt. Sed nihil mutandum: repetitio enim eiusdem vocabuli intra brevissimum spatium non mira, neque infrequens apud Aristotelem, scriptorem sermonis elegantiae non admodum studiosum, ut etiam maiores cacophonias non vitet. Cfr. Zell ad Aristot. *Ethic. Nicom.* Tom. II. p. 100. Talia apud longe elegantiores scriptores non ita raro deprehenduntur, neque bene egit, qui omnia eius modi in Horatii carminibus emendare conatus est, ingenio suo luxurians interdum Bentleius, locorum sane multitudine admonendus, talia se sine codicum auctoritate immerito perpetraturum. Cfr. de Horatio Jahn ad *Odar.* I, 3, 28. *Epp.* I, 20, 8 eiusdemque ad Gierig *Ovid. Metam.* XV, 104. not. de tragicis graecis Markland ad Eurip. *Suppl.* 245. Porson ad Eurip. *Hecub.* 606. Reisig ad Soph. *Oed. Colon.* p. 186 sqq. Wellauer *Quaest. Aesch.* p. 6—16 et ad *Choëphor.* 236. Praeterea adi Heindorf. ad Platon. *Lysid.* c. 14. p. 18. Jacob *Quaest. Lucian.* Spec. I. p. 30. Garatoni ad Cic. *Philipp.* Tom. I. p. 617. II. p. 27. Duker ad Liv. I, 153. Held ad Caesar. *de b. civ.* I, 33. Huschke ad Tibull. I, 3, 61. Wunderlich ad eund. I, 1, 45. Weber ad Lucan. Tom. II. p. 626. Sed iam satis, cum totidem alios addere possem, qui ea de re egerunt. Neque vero talia apud tersissimos scriptores desiderantur, qualia deum eum apud Ciceron. *de nat. deor.* I, 15; pares res apud Horat. *Satir.* I, 3, 121; *γέρων ὢν* apud Aristophan. *Pac.* 697. *ἀτιμίας μὲν οὔ, προμηθείας δέ σου* apud Sophocl. *Electr.* 1036 Br. *Κρέουσα δ' ἡ τεκοῦσα* apud Eurip. *Ion.* 57, quibus sexcenta alia addi possunt exempla. Pro *συνίστασθαι* Ald. exhibet *συνίσταται*, Cam. P. S. Er. Cas. *συνίστανται.* Deinceps pro *ὅσος μή* P. S. Cas. exhibent *ὅς μή*. Caeterum patet ex hoc loco Aristotelem de motu superioris aëris orbiculari circa terram immobilem et quietam (*de coelo* II, 13. p. 293, b sqq.) cogitasse, eoque modo explicare conatum esse, cur in remotioribus a terra locis nubes nullae deprehendantur. Cfr. Fromondi *Meteorol.* (Lovan. 1645. 4.) p. 20 sq. Recentiori tempore, saeculo enim decimo septimo, physici ex-

stitere, qui contra ex tardiore aëris motu circa terram celeriore motu circumlatam etesios aliosque ventos explicare voluerunt (Cfr. v. Lindenau in v. Zach *Monatl. Corresp.* XIII. p 258), quam rem in *Meteorol. vet.* suo loco commemorare oblitus sum. Verba *ὅσος μὴ ἐντὸς τῆς περιφερείας λαμβάνεται τῆς ἀπαρτιζούσης ὥστε τὴν γῆν σφαιροειδῆ εἶναι πᾶσαν* quid significent, bene explicuit Iohannes Philoponus fol. 84, b: *καὶ οὐκ ἔστιν ἀκριβῶς ἡ γῆ σφαῖρα· καὶ κοιλότητας γὰρ ἔχει βαθείας, εἰς ἃς τὸ ὕδωρ συνερρύη καὶ ἀνεπλήρωσε ταύτας καὶ ὀρῶν ἀνατάσεις καὶ φάραγγας* (quae verba in historia geogoniae apte commemoranda videntur)· *πάλιν οὖν ὁ μεταξὺ τούτων ἐπανειλημμένος ἀὴρ ἀναπληρῶν αὐτάς, μίαν ἀποτελεῖ τῆς γῆς σφαῖραν, ἐκβαλλομένης διὰ τῶν κορυφῶν τῶν ὀρῶν περιφερείας τινὸς ἐσχάτης, ὥστε εἶναι πᾶσαν σφαιροειδῆ μετὰ τοῦ ἐπανειλημμένου ὕδατος καὶ τοῦ μεταξὺ τῶν ὀρῶν καὶ τῶν φαράγγων ἀέρος· οὗτος οὖν ὁ ὑπὲρ τὴν περιφέρειαν ταύτην ἀὴρ ἐξ ἀνάγκης ἔξωθεν περιρρεῖ τῇ περιφορᾷ τῶν οὐρανίων συνεφελκόμενος ἅμα τῷ ὑπεκκαύματι, οὐ φυσικὴν κατ᾽ Ἀριστοτέλην ταύτην τὴν κίνησιν, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ἔξωθεν τοῦ κυκλοφορικοῦ σώματος ἀνάγκης.*

17. *γάρ* omittit E. Verba *καὶ νῦν* possunt spectare ad *Problem.* XXVI, 36. p. 944, b ubi ait: *πότερον τὸ πνεῦμα ἀπὸ πηγῆς τινος φέρεται ὥσπερ τὸ ὕδωρ, καὶ ταύτης οὐκ ἔστιν ἀνωτέρω αὐτὸ ἐνεχθῆναι ἢ οὔ; καὶ πότερον ἀπὸ ἑνὸς σημείου, ἢ ἀπὸ πλείονος τόπου; ἔνια μὲν οὖν ἐστιν ὅμοια ἃ καὶ ἐπὶ τῶν ὑδάτων συμβαίνει γίνεσθαι. τό, τε γὰρ ὕδωρ, ὅταν εἰς τὸ κάταντες φέρηται, θᾶττον ῥεῖ ἢ ὅταν ἐν τῷ ἐπιπέδῳ καὶ ὁμαλῷ λιμνάζῃ· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ πνεύματα· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῖς ἄκροις καὶ τοῖς ὑψηλοῖς ἀεὶ ἐν κινήσει ὁ ἀήρ, ἐν δὲ τοῖς κοίλοις ἠρεμεῖ πολλάκις καὶ ἄπνοια γίνεται· ἔτι ἐπὶ τοῖς σφόδρα ὑψηλοῖς ὄρεσιν οὐ γίνεται τὰ πνεύματα.* — Problemata (non quidem illa, quae nunc habemus, sed librum quem hoc nomine inscripsit Aristoteles, quamvis minime negaverim magnam partem, quae nunc sub eius nomine circumferuntur, genuina esse) ante Meteorologica conscripta esse colligas ex *Meteorol.* II, 6. p. 363, a: *περὶ τῶν ἄλλων παθημάτων ὅσα μὴ συμβέβηκεν ἐν*

προβλήμασιν εἰρῆσθαι τοῖς κατὰ μέρος, νῦν λέγωμεν, ubi idem illud *νῦν* recurrit, quod eodem modo positum est *Rhetor.* I, 2. p. 1357, b *εἴρηται καὶ νῦν*, (intell. cum eadem dixerit *Analyt. Posterior.* II, 27. p. 70, a) et supra §. 6: *εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρότερον ἐν τοῖς περὶ τὸν ἄνω τόπον θεωρήμασιν, λέγωμεν δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ νῦν.* Sed vereor ne hic locus sit unus ex numero illorum, unde duplicem huius libri recensionem ab Aristotelis manu profectam esse coniecimus, qua de re cfr. Proleg. — Loca paludosa, etsi procul dubio ortum ventorum *κατ᾽ ἀντιπερίστασιν* vaporis sicci et humidi respexit (quod significavi *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* III, 11. p. 57) commemoravit idcirco, quia ima esse solent et a cacuminibus altorum montium remotissima. — *τόποις* corr. E. *ὑπερβάλλει* recepi ex cod. N. quem secuti sunt Bag. qui vertit: *et non excedunt* (venti) Ald. Cam. Er. — Cas. in marg. *γρ. ὑπερβάλλει* Rel. quibus adstipulatus est Bekk. *ὑπερβάλλειν.* — Deinde *τῶν ὑψηλῶν ὀρῶν* cum codd F. H. N. exhibui, consentiente Bag. *altos montes* vertente. E., quem editiones sequuntur omnes, *ὑψηλοτάτων.* Causam sequentia praebent. — De summa montium altitudine disputat Plinius *Hist. nat.* II, 65. Adde Plutarchum in *fragm.* vol. V. p. 604. Wyttenb. (4.) Cleomed. *Meteor.* I, 10. p. 56. Balf. Montem Olympum decem stadiorum altitudinem excedere auctore Zenagora docuit Plutarchus *Aemil.* c. 15. p. 263 A. ed. Francof. ubi haec leguntur: *Ὑπὸ τὸ Πύθιον καὶ τὴν Πέτραν τοῦ Ὀλύμπου τὸ ὕψος ἀνατείνει πλέον ἢ δέκα σταδίων. σημαίνεται δὲ ἐπίγραμμα τοῦ μετρήσαντος οὕτως·*

Οὐλύμπου κορυφῆς ἔπι Πυθίου Ἀπόλλωνος
Ἱερὸν ὕψος ἔχει (πρὸς τὴν κάθετον δ᾽ ἐμετρήθη)
πλήρη μὲν δεκάδα σταδίων μίαν, αὐτὰρ ἐπ᾽ αὐτῇ
πλέθρον τετραπέδῳ λειπόμενον μεγέθει.
Εὐμήλου δέ μιν υἱὸς ἐθήκατο μέτρα κελεύθου
Ζεναγόρης. σὺ δ᾽ ἄναξ χαῖρε καὶ ἐσθλὰ δίδου.

Καίτοι λέγουσιν οἱ γεωμετρικοὶ μήτε ὄρους ὕψος, μήτε βάθος τῆς θαλάσσης ὑπερβάλλειν δέκα σταδίων. ὁ μέντοι Ζεναγόρας οὐ παρέργως, ἀλλὰ μεθόδῳ καὶ δι᾽ ὀργάνων εἰληφέναι δοκεῖ τὴν μέτρησιν. — *ὀρέων* habent F. E. Ald. Cam. Er. —

Insolita est constructio verbi ὑπερβάλλειν cum genitivo. Cfr. tamen Heindorf. ad Plat. *Gorg.* p. 97 et adde IV, 4, 9; Theophr. *hist. plant.* VIII, 2, 9. p. 260: ὑπερβάλλον τούτου. Ar. *Ethic. Nic.* II, 6, 16: καὶ ἔτι τῷ τὰς μὲν ἐλλείπειν, τὰς δὲ ὑπερβάλλειν τοῦ δέοντος ἔν τε τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσι, τὴν δ' ἀρετὴν τὸ μέσον καὶ εὑρίσκειν καὶ αἱρεῖσθαι. Plutarch. h. l. Alias accusativo utitur Aristoteles v. c. I, 8, 15: ὑπερβάλλειν τοὺς τροπικούς. — Caeterum eandem rem repetit de Atho *Probl.* l. l. et narrat de Cyllenio monte Geminus *Isagog.* c. 13. p. 209 sq. (ed. Hilderici. Altorf. 1590. 12.) his verbis: *Οἱ γοῦν ἐπὶ τὴν Κυλλήνην ἀναβαίνοντες, ὄρος ἐν τῇ Πελοποννήσῳ ὑψηλότατον καὶ θύοντες τῷ καθωσιασμένῳ ἐπὶ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους Ἑρμῇ, ὅταν πάλιν δι' ἐνιαυτοῦ ἀναβαίνοντες τὰς θυσίας ἐπιτελεχῶσιν, εὑρίσκουσι καὶ τὰ μηρία καὶ τὴν τέφραν καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐν τῇ αὐτῇ τάξει μένουσαν, ἐν ᾗ καὶ κατέλιπον καὶ μήθ' ὑπὸ πνευμάτων μήθ' ὑπὸ ὄμβρων ἠλλοιωμένα, διὰ τὸ πάντα τὰ νέφη καὶ τας τῶν ἀνέμων συστάσεις ὑποκάτω τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς συνίστασθαι. Πολλάκις δὲ καὶ οἱ εἰς Σαταβύριον ἀναβαίνοντες διὰ τῶν νεφῶν ποιοῦνται τὴν ἀνάβασιν καὶ ὑποκάτω τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς θεωροῦσι τὴν τῶν νεφῶν σύστασιν.* Adde Senecam *Quaest. nat.* I, 2: *Superiora* (loca atmosphaerae) *non habent coronas, quia ne ventos quidem.* Res falso contenditur *) et petita est procul dubio fabula ex Homeri *Odyss.* VI, 41 sqq. ubi de Olympo poëta:

---

*) Cfr. quae disserui *Meteorol. veter.* III, 13. p. 81 sq. Quod ibi monui Aristotelem etiam dicere fortasse voluisse in superioribus locis alios spirare ventos, quam in inferioribus, id totius orationis nexus nullo modo fert. Caeterum aliam de origine fabellae, fuisse aras, unde favillam e sacrificiis relictam nullus ventus disiiciat, quas componit cum aris subdivalibus, in quas nunquam impluat, cum locis ubi dedicati flores nativum succum et colorem integrum per annum servare dicantur, sententiam proposuit Lobeckius *Aglaopham.* II. p. 895 not. n, quem adi. Statuas arasque Deorum sub divo positas neque nive humectari neque imbre plures narrant (Tzschucke ad Ampel. *libr. memor.* c 8. p. 87) derisi a Polybio XV, 12.

Ἡ μὲν ἄρ' ὣς εἰποῦσ' ἀπέβη γλαυκῶπις Ἀθήνη
Οὔλυμπόνδ' ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
ἔμμεναι· οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται· ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Quos versus imitatus est Lucanus *Phars.* II, 270 sq.

— — *Nubes excedit Olympus,*
Pacem summa tenent.

Fabulas saepenumero ex poëtarum versibus esse repetitas, quis est qui nesciat? Ita (ut tamen exempla afferam) quae apud Theophrastum *de vent.* §. 13. p. 762 de mutatione temperiei in insula Creta adlata sunt, petita sunt procul dubio ex versibus Homericis *Od.* XIX, 173 sq.:

Καλὴ καὶ πίειρα περίρρυτος· ἐν δ' ἄνθρωποι
Πολλοὶ ἀπειρέσιοι καὶ ἐννήκοντα πόληες

docente Schneidero ad Theophr. Tom. IV. p. 687, post quem quae monui in Berghaus *Annalen der Erd-, Länder- und Völkerkunde* vol. V. p. 449 sq. conferas velim. Herodotus (VII, 35) monente Blomfieldo (*Glossar. in* Aesch. *Pers.* 728. p. 176 ed. Oxon.) fabulam de catenis a Xerxe in Hellespontum deiectis ex male intellectis Aeschyli (*Pers.* 751. Blomf.) versibus hausit his:

ὅστις Ἑλλήσποντον ἱερόν, δοῦλον ὣς δεσμώμασιν
ἤλπισε σχήσειν ῥέοντα Βόσπορον ῥόον θεοῦ,
καὶ πόρον μετερρύθμιζε καὶ πέδαις σφυρηλάτοις
περιβαλὼν πολλὴν κέλευθον ἤνυσεν πολλῷ στρατῷ.

Alia exempla apposuit Blomfieldus. Ipse duo adhuc addam. Cum apud Horatium *Satir.* I, 7 sermo fiat de Rupilio Rege quodam, Scholiastes Crucquii historiam inde finxit, regem illum fuisse Praenestinorum, ab his depulsum et tempore triumvirûm proscriptum. Quod minime est vero simile: nam nequaquam addidisset Horatius v. 33 — 35, qui tunc demum salis aliquid accipiunt, si regem tantum vocatum esse, non vere regem fuisse existimamus. Neque offendit transpositio Regis Rupilî. Cfr. *Epp.* I, 15, 3: Musa Antonius. Drakenborch ad Liv. II, 33, 10. III, 1, 1. Schneider ad

Columell. I, 4, 1. p. 32. Ruddimann. *Instit. gramm. lat.* Tom. II. p. 392 ed. Stallbaum. Fortasse Rupilius ille idem est, cuius, infimo loco nati hominis, secundam fortunam collaudat Valerius Maximus VI, 9. Cfr. Sigonium *de antiquo iure civili Rom.* II, 4. Ruperti *Diss. ad Valer. Maxim.* p. 400 sq. Deinde regis nomen accepit ea potestate, qua saepe apud Horatium rex divitem significat. cfr. *de art. poët.* 434. *Satir.* II, 3, 97. Klotz *Vindic. Horat.* p. 60. 173. Taubmann ad Plaut. *Mil. glorios.* III, 6. p. 736. Ex Homeri (*Iliad.* β', 670) de Rhodo versu:

Καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων

(quem tamen uncis seclusit Wolfius) nata est fabula de Rhodo aureo imbre perfusa, quam amplius extendere Pindarus *Olymp.* VII, 63 sqq. Claudian. *de laud. Stilichon.* III, 226 sq. Ammian. Marcellin. XVII, 7, 13. — Sed iam satis exemplorum. Alii aliter senserunt, veluti Theophrastus *de causs. plantar.* III, 12, 3 ubi dicit: *κατὰ τὰς ὀρεινὰς καὶ ἀνεμώδεις* . . . . . et Virgilius *Georg.* II, 440 sq.:

Ipsae Caucasiae steriles in vertice silvae
Quas animosi Euri adsidue franguntque feruntque
Dant alios aliae foetus.

et *Aeneid.* IV, 246 sqq.:

— iamque volans apicem et latera ardua cernit
Atlantis duri, caelum qui vertice fulcit;
Atlantis, cinctum adsidue cui nubibus atris
Piniferum caput, et vento pulsatur et imbri:
Nix humeros infusa tegit.

Livius XL, 22 de Philippo Haemum conscendente ait: *ut iugis adpropinquabant, quod rarum in aliis locis esset, adeo omnia contecta nebula, ut haud secus quam nocturno itinere impedirentur.* — *ῥεῖ δὲ κύκλῳ ἀὴρ* legit Bag. *fluit autem aër circulariter. διὰ τοῦ συνεφέλκεσθαι* E.

18. Pro *ἐκθλιβομένου* cod. E. exhibet *ἐκ τοῦ θλιβομένου.* — Deinde pro *ἄλλα,* quod exhibet Bekkerus, scripsi *ἄλλο* cum Ald. Cam. Vicom. P. S. Er. Cas. Bag. *alia autem — fertur* (particula). *ἐν μέρει* sicut alibi *ἐν τῷ μέρει, ἀνὰ μέρος sua*

vice, *vicissim*. Cfr. Gronov. ad Arrian. *Anab. Alex.* III, 26 p. 142. Wesseling ad Diodor. Sicul. II, 34. Tom. I. p. 148, a et ad Herodot. p. 605. Perizon. ad Aelian. *Var. H.* III, 3. Bergler ad Aristophan. *Ran.* 32. Interpp. ad eiusd. *Av.* 1228. Stallbaum ad Plat. *Phileb.* 114. p. 159. Blomfield *Gloss.* in Aeschyl. *Agamemn.* 323. p. 188. ed. Lips. Imprimis Luciano frequentatur. v. c. *Timon.* 8. I. p. 115. *Dial. Mort.* XII, 1. I. p. 381. *Bis Accus.* 16. II. p. 811. *de Gymn.* 19. II. p. 899. *Musc. Encom.* 13. III. p. 99. alibi. Adde Xenoph. *Anab.* III, 4, 23: ἐν τῷ μέρει οἱ λοχαγοὶ διέβαινον. Comparetur latinum *in partem* apud Horatium *Epod.* II, 39. — De tota paragrapho cfr. quae monui *Meteorol. vet.* III, 13. p. 80. *ἀναθυμιώμενον πῦρ* est ἀήρ, οἷον πῦρ, διὰ τὸ τὴν ἀναθυμίασιν εἶναι οἷον πῦρ, quibus fere verbis supra usus est. Quem vero in verbis: *οὕτω συνεχῶς τὸ μὲν ἀέρος* διατελεῖ πλῆρες ὄν, τὸ δὲ πυρός simpliciter aërem vocat, is est aër vaporibus aquosis repletus, δυνάμει οἷον ὕδωρ. Caeterum, quum bene monuerit Alexander ab Humboldt (*Essai sur les refractions de la zone torride. Voyage. Part.* IV. *Astronom.* Vol. I. p. 127) Aristoteli non ignotum fuisse fluvium aëris calidioris a terra adscendere, quod ego quoque contendens hunc locum respexi, plures alios Aristotelicos locos, quos ipse recenset, ante oculos habuit.

19. Vocabulum δεῖ omisit P. Deinde codex E.: πῶς δεῖ λαβεῖν περὶ τοῦ μεταξὺ τόπου τῶν ἄστρων καὶ τῆς γῆς, τίνος ἐστὶ σώματος πλήρης, omissa copula, quod fere probaverim. — καθ' ἑαυτό exhibent A. N. — Neque in libris de anima neque in dissertatione de sensu et sensili, quales nunc habemus, ea de re sermo factus est. Verba προσήκει λέγειν· πάθος γάρ τι τὸ θερμὸν αἰσθήσεως, iteratione postremi vocabuli deceptus, omisit P. Deinde θερμὸν sine articulo dedimus ex auctoritate codicis E. Reliqui omnes scripti et editi τὸ θερμόν. Male: est enim θερμόν idem, quod ἡ θερμότης. Plat. *Hipp. mai.* p. 293, E: ἀλλὰ τὸ τοιόνδε σκόπει, εἴ σοι δοκεῖ καλὸν εἶναι (i. e. pulchritudo), ubi vide Heindorf. *Phileb.* p. 4: Φίλη-

βος μὲν τοίνυν ἀγαθὸν (summum bonum) εἶναί φησι τὸ χαίρειν πᾶσι ζῴοις καὶ τὴν ἡδονὴν καὶ τέρψιν καὶ ὅσα τοῦ γένους ἐστὶ τούτου ξύμφωνα, ubi vide Stallbaum. — Ita supra I, 3, 14 ὑπερβολὴ γὰρ θερμοῦ καὶ οἷον ζέσις ἐστὶ τὸ πῦρ. Deinde διὰ τίν' αἰτίαν δέ A. Cam. P. Er. S. Cas. Quod etsi fieri potest, ut δέ post tertium quartumve vocabulum locetur (qua de re cfr. Poppo *de elocut. Thucyd.* p. 302. Bornemann ad Xenoph. *Anab.* III, 2, 7, ut poëtas taceam, de quibus Meineke ad Menandr. p. 7. Adde quos laudant Bornemann l. l. Bernhardy ad Dionys. *Perieg.* 387. p. 620) nolui tamen a codd. fide recedere, cum nihil h. l. inter utramque lectionem intersit discriminis, de quo vide Stallbaum ad Platon. *Phileb.* p. 90, etiam latinae linguae non oblitum. — ὄντων ἐκείνων sc. τῶν ἄστρων, minus accurate, cum ἥλιος tantum praecesserit, quem solum commemoravit, cum potissimus sit caloris auctor. Cfr. *de caelo* II, 7. p. 288, a: τῶν ἄνω ἕκαστον ἐν τῇ σφαίρᾳ φέρεται, ὥστ' αὐτὰ μὲν ἐκπυροῦσθαι, τοῦ δ' ἀέρος ὑπὸ τὴν τοῦ κυκλικοῦ σώματος σφαῖραν ὄντος ἀνάγκη φερομένης ἐκείνης ἐκθερμαίνεσθαι, καὶ ταύτῃ μάλιστα ᾗ ὁ ἥλιος τετύχηκεν ἐκδεδεμένος· διὸ δὴ πλησιάζοντός τε αὐτοῦ καὶ ἀνίσχοντος καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ὄντος γίνεται ἡ θερμότης.

20. Ad verba ὥστε καὶ τὰ φερόμενα τηκόμενα φαίνεσθαι πολλάκις conferatur locus Aristotelis *de caelo* II, 7. p. 289, a. ubi de siderum natura locutus, haec ait: ἡ δὲ θερμότης ἀπ' αὐτῶν καὶ τὸ φῶς γίνεται παρεκτριβομένου τοῦ ἀέρος ὑπὸ τῆς ἐκείνων φορᾶς. πέφυκε γὰρ ἡ κίνησις ἐκπυροῦν καὶ ξύλα καὶ λίθους καὶ σίδηρον. εὐλογώτερον οὖν τὸ ἐγγύτερον τοῦ πυρός, ἐγγύτερον δὲ ὁ ἀὴρ οἷον καὶ ἐπὶ τῶν φερομένων βελῶν· ταῦτα γὰρ αὐτὰ ἐκπυροῦται οὕτως, ὥστε τήκεσθαι τὰς μολυβδίδας καὶ ἐπείπερ αὐτὰ ἐκπυροῦται, ἀνάγκη καὶ τὸν κύκλῳ αὐτῶν ἀέρα τὸ αὐτὸ τοῦτο πάσχειν. Eandem rem, nemini recentiorum comprobatam, referunt etiam Lucretius (*de rer. natur.* VI, 178 sq.):

— — — Plumbea vero
Glans etiam longo cursu volvunda liquescit:

Ovidius (*Metam.* XIV, 825 sq.)

— — — — ceu lata plumbea funda
Missa solet medio glans intabescere caelo,

Virgilius (*Aen.* IX, 588 sq.)

Et media adversi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.

Seneca *Quaest. natur.* II, 57, 1: *Sic liquescit excussa glans funda et attritu calidiore igne destillat:* ubi plura exposuit Ruhkopf. Conferatur, quem laudavi *Meteorol. veter.* II, 7. p. 43, Gilbert *Annal.* XVIII. p. 249. XIX. p. 244. Ad vocabulum *φερόμενα* supple: *κατὰ τὴν ἐν κύκλῳ παραδίνησιν*, vel similia. — *τοῦ μὲν οὖν γίγνεσθαι* E. F. — Deinceps F. N. *μᾶλλον γίγνεσθαι*, iidemque mox *γενομένων* pro *γινομένων*. Iterum *μᾶλλον γίνεται* pro *μάλιστα γ.* F.

21. *πρὸς τόνδε τὸν αὐτὸν τόπον* N. — *τόνδε τὸν τόπον* i.e. terram. cfr. Sturz ad Empedocl. II. p. 449. 451. I. p. XXXVII. n. 73. Adde Platon. *Phaedr.* p. 249: *τὸ τῇδε κάλλος.* — Eandem, quam Aristoteles h. l. de calore extrinsecus in terram adlato proponit theoriam, de lumine proposuit Empedocles, qua de re cfr. Aristot. *de sensu* c. 6: *Ἐμπεδοκλῆς φησιν ἀφικνεῖσθαι πρότερον τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου φῶς εἰς τὸ μεταξὺ πρὶν πρὸς τὴν ὄψιν, ἢ ἐπὶ τὴν γῆν*, quem ad locum Alexander Aphrodisiensis fol. 116, b haec habet: *λέγει Ἐμπεδοκλῆς, τὸ ἀπὸ τοῦ ἡλίου φῶς, πρῶτον ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς γῆς γίνεσθαι, εἶθ' οὕτως ἐν τῇ γῇ ὥστε καὶ ἡ ἀκτὶς ἡ ἀπὸ τοῦ ἡλίου οὕτως, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, ὁρᾶται οὐκ εὐθὺς τῷ τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι οὐδὲ ἅμα ὑπὸ πάντων οἷς ἀνέτελλεν, ἀλλ' ἐν χρόνῳ καὶ πλείονι τοῖς πορρωτέρω οὖσιν.* Philopon ad Aristot. *de anima* II, 7. fol. 80, b: *δείξας ὅτι οὐκ ἐστὶ σῶμα τὸ φῶς, ἐγκαλεῖ τοῖς οὕτως ὑπειληφόσιν, ὧν ἐστι καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ὃς ἔλεγεν ἀπορρέον τὸ φῶς σῶμα ὂν ἐκ τοῦ φωτίζοντος σώματος γίνεσθαι πρῶτον ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ τῆς τε γῆς καὶ οὐρανοῦ, εἶτα ἀφικνεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς, λανθάνειν δὲ τὴν τοιαύτην αὐτοῦ κίνησιν διὰ τὴν ταχύτητα — τὸ ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δυσμὰς κινεῖσθαι ἀνεπαισθήτως, τῷ ὄντι μέγα λίαν αἴτημα. δι' ὧν δὲ ἀντιλέγει*

πρὸς Ἐμπεδοκλέα, δείκνυσι πάλιν ὅτι οὐκ ἐστὶ σῶμα τὸ φῶς. εἰ γὰρ ἦν σῶμα, κινήσεως αὐτῷ ἔδει, ἵνα ἔλθῃ, πρὸς ἡμᾶς· εἰ δὲ κινήσεως, καὶ χρόνου. πᾶσα γὰρ κίνησις ἐν χρόνῳ· νῦν δ' ἅμα φωτίζεται καὶ τὰ ἔγγυς καὶ τὰ πόρρω τοῦ φωτίζοντος ὄντα. Adde Themist. ad eund. l. fol. 79, a, ex quo sua hausisse videtur Philoponus. Sed male apud Themist. editur *παχύτητα.* — Mox *διὰ τὸ περιέχον* omisso altero *τό* H. A. Er. S. quod uncis incluserunt P. Cas. *διακρίνεσθαι* pro *διαρραίνεσθαι* A. Er. — *βίᾳ κάτω* inverso ordine F. H. N. — *πεπυρωμένος* pro *ἐκπεπυρωμένος* A. Er. Pro *ἀστέρων* E. A. Er. S. *ἄστρων.* Male. Differunt enim *ἀστήρ* et *ἄστρον*, ut ille sit stella, hoc sidus. vid. Macrob. *Somn. Scip.* I, 19. De illo discrimine, quod grammatici magis tuebantur (cfr. Friedemann ad Strabon. VII. p. 211. ed. Siebenkees), quam scriptores observare solebant, vide Balfour ad Cleomed. p. 300. ed. nov. et Bake ad Posidon. p. 64 sq. Schaefer ad Plutarch. Tom. V. p. 112. ad *Schol. Par.* Apollon. Rhod. II, 517. Tom. II. p. 172. — In sequentibus insignis est lectionis varietas: *καίτοι τὰ μᾶλλον κινούμενα καὶ μᾶλλον ἐκπυροῦται* E. quem secutus est Bekk. *μᾶλλον κινούμ. καὶ θᾶττον ἐκπυρ.* F. H. N. *καὶ θᾶττον καὶ μᾶλλον ἐκπυροῦται* A. Er. *καὶ μᾶλλον ἐκπυροῦται καὶ θᾶττον* Cam. *κινούμενα καὶ θᾶττον ἐκπυροῦται θᾶττον.* S. et ita Bag. *et citius igniantur citius. τὰ μᾶλλον κινούμενα καὶ θᾶττον* [*καὶ μᾶλλον*] *ἐκπυροῦται* [*καὶ*] *θᾶττον.* P. Cas. Vix dubito, quin unum *θᾶττον* ab Aristot. manu profectum fit et scripsi idcirco: *καίτοι τὰ μᾶλλον κινούμενα καὶ θᾶττον ἐκπυροῦται*, ut est in codd. Bekkeri praeter Laurentianum. Aldinam lectionem commendare videtur Theophrastea loquendi ratio: *καὶ πυρωθεὶς ἔτι μᾶλλον καὶ θᾶττον. de igne* §. 11. p. 709. *ὁ ἄνθραξ φυσώμενος μᾶλλον καὶ θᾶττον ἐκκάεται.* §. 29. p. 715. Adde §. 32. p. 716. — Praeterea *καίτοι* omittit Alex. et integra verba *καίτοι ..... ἐκπυροῦται*, quae praeteriit Olymp., damnavit G. quod sane facillimum. Pro *ὅσπερ* P. habet *ὥσπερ* et *δοκεῖ* om. pr. man. N. — *ἥλιος .... φαίνεται λευκός, ἀλλ' οὐ πυρώδης ὤν.* Initio libelli *de coloribus* p. 791, a

haec verba leguntur: *ἀὴρ μὲν γὰρ καὶ ὕδωρ καθ' ἑαυτὰ τῇ φύσει λευκά, τὸ δὲ πῦρ καὶ ὁ ἥλιος ξανθά.* Quod nostro loco repugnat. At libellum istum post Simonem Portum iam dudum Casaubonus (ad Athen. p. 90). Theophrasto vindicavit, indeque a Schneidero inter illius philosophi opera receptus est. Aristoteles *de sensu* c. 3. p. 440, a ait: *ὁ ἥλιος καθ' αὑτὸν μὲν λευκὸς φαίνεται, διὰ δ' ἀχλύος καὶ καπνοῦ φοινικοῦς.* Iam Plato solem *λευκὸν σῶμα* vocaverat. Cfr. Spanhem. ad Iulian. *Caesar.* p. 16. Creuzer ad Plotin. *de pulcritud.* p. 193 sq.

Cap. IV.

His praemissis ad ipsam rem accedit, deque ordine disputans, quem singula elementa in universo occupent, simul exponit, quas ob causas stellarum transcursus igneaeque fiant trabes. Theoriae, quam proponit, etsi rudioris adhuc, prout illius aevi in re naturali secum ferebant notiones, fundamenta vera esse nuper agnovimus, novam illis superstruere conati theoriam, qua de re adi libellum nostrum vernacule conscriptum: *Ueber den Ursprung der Feuerkugeln und Nordlichte.* Berlin 1832. 8. — De stellis transsilientibus adi etiam, quae disseruit Spanhemius ad Callimachi *Hymn. in Del.* v. 38. Tom. II. p. 410 ed. Ernesti.

1. *δι' ἣν αἰτίαν* praebent E. A. Er. *διὰ τίνα* S. Cas. Deinceps *καιόμεναι* pro *καόμεναι* F. H. N. S. et ita ubique. Er. hoc saltem loco iis adstipulatus est. *ἐκκαίονται* praebet etiam cod. Urbin. apud Theophrast. *de causs. plant.* III, 9, 5. In hisce Atticis adnumerandum esse Aristotelem supra diximus, qui constanter exhibebant *ἀετός* (etsi *αἰετῷ* Schneiderus dedit *Histor. animal.* IX, 2, 6. 8. 9, aliis in locis expuncto *ι*), *κάειν, κλάειν* et similia. Cfr. Spanhem. ad Aristophan. *Nub.* 58. Hemsterhus. ad *Plut.* 612. Articulum *αἱ* ante *καιόμεναι* omittunt A. Cam. Er. — *περὶ τὸν οὐρανόν* est *περὶ τὸν γειτνιῶντα μαλιστα τόπον τῇ ἄνω φορᾷ τῶν ἄστρων*, quemadmodum supra locutus est. — Nomen *αἶγες* non propter similitudinem cum caprarum formis accepisse ista phae-

nomena diximus *Meteor. vet.* p. 36, sed cohaerere eius significationem cum verbo *ἀΐσσειν*. Alia eiusdem vocabuli forma est, qua Apollonius Rhodius IV, 820 utitur: *ἀνέμων ἀΐκες*. — *διαφέρει δὲ τῷ μᾶλλον ἢ ἧττον* cfr. *Politic.* I, 1, 2: *πλήθει καὶ ὀλιγότητι διαφέρειν, ἀλλ' οὐκ εἴδει*. Ita infra I, 11, 1 *διαφέροντα τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ πλήθει καὶ ὀλιγότητι*. Adde II, 1, 7. II, 3, 45. — *τὸ αὐτὸ διὰ τὴν αἰτίαν* omissis *καί* et *αὐτήν* E. — *ἀρχὴ δ' ἐστὶ τούτων* omisso *καὶ* P. S.

2. *γὰρ* in initio narrationis positum, ita ut explicationem antegressorum exhibeat: h. l. verborum *ἀρχὴ δ' ἐστὶ .... ἥδε.* cfr. Erfurdt ad Soph. *Antigon.* v. 178. Imprimis frequentatur post enuntiationem, in qua pronomen aliquod demonstrativum. Exempla praebet Matthiaeus *Gr. gr.* §. 615. p. 1243. Verbis *ὥς τινες οἴονται* respicit ad Platonem, qui in *Timaeo* p. 56 D dixit omnia elementa in terram posse mutari, terram vero in nullum. Eius verba haec sunt: *γῆ μὲν ξυντυγχάνουσα πυρὶ διαλυθεῖσά τε ὑπὸ τῆς ὀξύτητος αὐτοῦ φέροιτ' ἄν, εἴτ' ἐν αὐτῷ πυρὶ λυθεῖσα εἴτ' ἐν ἀέρος εἴτ' ἐν ὕδατος ὄγκῳ τύχοι, μέχριπερ ἂν αὐτῆς πῃ ξυντυχόντα τὰ μέρη, πάλιν ξυναρμοσθέντα αὐτὰ αὑτοῖς, γῆ γένοιτο. οὐ γὰρ εἰς ἄλλο γε εἶδος ἔλθοι ποτ' ἄν.* Adde *Plac. Philos.* apud Plutarchum I, 17. Tom. IV. p. 554: *τὴν γῆν εἴς τι τούτων* (reliquorum trium elementorum) *ἀμετάβλητον*, et Philopon. ad I, 3, 21, cuius verba in scholiorum excerptis adscripsimus. Caeterum non opus est, ut cogitemus, alios praeter Platonem hanc sententiam habuisse. Ubi enim hunc suppresso nomine notat, saepe plurali numero utitur. *Ethic. Nicom.* I, 4, 3: *ἔνιοι δὲ ᾤοντο* .... V, 7, 2: *δοκεῖ δὲ ἐνίοις πάντα εἶναι τοιαῦτα* ..... VI, 13, 3: *διόπερ φασὶ πάσας τὰς ἀρετὰς φρονήσεις εἶναι*, quae ad loca vide Zell. Tom. II. p. 17. 187. 247. *Polit.* I, 1, 2: *ὅσοι μὲν οὖν οἴονται* ..., ubi iterum solum Platonem ante oculos habet (*Politic.* p. 104. ed. Fischer). *de anima* I, 2. p. 404, a: *ἐπὶ ταὐτὸ φέρονται καὶ ὅσοι λέγουσιν τὴν ψυχὴν τὸ αὐτὸ κινοῦν*, quam sententiam Plato proposuit in *Phaedro*. Acerbius dictum est, ut fere nos:

wie gewisse Leute sagen. Atque ita etiam, ubi de aliis loquitur. *Polit.* I, 1, 5: *Διό φασιν οἱ ποιηταί·*

βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκός,

quae verba unius sunt Euripidis *Iphigen. Aulidens.* 1400.*) Nescio an latius etiam pateat hic usus pluralis numeri et de uno scriptore intelligenda sint verba Schol. ad Aristophan. *Ran.* 365: *οἱ ποιήσαντες τοὺς Φερεκράτους Πέρσας* et Strabonis V. p. 339: *οἱ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες*, quibus de locis adi Meineke *Quaest. scenic.* Spec. II. p. 34 aliter statuentem. — In reliquis nulla lectionis varietas, quamvis egregie corrupta sint verba. *ἀτμιδώδη* pro *ἀτμίδα* (ut omnes exhibent), quod sequens *καπνώδη* et antegressum *ἀτμιδωδεστέραν* efflagitant, legisse videtur Olympiodorus fol. 9, b et ita etiam corrigendum esse censet Schleiermacher *Mus. der Alterthumswissensch.* I. p. 389. Cfr. II, 3: *τῆς δ' ἀτμιδώδους ἀναθυμιάσεως καὶ τῆς ξηρᾶς.* Postrema in omnibus codicibus et editis sic exhibentur: *τὴν μὲν πνευματώδη ἐπιπολάζειν διὰ τὸ θερμόν, τὴν δ' ὑγροτέραν ὑφίστασθαι διὰ τὸ βάρος.* Cfr. *de caelo* IV, 4. p. 312, a: *ἐναντίον γὰρ τὸ μὲν μέσον τῷ ἐσχάτῳ, τὸ μὲν ὑφιστάμενον ἀεὶ τῷ ἐπιπολάζοντι.* At qualis precor oppositio haec est *ἐπιπολάζειν διὰ τὸ θερμόν ..... ὑφίστασθαι διὰ τὸ βάρος!* Non explicata sunt haec verba ab Olympiodoro fol. 10, a. Philopono fol. 84, a. Unde glossatoris manu ea propter insequentia adscripta esse eram suspicatus. Tetigit autem Alexander fol. 76, b, ubi haec verba leguntur: *καλεῖται δ' ἡ μὲν ὑγρὰ (ἀναθυμίασις) ἀτμίς, ἡ δὲ ξηροτέρα καπνώδης τε μᾶλλον καὶ πνευματώδης, ἄμφω θερμότητος μετέχουσαι τῷ διὰ θερμότητα γίνεσθαι· τούτων δὲ τὴν μὲν ξηροτέραν καὶ καπνώδη ἐπιπολάζειν διὰ κουφότητά τε καὶ θερμότητα· τὸ γὰρ ξηρὸν θερμὸν προσλαβόν, κοῦφον· τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ πυρὸς φύσις· τὴν δὲ ὑγροτέραν τε καὶ ὑδατώδη ὑφίστασθαι*

---

*) Cfr. cum hocce versu fragmentum ex *Telepho* Euripidea XXIII. p. 590 Musgrave apud Clement. Alexandrin. p. 624:

Ἕλληνες ὄντες βαρβάροις δουλεύσομεν;

διὰ βαρύτητα. *γίνεται μὲν γὰρ τὸ ὑγρὸν θερμότητα προσλαβὸν ἀήρ. ἔχει δέ τι καὶ βάρους ὁ ἀήρ.* Cum utraque evaporatio *θερμότητα* nacta sit (*τὸ ἀνάγον πῦρ,* ut infra loquitur), quia a solis calore provocatur (*θερμαινομένης τῆς γῆς ὑπὸ τοῦ ἡλίου*), cum potius Aristoteli, sanis prioribus illis verbis, dicendum fuisset *τὴν ὑγροτέραν ὑφίστασθαι διὰ τὸ ἧττον θερμόν*, cum deinde Alexander, utrumque vocabulum *τὸ κοῦφον* et *τὸ βάρος* (utrumque enim explicat) legisse videatur, cum *διὰ τὸ κοῦφον* idem explicuisset per *διὰ τὴν κουφότητά τε καὶ θερμότητα,* mihi visum est in locum vocabuli *θερμόν* substituere vocabulum *κοῦφον,* cui cum glossator quidam adscripsisset talia fortasse *κοῦφον γὰρ διὰ τὸ θερμόν,* posterius in textum irrepsit et prius legitima sua ex sede expulit.

3. Elementum, quod *διὰ συνήθειαν* vocatur ignis, revera autem ab igne diversus est, *ἀνώνυμον* est Aristoteli. Heraclitus hac significatione usus est vocabulo *πρηστήρ* in fragmento apud Clement. Alexandrin. *Strom.* V, 14. p. 711. (Vide Schleiermacher l. l. p. 378 sq.) *). De penuria vocabulorum

---

*) Quod in crimen vertit Aristoteli Schleiermacherus contendens ab Heraclito sua mutuasse taciteque suum in usum convertisse philosophum. Quod inde ab antiquis temporibus saepenumero factum est, ut Aristotelem accusarent priorum philosophorum opiniones ac sententias defraudasse, aut consulto eas detrectatum isse, ut reliquias pro suis vendere posset. cfr. Euseb. *Praep. Evangel.* XV, 6. p. 802. Porphyr. *vit. Pythag.* p. 205. Qua in re satis est ablegasse ad tales locos, quales *Ethic. Nicom.* X, 10: *πρῶτον μὲν οὖν εἴ τι κατὰ μέρος εἴρηται καλῶς ὑπὸ τῶν προγενεστέρων πειραθῶμεν ἐπελθεῖν.* Si quis ullo in loco Aristotelem scriptorem quendam, cuius opera legisset, ita velit tractasse, ut nomine eius non adlato opiniones eius tamquam suas proposuerit, id fortasse de Hippocrate valet. Illius enim obiter tantum mentionem facit *Polit.* VII, 4, ubi quemvis alium magnum virum tamquam exemplum proferre poterat: et aliis in locis, ubi ipsius sententiam refellit, nomen eius tacet, ut *Meteor.* I, 13. Attamen multa ex scriptis illius petiisse Aristotelem testis nobis est Galenus *de natural. facult.* I, 2. Tom. II. p. 5 (V. p. 9. ed. Charter.): *ὅτι δὲ καὶ Ἱπποκράτης οὕτως ἐγίνωσκεν, Ἀριστοτέλους ὢν ἔτι πρότερος, ἐν ἑτέροις ἡμῖν ἐπιδέδεικται* et paulo post p. 10 Chart.:

saepenumero conquestus est Aristoteles, veluti *Ethic. Nicomach.* II, 7. p. 1108, a: *πειρατέον δ᾽ ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, αὐτοὺς ὀνοματοποιεῖν σαφήνειας ἕνεκεν καὶ τοῦ εὐπαρακολουθήτου*, ubi plura Gifanius de recta ratione vocabula novandi (Tom. II. p. 72 sq. ed. Cardwell. Oxon. 1830. 8.). Ita *Politic.* I, 2, 2 desiderat vocabulum, quo significetur ratio, causa et finis coniunctionis inter uxorem et maritum (Schneideri verbis utor), praecipue vero auctoritas, quae sit mariti in uxorem, quodve imperium, uti *δεσποτικὴ* significat rationem imperii et auctoritatis herilis in servum. Quem igitur in finem utitur vocabulo *ἡ γαμική*, addit tamen: *ἀνώνυμον γὰρ ἡ γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς σύζευξις.* Adde infra IV, 2, 1: *λοιπὸν δ᾽ εἰπεῖν τὰ ἐχόμενα εἴδη, ὅσα αἱ εἰρημέναι δυνάμεις ἐργάζονται ἐξ ὑποκειμένων τῶν φύσει συνεστώτων ἤδη· ἔστι δὴ θερμοῦ μὲν πέψις, πέψεως δὲ πέπανσις, ἕψησις, ἔτι ὄπτησις· ψυχρότητος δὲ ἀπεψία, ταύτης δὲ ὠμότης, μώλυσις, στάτευσις. δεῖ δ᾽ ὑπολαμβάνειν μὴ κυρίως ταῦτα λέγεσθαι τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασιν, ἀλλ᾽ οὐ κεῖται καθόλου τοῖς ὁμοίοις, ὥστε οὐ ταῦτα ἀλλὰ τοιαῦτα δεῖ νομίζειν εἶναι τὰ εἰρημένα εἴδη.* — *τὰ θερμόν* pro *τὸ θερμ.* E. Deinde E. F. *λέγωμεν.* — *ἀνώνυμος γὰρ καὶ κοινόν* A. Cam. — Pro *ὅμως* E. *ὁμοίως.* — *ἐκκαίεσθαι* solito more F. H. N. et ita etiam paulo post. — *ὑπὸ ταύτην τὴν φύσιν* i. e. *ὑπὸ τοῦτο.* Usum huius vocabuli periphrasti-

---

καὶ μέντοι καὶ τὸ κεράννυσθαι δι᾽ ἀλλήλων ὕλας αὐτὰς δι᾽ ὅλων Ἱπποκράτης ἁπάντων ὧν ἴσμεν πρῶτος ἔγνω. καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν ἀποδείξεων, ὧν ὕστερον Ἀριστοτέλης μετεχειρίσατο παρ᾽ ἐκείνῳ προτέρῳ γεγραμμένας ἐστὶν εὑρεῖν. II, 4. p. 89. (V, p. 37): *Ἱπποκράτους ταῦτα σύμπαντα πρώτου, δευτέρου δ᾽ Ἀριστοτέλους εἰπόντος.* ibid. p. 90 (37): *Ἱπποκράτης μὲν πρῶτος ἁπάντων ὧν ἴσμεν ὀρθῶς εἶπεν, Ἀριστοτέλης δὲ δεύτερος ὀρθῶς ἐξηγήσατο.* ibid. p. 92 (38): *ὁ κατάλογος τῶν προειρημένων ἐνδείκνυται δογμάτων, ἃ πρώτου μὲν Ἱπποκράτους ἦν, δευτέρου δ᾽ Ἀριστοτέλους, τρίτων δὲ τῶν Στωϊκῶν.* Quodsi liber *de aëre, aquis et locis* ab Hippocrate conscriptus est, qua de re nemo dubitavit (cfr. Link in *Abhandl. der Berl. Acad.* 18$\frac{1}{1}\frac{3}{4}$. *phys. Cl.* p. 236), quot et quanta ex Hippocratis operibus, ad ipsa usque verba hauserit Aristoteles, ex illo potissimum elucet.

cum, Aristoteli imprimis tritissimum post Creuzerum ad Plotin. *de pulcritud.* p. 139 sq. explicuit Zell ad Arist. *Eth. Nicom.* I, 13, 15. Tom. II. p. 58. Adde Fischer ad Weller. Tom. III, I. p. 287. Creuzer ad Procl. Tom. I. p. 52. Stallbaum ad Plat. *Phileb.* p. 83, qui etiam de latino loquendi usu monuit.

4. *δεῖ δή* F. N. *ὑπέκκαυμα*, cuius in locum habet A. *ὑπέκαυμα*, Vatablus vertit *succensionem*, qua significatione illud vocabulum nusquam occurrit; significat potius *igniarium*, materia cuius ope ignis provocatur. cfr. Theophrastum *de igne* §. 29. p. 715. §. 63. p. 727. §. 73. p. 730. Eodem modo occurrit *ἔκκαυμα* ibid. §. 72. Adde Pierson. ad Moerid. p. 362, a. ed. Koch. Unde recte Vicomerc. convertit *succensionis fomitem.* — Deinceps *ὃ* omittit E. — Idem prima manu *εἴπωμεν.* — Pro *περιτετάσθαι* cod. Morellii apud S. et Cas. in marg. *γρ. περιτετάχθαι.* Denique *πολλάκις ὥσπερ καπνόν* omisso articulo E. A. Cam. Er. Aristoteles hac argumentatur ratione: Elementum, quod superiorem locum occupat, perperam ignem vocamus: non enim est ignis ipse, qui sine materia substrata existere nequit, sed id, quo ignis procreatur, vel potius ipsa illa substrata materia, causa et origo flammarum, quae in supero loco conspiciuntur. Ignem (*φλόγα*) sine materia (*ὑποκείμενον*) existere non posse, esse eum potius sicci spiritus fervorem. Eadem repetit infra IV, 9: *ἔστι γὰρ ἡ φλὸξ πνεύματος ξηροῦ ζέσις.* Neque sine causa ait *ἐκχέεσθαι ὥσπερ τὸν καπνόν.* Est enim, quemadmodum ipse loquitur (*de generat. et interit.* II, 4. p. 331, b) *ἡ φλὸξ κάπνος καόμενος*, quae iisdem fere verbis repetit Theophrastus *de igne* §. 3. p. 706. Conferatur etiam locus *de partt. animal.* II, 2. p. 649, a: *τάχα δὲ καὶ ἡ τοῦ πυρὸς φύσις, εἰ ἔτυχε, τοιαύτη τίς ἐστιν· ἴσως γὰρ τὸ ὑποκείμενόν ἐστιν ἢ καπνὸς ἢ ἄνθραξ, ὧν τὸ μὲν ἀεὶ θερμὸν (ἀναθυμίασις γὰρ ὁ καπνός), ὁ δ' ἄνθραξ ἀποσβεσθεὶς ψυχρός.*

5. Pro *ἔχῃ* N. praebet *ἔχει.* A. P. Er. Cas. *ἔχοι* — *διαφέρει οὖν δή* E. A. Er., quam lectionem recepimus. Reliqui *διαφέρει δ' ἤδη.* Lectionis varietatem agnovit iam Bag. vertens:

differt igitur et in margine enotans: *a. l. autem iam.* — ἐκκαίεται, ἐκκαιομένης et ita per totum fere caput (nisi quod §. 11 exhibet ἐκκαομένης) Bekkerus quam inconstantiam codicum auctoritate, qui nullius hac in re sunt ponderis, defendere nequit. — ἢ τό correxit E. πλῆθος αὐτοῦ F. ἢ κατὰ τὸ πλῆθος αὐτοῦ Cam. γρ. Cas. Deinde ἐὰν pro ἂν F. H. N. — κατὰ τὸ μῆκος μόνον addito articulo N. Pro ἀρούρᾳ A. (legitur enim ἀρούρ".) Er. Cam. exhibent ἀρούραις.

6. ἐὰν μὲν οὖν pro καὶ ἐὰν μέν N. πλεῖον praebent F. H. N. non inepte. cfr. Buttmann *Gr. gr. max.* §. 68. p. 274. Poppo *de elocut. Thucyd.* p. 223. — Pro ἢ τὸ πλάτος E. καὶ τὸ πλάτος. A. Cam. Er. ἢ κατὰ τὸ πλάτος. Pro οἷον N. habet οὖν. — ἀποσπινθηρίζειν i. e. σπινθῆρας ἀπορρίπτειν, ut loquitur Diodorus Siculus III, 48. p. 216. ἅμα δὲ καόμενον E. Cam. Er. *praeter morem, ut cum aliunde patet, tum ex loco de generat. et interitu* I, 7 (p. 324, b. ed. Bekk.) ἢ ἄλλο τι πάσχει ἅμα ποιοῦν, monente Sylburgio. — κατὰ μικρὰν μὲν A. Er. Pro ἐπ᾽ ἀρχὴν F. exhibet ἐπάρχειν. — ἐπ᾽ ἀρχήν, ut alibi ἀρχήν et τὴν ἀρχήν *prorsus*. Exemplis a Reizio ad Viger. p. 723 post Lennep ad Phalarid. *Epp.* XVI. p. 94 collatis adde Xenoph. *Anabas.* VII, 7, 28: ὅσῳ περ χαλεπώτερον ἐκ πλουσίου πένητας γενέσθαι ἢ ἀρχὴν μὴ πλουτῆσαι καὶ ὅσῳ λυπηρότερον ἐκ βασιλέως ἰδιώτην φανῆναι ἢ ἀρχὴν μὴ βασιλεῦσαι. et Hemsterhus. ad Lucian. *Nigrin.* Tom. I. p. 66. ἐπὶ additum est, ut saepe solet inservire adverbiorum circumscriptionibus. Ast ad Plat. *de legg.* p. 132. Heindorf ad Platon. *Gorg.* §. 17. Lobeck ad Phrynich. p. 48. — Pro μήκη N. et cod. Accoramboni (p. 474) praebent μέρη, quod recepi, paulo post ea de re moniturus. — πολλὰ ἢ διεσπαρμένα pr. manu E. πολλαχῇ A. Er. S. Cas. et ita ubique. Denique καὶ κατὰ βάθος H. N. et μέγεθος pro βάθος A. Er. — Aristoteles in omni philosophia quatuor cogitationis aeterna fundamenta agnoscit, sed alias in aliis disciplinis inducit eorum formas*). Cum enim *Analyt. Poster.*

*) Ita *Rhetoric.* I, 3. p. 1358, a ait: ἔστι δὲ τῆς ῥητορικῆς τρία

II, 11. p. 94, a dicat: *ἐπεὶ δὲ ἐπίστασθαι οἰόμεθα ὅταν εἴδωμεν τὴν αἰτίαν, αἰτίαι δὲ τέτταρες, μία μὲν τὸ τί ἦν εἶναι, μία δὲ τὸ τίνων ὄντων ἀνάγκη τοῦτ' εἶναι, ἑτέρα δὲ ἡ τί πρῶτον ἐκίνησε, τετάρτη δὲ τὸ τίνος ἕνεκα, πᾶσαι αὗται διὰ τοῦ μέσου δείκνυνται*, ex hisce patet eum in logica et formali rerum definitione quatuor discernere causarum genera 1) *τὸ τί ἦν εἶναι* — essentia, quatenus cognitionem admittit et definitionem (cfr. imprimis *Metaphys.* II, 6. Trendelenburg in *Rhein. Mus.* II, 4. p. 457 sqq.) 2) *τὸ τίνων ὄντων ἀνάγκη τοῦτο εἶναι* — 3) *τί πρῶτον ἐκίνησε* — 4) *τὸ τίνος ἕνεκα.* Eandem principiorum *τέτρακτυν* in rerum, quae sensu percipiuntur, tractatione proponit (*Phys. Auscultat.* II, 3. p. 195, b sqq.), materiam (*ὕλην* vidi comment. ad I, 2. i. e. *τὸ ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος*). 2) *τὸ εἶδος* formam — 3) *τὸ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἡ πρώτη ἢ ἠρεμώσεως*, primum movens. 4) *τὸ οὗ ἕνεκα* finis et bonum cfr. *Polit.* I, 2. p. 1252, b: *τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ τέλος βέλτιστον.* Videamus igitur, an haec quatuor principia in tractatione phaenomenorum, de quibus agitur, reperiantur. *τὸ ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος* est elementum illud, quod *πῦρ* vocare solemus et quod ipse h. l. Aristoteles *ὑπέκκαυμα* appellandum esse statuit. — *τὸ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως* est circularis primi elementi motus. Iam ad formam (*εἶδος*) transeamus. *Phys. Auscult.* IV, 1. p. 209, a dicit: *διαστήματα* (dimensiones) *μὲν ἔχει τρία, μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος, οἷς ὁρίζεται σῶμα πᾶν.* Cum de corpore sermo sit, necesse est, ut tribus simul dimensionibus utatur. Quando igitur distinguit

1) *ἂν μὲν πλάτος ἔχῃ καὶ μῆκος τὸ ὑπέκκαυμα*

2) *ἂν δὲ κατὰ μῆκος μόνον* sc. *ᾖ*

dicere noluit, illa *ὑπεκκαύματα* altitudine (*βάθει*) carere, haec et altitudine et latitudine (*πλάτει*), sed hasce dimensiones nulla

---

εἴδη τρία τὸν ἀριθμόν· τοσοῦτοι γὰρ καὶ οἱ ἀκροαταὶ τῶν λόγων ὑπάρχουσιν ὄντες· σύγκειται μὲν γὰρ ἐκ τριῶν ὁ λόγος, ἔκ τε τοῦ λέγοντος, καὶ περὶ οὗ λέγει, καὶ πρὸς ὅν, καὶ τὸ τέλος πρὸς τοῦτόν ἐστι, λέγω δὲ τὸν ἀκροατήν.

ratione posse comparari cum tertia, aut tertiam illam cum reliquis. Itaque non mirum, si dicit phaenomena vocari *δαλοὺς καὶ αἶγας καὶ ἀστέρας*, quando *τὸ ὑπέκκαυμα κατὰ μῆκος μόνον ᾖ*, cum tamen deinde tamquam primam caprae qualitatem proponat hanc: *ἐὰν τὸ ὑπέκκαυμα ᾖ πλέον κατὰ τὸ μῆκος ἢ τὸ πλάτος* et de tribus dimensionibus caprarum loquatur in his verbis: *ἐὰν τὰ μήκη . . . . . διεσπαρμένα ᾖ καὶ ὁμοίως κατὰ πλάτος καὶ βάθος.* — Nescio tamen quid insit hisce verbis contricatius atque idcirco (fere eodem modo, quo nostrum locum corrigere voluit Koenigmann *Geogr. Aristotel.* p. 59. not. 154) scribendum censeo: *ἂν μὲν γὰρ πλάτος ἔχῃ καὶ μῆκος — πολλάκις ὁρᾶται καομένη φλὸξ — ἂν δὲ μῆκος μόνον* (omisso *κατά*) *οἱ καλούμενοι δαλοί — καὶ ἐὰν μὲν πλέον — ᾖ κατὰ τὸ μῆκος ἢ κατὰ τὸ πλάτος* (addito *κατά*), *ὅταν μὲν οἷον ἀποσπινθηρίζῃ — αἲξ καλεῖται — — ἐὰν δὲ τὰ μέρη τῆς ἀναθυμιάσεως — διεσπαρμένα ᾖ — — οἱ δοκοῦντες ἀστέρες διᾴττειν γίνονται.* — Denique veteres editiones solent exhibere *διάττειν*. cfr. Pierson. ad Moerid. p. 274, b sqq. ed. Koch.

7. *ἐκκρούεται καὶ ἐκθλίβεται*, quemadmodum cum Bekkero scripsimus, solus praebet E. *ἐκκρούεται καὶ ἐκκρίνεται* F. H. N. Cam. P. Cas. *ἐκθλίβεται καὶ ἐκκρίνεται* A. S. *ἐκκρίνεται καὶ ἐκθλίβεται* Er. — *μᾶλλον — ἀλλ' οὐκ.* Isocrat. *ad Nicocl.* p. 23, B. *μᾶλλον αἱροῦνται συνεῖναι τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν, ἀλλ' οὐ τοῖς ἀποτρέπουσι,* quem locum laudat Matthiaeus *Gramm. gr.* §. 455, 3. b. Iaculationi quam incensioni similiorem esse stellarum transcurrentium motus idcirco ait, cum ipse *Problem.* XXVI, 23. p. 942, b earum delapsum vento attribuat: *διὰ τί ὅταν ἀστέρες διᾴττωσιν, ἀνέμου σημεῖον; ἢ ὅτι ὑπὸ τοῦ πνεύματος φέρονται καὶ πρότερον ἐκεῖ γίνεται πνεῦμα ἢ παρ' ἡμῖν; διὸ καὶ ἀφ' οὗ ἂν τόπου φέρωνται οἱ ἀστέρες, ἐν τούτῳ καὶ τὸ πνεῦμα γίνεται:* quo de loco videsis, quae composui *Meteorol. veter.* II, 8. p. 46 sq. ubi etiam docui nexum inter hanc directionem et regionem, ex qua venti sive spirant, sive spirabunt, etiam recentes interdum physicos, sed iusto parcius enotasse, laudans v. Spix u. v. Mar-

tius *Reise nach Brasilien* (München 1823. 4.) Tom. I. p. 81. Addo nunc Alex. ab Humboldt *Voyage aux rég. équinox.* Tom. I. p. 161. Locis veterum ibi a me compositis addendi sunt, quos composuit Forsterus in *Adnotat.* ad Arati *Diosem. Classic. Iourn.* Vol. XIX. p. 84 sqq. In *Meteorol. vet.* l. l. mendo typographico scriptum est Alex. Aphrod. *Problem.* VI, 73 pro I, 74 fol. 11, b. Ald.

8. Pro ἅπτει cod. E. praebet ἐπί. Deinde κάτω pro κάτωθεν F. N. male! cfr. Lobeck ad Phrynich. p. 128. — τούτων pro τούτου Er. — ἀλλ' ὡς οὐχ ὡς aperto mendo A. Er. Mox pro ῥίψεις cod. N. Cam. Cas. in marg. γρ. ῥίψις. ἢ ῥίψις ἢ τοῦ A. ἡ ῥίψις ἢ τοῦ Er. αὐτοῦ τινος σώματος F. H. N.

9. δὲ statim ab initio omittunt F. H. N. Cam. Er. δή et deinde γάρ omittit E. Sed recte se habet utraque particula. Xen. *Anabas.* I, 3, 14: εἷς δὲ δὴ εἶπε. Idcirco non erat, cur corrigeretur apud Dionys. *Perieg.* v. 186 vulgatum: τοῖς δ' ἔπι δὴ Νομάδων παραπέπταται ἄσπετα φῦλα. Pro ἡ ἀπὸ τοῦ λύχνου γίν. F. praebet εἰ ἀπὸ τοῦ λύχνου γίνεται, non male, si ὡσεὶ scribis. — Idem paulo post exhibet διὰ τοῦ ἐκθλίβεσθαι, ut solet. — ῥιπτεῖται Atticorum more pro ῥίπτεται. cfr. *Rhetor.* I, 5. p. 1361, b. *de mundo* IV, 28: ῥιπτοῦντες. Bornemann ad Xenoph. *Conviv.* II, 8. p. 63. Coray ad Heliodor. Tom. II. p. 70., qui comparat πιεζεῖν. — πυρῆνες sunt nuclei lapidosi fructuum. Commemorantur apud Theophrastum πυρῆνες ῥόας (*Punica Granatum* L. cuius nuclei etiam κόκκοι vocabantur. *Hist. plant.* II, 2, 5. p. 47), ἐλαίας (*ibid.* et *de causs. plantar.* V, 18, 4. p. 583), φοίνικος)*caus. plant.* I, 19, 2. p. 376. *Phoenix dactylifera* L.), ἰτέας (*ibid.*). Adde *Problem.* XX, 24. Dicit igitur Aristoteles praecipitari stellas, quemadmodum laeves fructuum nucleos inter digitos compressos. Vernaculo sermone commode vertas διὰ τὸ ἐκθλίβεσθαι ῥιπτεῖται: *werden durch den Druck weggeknipst.* — Deinde εἰς τὴν γῆν καὶ εἰς τὴν θάλατταν H. F. N. εἰς τὴν θάλασσαν Cam. — ἡμέραν καὶ αἰθρίας οὔσης E. F. H. N. A. Cam. Er. verte: *und zwar.* P. S. Cas. Bekk. omittunt καί. De re cfr. *Meteorol. vet. Gr. et Roman.* II, 8. p. 45,

ubi laudavi Senec. *Quaest. nat.* I, 1, 4: *Si quando tanta vis emicuit, ut etiam adversus diem vindicare suum sibi fulgorem possent, adparent;* et monui nostra etiam aetate stellas transsilientes interdiu non raro esse observatas, quamvis ea de re non levis exstiterit lis inter physicos, qui eius modi se vidisse contenderent, et qui negarent, qua de re conferre iussi: *Edinburgh new philosoph. Journal.* I. Apr. — Octbr. 1826. p. 115. v. Froriep *Notizen* XIV. p. 168. Poggendorff *Annal.* IX. p. 525 sqq. Ideler *Ueber Feuerkug.* p. 28. — Bene autem addit *καὶ αἰθρίας οὔσης*: nusquam enim infra nubes visae sunt (cfr. Alex. ab Humboldt *Voyage aux rég. équinox.* Tom. I. p. 161), etsi id in igneis globis accidit interdum. cfr. Gilbert *Annal.* XV. p. 211.

10. Verba *εἰς τὸ* omittit H. *ῥίπτειν* praebent E. A. Er.: at transitive ponitur *καταῤῥέπειν* apud Sophoclem *Antigon.* 1158, ubi Schol. *γρ. δὲ καταῤῥέπει, ὅ ἐστιν πίπτειν ποιεῖ.* Matth. *Gr. gr.* §. 423. — E. habet *εἰς γῆν* pro *τήν*. Ut nos dedimus cum Bekkero, exhibet etiam cod. Accoramb. p. 474. — *διὸ καὶ οἱ κεραυνοὶ κάτω πίπτουσιν.* Infra II, 9. p. 369, a iisdem fere verbis, quibus h. l. utitur. — *ἐπεὶ καὶ κατὰ φύσιν γε* A. Cam. Er. *ἐπεὶ κατὰ φύσιν* omisso *γε* S.

11. Pro *ὅσα* P. S. Cas. praebent *ὁπόσα* — *μᾶλλον* omittit E. — *ἀνωτάτῳ* S. Cas. *ἄνω* Cam. A. Er.

12. *δέ* post plures enuntiationes intermedias orationem antegressis rursus adnectit. Commode latino vocabulo igitur reddi potest: vide Heindorf ad Plat. *Protagor.* p. 315 B, Bernhardy ad Dionys. *Perieges.* 22. p. 530. — *ὅπως ἂν τύχοι*, ut solent, A. Cam. Er. P. S. Cas. — *ἢ* ante *ἄνω* omittit N. — *πάντα γὰρ τὴν κατὰ διάμετρον φέρεται τὰ τοιαῦτα* cod. Accoramboni p. 474. Caeterum verba *διὰ δὲ τὴν θέσιν ...... τοιαῦτα* paulo difficiliora sunt. Quaeritur enim, quando vi deorsum, naturae lege sursum ferantur necesse sit, quod intelligendum est de motu centripeto et centrifugo, cur non omnino quiescant, utraque vi pari intensitate gaudente. Bene enim, et melius fortasse, quam multi post eum mathematici, explicuit et demonstravit Aristoteles, qua-

lem directionem nanciscatur corpus, duobus viribus aut ex opposito aut non ex opposito moventibus. cfr. *Problem. Mechanic.* p. 848, b. *Metaphys.* XII, 8. p. 1073, a sq. *de generat. et interitu* II, 10. p. 336, a. Poselger in *Abhandl. der Berl. Acad.* 1829. *Cl. mathem.* p. 66 sq. At bene notandum est, verba: *πάντα γὰρ κατὰ διάμετρον φέρεται τοιαῦτα* non ita esse explicanda, ac si viribus duabus sibi invicem oppositis directio *κατὰ διάμετρον* prodiret, quod fieri nequit: *κατὰ διάμετρον* enim nihil est aliud, quam quod paulo ante vocaverat *εἰς τὸ πλάγιον*. Vicomercatus comparat: *τὰ τετράποδα κινεῖται κατὰ διάμετρον de incess. animal.* 1. p. 704, b. cfr. c. 14. p. 712, a. sq. ubi hunc motum ita describit: *αἱ μὲν οὖν κάμψεις τῶν σκελῶν τοῦτόν τε τὸν τρόπον ἔχουσι καὶ διὰ τὰς αἰτίας τὰς εἰρημένας, κινεῖται δὲ τὰ ὀπίσθια πρὸς τὰ ἔμπροσθεν κατὰ διάμετρον. μετὰ γὰρ τὸ δεξιὸν τῶν ἔμπροσθεν τὸ ἀριστερὸν τῶν ὄπισθεν κινοῦσιν, εἶτα τὸ ἀριστερὸν τῶν ἔμπροσθεν, μετὰ δὲ τοῦτο τὸ δεξιὸν τῶν ὄπισθεν.* Adde *Histor. animal.* II, 1, 8. p. 498, b Bekk. *αἱ δὲ κινήσεις τῶν μὲν τετραπόδων καὶ πολυπόδων κατὰ διάμετρόν εἰσι καὶ ἑστᾶσιν οὕτως· ἡ δ' ἀρχὴ ἀπὸ τῶν δεξιῶν πᾶσιν.* Cum tribus dimensionibus gaudeant corpora, tribus etiam modis omnino moveri possunt. *Phys. Auscultat.* V, 5. p. 229, b: *ἐναντία — ἡ ἄνω φορὰ καὶ ἡ κάτω· ἐναντία γὰρ ταῦτα ἐν μήκει· καὶ ἡ εἰς δεξιὰ τῇ εἰς ἀριστερά. ἐναντία γὰρ ταῦτα ἐν πλάτει· καὶ ἡ εἰς ἔμπροσθεν τῇ εἰς τὸ ὄπισθεν· ἐναντία γὰρ καὶ ταῦτα* [*ἐν βάθει* addit cod. Laurentian. F.]. In longitudinem (*κατὰ μῆκος*) igitur moveri nequeunt, de quibus sermo est, corpora ignita propter causam paulo ante prolatam, nisi rarissime, quando vis naturae, quae sursum pellit, vincitur aut vincit vim, quae deorsum ea detrudit; unde dixit *τὰ πλεῖστα εἰς τὸ πλάγιον φέρεται.* Restant motus *κατὰ πλάτος* et *κατὰ βάθος*, quibus nihil obstat et quae bene dicuntur esse motus *κατὰ διάμετρον* aut *ἐς τὸ πλάγιον.* Monuimus autem supra, habere ista corpora latitudinem et altitudinem, quamvis vix comparabiles cum longitudine. — Eandem explicationem (qua usus est etiam Fromondus *Meteorol.* II, 8. p. 84) probavit Seneca, cum

dicat *Quaest. nat.* II, 58 de fulmine, cuius de casu idem valet secundum Aristotelem: *Quare oblique fertur? Quia spiritu constat. Spiritus obliquus est, fluxuosusque. Et quia natura ignem sursum vocat, iniuria deorsum premit, incipit obliquus esse* (adde, quae II, 24 monuit). Quodsi tamen displiceat nostra haec explicatio, paulo contricatior, sed ut mihi quidem videtur, philosophi menti prorsus consentanea, commendamus Koenigmanni (*Geogr. Aristotel.* p. 60. not. 158), qui motum κατὰ διάμετρον fieri docet secundum eam rectam, quae ab istius modi meteororum unoquoque per terrae centrum ad contrarium aëris punctum duci potest. — ἡ πλείστη γίνεται φορὰ λοξή F.

13. ὁτὲ μὲν ἄνω φορά, ὁτὲ δὲ τοῦ ἀέρος συγκρινομένου πῆξις omisso utroque articulo E. — κάτω ταῦτα σελήνης F. H. ταῦτα κάτω σελήνης N. — ὁμοία omittit E. Pro φαινομένη A. Cam. Er. exhibent γιγνομένη· Cas. in margine γρ. γιγνομένη. — ῥιπτομένοις H. S. σελήνην καὶ ἥλιον recepimus ex cod. E. quem sequuti sunt A. Cam. Er. — Bekk. cum reliquis ἥλιον καὶ σελήνην. De re cfr. *Meteorol. vet.* II, 8. p. 44 — 46.

Cap. V.

Phaenomenon, quod hoc capite describit, nullum est aliud, nisi aurora borealis, quam num veteres omnino cognoverint et in scriptis, quae aetatem tulere, tetigerint, saepenumero iniuria a physicis dubitatum est. Quodsi loci, quos post Mairan (*Traité de l'aurore boréale.* Paris 1733. 4. p. 156 sqq.) ipse composui *Meteorol. veter.* II, 10. p. 49 sqq., rem non extra omnem dubitationem posuissent, quaerendum erat quo tandem modo fieri poterat, ut illos lateret phaenomenon in Arabia (Niebuhr *Beschreib. von Arabien* p. 5), in India occidentali (Blane in *Transactions of the Edinburgh royal Society.* Vol. I. Hist. p. 30 — 37), in confiniis Nubiae (Ehrenberg apud Ideler *Ueber den Ursprung der Feuerkugeln u. Nordlichte* p. 91 sqq.) visum. Eodem iure persuasum habeo non incognitas fuisse veteribus solis maculas, etsi non nisi ambiguum ea de re apud Theophrastum (*de sign.* IV, 1. p. 797) et Aratum

(*Diosem.* 90.) vestigium deprehenditur. Vide *Meteor. veter.* X, 49. not. 7. p. 201 sq.

1. *οὔσης* quod reliqui praebent, adstipulante Bekkero omittit E. ut infra I, 10, 2: *γίνεται δ' ἄμφω αἰθρίας τε καὶ νηνεμίας.* Cfr. de omissione participii Matth. *Gr. gr.* §. 663. not. Tom. II. p. 1111. Sed *αἰθρίας οὔσης* legitur II, 8, 28. II, 9, 13. Mox *οἷον χάσματά τε βόθυνοι καὶ αἱματώδη χρώματα* omisso *καί* A. De chasmate et sanguinea caeli specie adi Plinium *Histor. natur.* II, 26 sq. Senec. *Quaest. nat.* I, 14, 2: *Sunt chasmata, cum aliquando caeli spatium discedit et flammam dehiscens velut in abscondito ostentat.* Idem mox de bothynis: *Sunt bothynoe, cum velut corona cingente introrsus igneus caelo recessus est similis effossae in orbem speluncae.* Adi, quem laudat Ruhkopf, Wetsten. ad Matth. XII, 11. XV, 14. — *αἴτιον δὲ ἐπὶ τούτων* F. H. N. *αἴτιον δὲ καὶ ἐπὶ τούτων* P. S. Cas. *causa autem et in his* Bag. Pro *ἐπὶ* Cam. habet *ἔτι.* — Deinceps *ἄνω ὁ ἀήρ* N. *ὁ ἀὴρ ὁ ἄνω* A. Cam. Er. P. S. Cas. — *ὁτὲ δ' οἷον δαλοὺς φαίνεσθαι* H. N. — *ὁ αὐτὸς ἀήρ* omisso *οὗτος* E. A. Er. — Denique *χροίας* M. cum exhibere vellet *χροιάς.* cfr. Schaefer ad Gregor. Corinth. p. 221. Creuzer ad Plotin. *de pulcrit.* p. 195.

2. *πυκνότερον* prima manu N. Idem *δεχόμενος ἀήρ* omisso articulo. Caeterum non de coloribus cogitandum, quos habeat re vera aër, sed quos praebeat, ut videntibus appareant. Cum enim *de sensu et sensili* c. 3. p. 439, a dicat: *ἡ τοῦ φωτὸς φύσις ἐν ἀορίστῳ τῷ διαφανεῖ ἐστιν· τοῦ δ' ἐν τοῖς σώμασι διαφανοῦς τὸ ἔσχατον, ὅτι μὲν εἴη ἄν τι, δῆλον, ὅτι δὲ τοῦτ' ἐστὶ τὸ χρῶμα ἐκ τῶν συμβαινόντων φανερόν* — patet, illi materiae, quam *ὑπέκκαυμα* vocavit, verum colorem inesse non posse. Duplicem vero omnino causam proponit colorum apparentium, alteram *ἔλαττον φῶς διὰ πυκνοτέρου* [*ἀέρος*] *διαφαινόμενον*, alteram *τὸν ἀέρα ἀνάκλασιν δεχόμενον*, quarum posteriorem, etsi non quadrat in phaenomena, de quibus h. l. sermo est, commemoravit tamen, cum infra libro tertio de coloribus hac causa provocatis acturus sit. Simplices esse colores album (*λευκόν*) et flavum (*πυρῶδες*) alio loco affirmat

quibus accedat niger, qui non tam sit color, quam absentia omnis luminis et colorum; reliquos colores fieri *κατὰ τὰς ἐπιπροσθήσεις* (i. e. *τῷ παρ' ἄλληλα κεῖσθαι*), quando alter color alteri apponatur. Eadem significatione vocabulum *ἐπιπρόσθησις* usurpatur, tum alibi, tum apud Theophrastum *de sens. et sensili* § 81. p. 681, ubi haec leguntur: *ὡς τὸ μέλαν ἀποδίδωσιν οὐ ῥᾴδιον καταμαθεῖν. ἡ σκιὰ γὰρ μέλαν τι καὶ ἐπιπρόσθησίς ἐστι τοῦ λευκοῦ· διὸ πρῶτον τὸ λευκὸν τὴν φύσιν*: ubi tamen *ἐπιπρόσθησις* ea significatione accipi potest, qua verbum *ἐπιπροσθεῖν* usurpari docuit Bake ad Cleomed. I, 8. p. 353. Quomodo puniceus et purpureus color ex simplicibus illis admixto nigro oriantur, explicuit Aristoteles *de sens. et sensili* c. 3. p. 440, a: *ἐστὶ μὲν οὖν οὕτως ὑπολαβεῖν πλείους εἶναι χρόας παρὰ τὸ λευκὸν καὶ παρὰ τὸ μέλαν, πολλὰς δὲ τῷ λόγῳ· τρία γὰρ πρὸς δύο καὶ τρία πρὸς τέτταρα, καὶ κατ' ἄλλους ἀριθμούς ἐστι παρ' ἄλληλα κεῖσθαι, τὰ δ' ὅλως κατὰ μὲν λόγον μηδένα, καθ' ὑπεροχὴν δέ τινα καὶ ἔλλειψιν ἀσύμμετρον, καὶ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἔχειν ταῦτα ταῖς συμφωνίαις· τὰ μὲν γὰρ ἐν ἀριθμοῖς εὐλογίστοις χρώματα, καθάπερ ἐκεῖ τὰς συμφωνίας, τὰ ἥδιστα τῶν χρωμάτων εἶναι δοκοῦντα, οἷον τὸ ἁλουργὸν καὶ φοινικοῦν καὶ ὀλίγ' ἄττα τοιαῦτα.* — — Adde *Metaphys.* IX, 2. p. 1053, b: *ἀλλὰ μὴν ἔν γε χρώμασίν ἐστι τὸ ἓν χρῶμα, οἷον τὸ λευκόν, εἶ τὰ ἄλλα ἐκ τούτου καὶ τοῦ μέλανος φαίνεται γινόμενα, τὸ δὲ μέλαν στέρησις λευκοῦ, ὥσπερ καὶ φωτὸς σκότος· τοῦτο δ' ἐστὶ στέρησις φωτός·* IX, 7. p. 1057, a: *ἐπεὶ δὲ τῶν ἐναντίων ἐνδέχεται εἶναί τι μεταξὺ καὶ ἐνίων ἔστιν, ἀνάγκη ἐκ τῶν ἐναντίων εἶναι τὰ μεταξύ — — ἐν χρώμασιν εἰ ἥξει ἐκ τοῦ λευκοῦ εἰς τὸ μέλαν, πρότερον ἥξει εἰς τὸ φοινικοῦν καὶ φαιὸν ἢ εἰς τὸ μέλαν.* Optimum vero commentarium nostri loci praebent ea, quae in libro *de coloribus* § 7 et 8. p. 876 ed. Schn. (c. 2. p. 792, a ed. Bekker) leguntur: *τὰ μὲν οὖν ἁπλᾶ τῶν χρωμάτων ταῦτα καὶ τοσαῦτά ἐστι* (quos colores supra enumeravimus) *). *τὰ δ' ἄλλα*

*) *De causs. plantar.* VI, 4, 1. p. 590 septem colorum genera commemorat: *αἱ δὲ ἰδέαι τῶν χυμῶν ἑπτὰ δοκοῦσιν εἶναι, καθάπερ καὶ τῶν ὀσμῶν καὶ τῶν χρωμάτων.*

ἐκ τούτων τῇ κράσει καὶ τῷ μᾶλλον καὶ τῷ ἧττον γινόμενα πολλὰς καὶ ποικίλας ποιεῖ χρωμάτων φαντασίας. κατὰ μὲν τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον, ὥσπερ τὸ φοινικοῦν καὶ τὸ ἁλουργόν· κατὰ δὲ τὴν κρᾶσιν, ὥσπερ τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν, ὅταν μιχθέντα φαιοῦ ποιήσῃ φαντασίαν. διὸ τὸ μέλαν καὶ σκιερὸν τῷ φωτὶ μιγνύμενον φοινικοῦν· τὸ γὰρ μέλαν μιγνύμενον τῷ τε ἀπὸ τοῦ ἡλίου καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ πυρὸς φωτὶ θεωροῦμεν ἀεὶ γινόμενον φοινικοῦν, καὶ τὰ μέλανα πυρωθέντα πάντα εἰς χρῶμα μεταβάλλειν φοινικοῦν· αἵ τε γὰρ καπνώδεις φλόγες καὶ οἱ ἄνθρακες, ὅταν ὦσι διακεκαυμένοι, φαίνονται χρῶμα ἔχοντες φοινικοῦν· τὸ δ᾽ ἁλουργὸν εὐανθὲς μὲν γίνεται καὶ λαμπρόν, ὅταν τῷ μετρίῳ λευκῷ καὶ σκιερῷ κραθῶσιν ἀσθενεῖς αἱ τοῦ ἡλίου αὐγαί. διὸ καὶ περὶ ἀνατολὰς καὶ δύσεις ὁ ἀὴρ πορφυροειδής ἐστιν ὅτε φαίνεται περὶ ἀνατολὴν καὶ δύσιν ὄντος τοῦ ἡλίου. ἀσθενεῖς γὰρ οὖσαι τότε μάλιστα, πρὸς σκιερὸν ὄντα τὸν ἀέρα προσβάλλουσιν. φαίνεται δὲ καὶ ἡ θάλαττα πορφυροειδής, ὅταν τὰ κύματα μετεωριζόμενα κατὰ την ἔγκλισιν σκιασθῇ· πρὸς γὰρ τὸν ταύτης κλυσμὸν ἀσθενεῖς αἱ τοῦ ἡλίου αὐγαὶ προσβάλλουσαι ποιοῦσι φαίνεσθαι τὸ χρῶμα ἁλουργόν. Astra punicea apparere, cum et oriantur et occidant, quando ingens calor sentitur, docuit etiam Theophrastus *de sign.* II, 1. p. 789, ubi de sole: *ἐὰν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας καυματίας [ἀνατέλλῃ], αὐχμοὺς καὶ ἀνέμους πολυχρονίους σημαίνει.* — Paulo aliter rem expedire conatus est Koenigmann *Geogr. Aristotel.* p. 61. not. 160, cuius cum libellus sit rarissimus, verba huc pertinentia adscribo: *Illud quidem μίγνυσθαι κατά τι haud dubie valet misceri seu consociari cum aliquo. Proprie enim significat misceri ratione alicuius rei. Quod sane nihil aliud est, quam rei ipsi misceri. Sic Noster Problem.* XXVI, 27: *ὅταν συμβῇ, τὸν ἥλιον κατὰ τὸν — ἰσημερινὸν ὑπερβεβηκέναι, quando accidit, ut sol transscenderit aequinoctialem. Ubi ὑπερβαίνειν κατά τι similiter ad verbum sonat: ratione alicuius rei transscendere.* Sed *κατὰ τὰς ἐπιπροσθήσεις* [sc. *τὰς εἰκνίας*] *μίγνυσθαι, consentaneis additamentis, super obtentis* (*nec enim vacat hic prae-*

positio ἐπί) coniungi et sociari notat cum iis copulari, quae paria sint rei efficiendae, adeoque colorem igneum, hoc est album, mutari in puniceum et purpureum queant. Etenim Meteor. III, 2 extr. *philosophus*: τὸ δὲ χρῶμα, *inquit*, ὁτὲ μὲν λαμπρὸν φαίνεται τῶν λαμπρῶν· ὁτὲ δέ, ἢ τῷ μίγνυσθαι τῷ ἐνόπτρῳ, ἢ διὰ ἀσθένειαν τῆς ὄψεως, ἄλλου χρώματος ἐμποίει φαντασίαν· *Splendidorum corporum color nunc quidem videtur splendidus; nunc vero, aut propter ipsius cum speculo suo contagionem, aut propter hebetudinem aciei, alius coloris speciem adfert. Supra autem perhiberi ab eodem Aristotele intelleximus, splendidum quiddam per nigrum, aut in nigro puniceum, at per nigerrimi aliquid, vel in eo, purpureum videri. Itaque color puniceus et purpureus ut ex igneo seu albo appareant, huic offusum aut circumfusum esse debet nigrum quiddam, idque nunc minus, nunc magis validum. Unde et verbis praemissis exempli causa statim subiicit Noster, orientia et occidentia sidera in coloribus, cum scilicet plenus est aër vaporum siccorum seu fumosorum, et per fumum videri punicea.* Haec Koenigmannus. — Ad verbum μιγνυμένων Alex. addit τῷ μέλανι. — ἐπιπροσθέσεις exhibent F. H. N. et pr. man. E. A. Er. Cam. P. Bas. Isingr. S. Cas. Sylburgius tamen ad Aristot. *de caelo* II, 13. p. 103, a probat scripturam per η. — γίνεσθαι pro φαίνεσθαι habet A. — N. καὶ τῇ ἀνακλάσει ποιήσει omisso δέ.

3. σχήματα pro χάσματα E. Deinde confusa sunt, quod saepenumero factum videmus ab Aristotele dua loquendi genera, alterum: τὰ — χάσματα ἀναρρηγνυμένου τοῦ φωτὸς ἐκ κυανεοῦ καὶ μέλανός τι βάθος ἔχειν δοκεῖ, quod coniectura restituere non nimis fortasse audax foret: alterum: τὰ χάσματα τὸ ἀναρρηγνυμένον φῶς ἐκ κυανέου καὶ μέλανος ποιεῖ τι βάθος ἔχειν δοκεῖν, durius illud, cum infinitivus pendeat ab infinitivo, quod tamen apud Aristotelem saepenumero factum est v. c. *Rhetoric.* I, 6. p. 1362, b: πειρᾶσθαί φαμεν πραγμα-

τεύεσθαι. — Verborum ἀναρρηγνυμένου τοῦ φωτὸς ἐκ κυανέου καὶ μέλανος explicatio repetenda est ex verbis Theophrasti *de color.* §. 20. p. 881. ed. Schneid.: ὁ δὲ ἀὴρ ἐγγύθεν μὲν θεωρούμενος οὐδὲν ἔχειν φαίνεται χρῶμα. διὰ γὰρ τὴν ἀραιότητα ὑπὸ τῶν αὐγῶν κρατεῖται χωριζόμενος ὑπ' αὐτῶν, πυκνοτέρων οὐσῶν καὶ διαφαινομένων δι' αὐτοῦ. ἐν βάθει δὲ θεωρούμενος ἐγγυτάτω φαίνεται τῷ χρώματι κυανοειδὴς διὰ τὴν ἀραιότητα· ᾗ γὰρ λείπει τὸ φῶς, ταύτῃ σκότῳ διειλημμένος φαίνεται κυανοειδής, ἐπιπυκνωθεὶς δέ, καθάπερ τὸ ὕδωρ, πάντων λευκότατός ἐστιν. Caeruleus igitur color aëris est. Addimus Platonis de coeruleo colore sententiam (*Tim.* p. 68 C.): λαμπρόν, λευκῷ ξυνελθὸν καὶ εἰς μέλαν κατακορὲς ἐμπεσόν, κυανοῦν χρῶμα ἀποτελεῖται. — ἀναρρηγνυμένου τοῦ φωτός bene explicat Alex. Aphrodis. fol. 77, b: διακοπτομένης τῆς τοῦ φωτὸς συνεχείας ὑπὸ μέλανός τινος ἢ κυανοῦ, melius quam Olympiodorus fol. 11, b, qui ἀναρρηγνυμένου positum esse ait pro σκεδαννυμένου, comparans Homeri versum οὐρανόθεν δ' ἄρ' ὑπερράγη ἄσπετος αἰθήρ. (*Il.* VIII, 558). — κυανοῦ F. H. N. — ἐκ τῶν τοιούτων sc. φασμάτων. — συνιὸν δὲ χάσμα δοκεῖ omisso τι cod. E. δ' ἔτι legit Bag. cum vertat: *coiens autem amplius* — Deinde ποιεῖ τὰς ποικιλίας F. Cam. P. S. Cas.

4. ὁμόχροιαν praebent F. H. N. A. Cam. Er. Cas. in marg. γρ. ὁμόχροιαν. — ἄστρων E. A. Cam. S. cfr. supra ad I, 3, 21. — καὶ om. Cam. uncis secluserunt P. Cas. — Denique ἔτι δὲ καὶ τῶν F. A. P. Bag. *adhuc autem et de aliis imaginibus.* τῶν ἄλλων omisit A.

Cap. VI.

De cometis tractaturus, priusquam ad ipsam rem accedit, uti solet, quas veteres ante ipsum de cometis sententias habuerint, exponit: et refellere quidem conatur Anaxagorae, Democriti, Hippocratis Chii et Pythagoraeorum placita, de quibus posthac suis locis disseremus. Qui post Aristotelem hac de re tractaverint, eos indicat Seneca *Quaestionum naturalium libro septimo*, longe optimo inter omnes, quotquot

de cometis conscripti ex antiquitate aetatem tulere, inter quos non ultimum locum occupavit Charimandri (de quo nihil fere aliunde innotuit, nisi ex Senec. *Q. N.* VII, 5, 2 sq. Pappi *Collect. Mathem.* VII. p. 247) libellus. Ab Aristotelica cometarum theoria non procul aberravit Posidonius, cuius sententiam exposuit Schol. Arati *Diosem.* 359. Verba ista, cum plurimum faciant ad explicationem Aristotelicorum integra adscribo: *Τοὺς κομητὰς οἱ Πυθαγορικοὶ τοῖς πλανωμένοις συγκατηρίθμουν, κατὰ μακρὰς ἀνακυκλήσεις χρόνων, ἄλλοτε ἄλλῃ προφαινομένους, ἕνα τοῦτον ὑποτιθέμενοι κατὰ τὰ βόρεια, ἐκτὸς τοῦ ζωδιακοῦ καὶ τῶν φαινομένων. οἷς αὐτὸ τοῦτο ἀντιπίπτει· τοῖς γὰρ πλανήταις ὡρισμένος τόπος ἐστὶν ὁ ζωδιακὸς κύκλος· οὗτος δὲ οὐκ ἂν εἴη τῶν πλανήτων, ἐκτὸς τούτου τοῦ τόπου φαινόμενος· καὶ ἅμα εἴπερ εἷς τῶν πλανήτων ἦν, πάντως ἂν καὶ τὰς τούτου περιόδους οἱ περὶ τὰ μαθήματα δεινοὶ παρετήρησαν, ὡς καὶ τῶν πλανήτων. ἀλλ' οὐδὲ εἷς ἐστιν, ἀλλὰ πλείονες, καὶ οὐχ ἑνὶ τόπῳ ὁρώμενοι. τοὺς μὲν οὖν ἄνω τῶν ἀστέρων ἔχοντες τὴν κόμην, κομήτας ἐκάλεσαν, τοὺς δὲ κάτω πωγωνίας. Δημόκριτος δὲ καὶ Ἀναξαγόρας κατὰ σύλληψιν δύο πλανωμένων, ἡνίκα πλησίον ἀλλήλων γένωνται, καθάπερ ἐσόπτρων ἀντιλαμπόντων ἀλλήλοις, τοὺς κομήτας συνίστασθαι λέγουσι· καὶ οὗτοι δὲ πλανώμενοι τοῦτο λέγουσιν· οὔτε γὰρ ἐν τῷ ζωδιακῷ μόνῳ φαίνονται, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς βορείοις καὶ τοῖς νοτίοις. τρεῖς τε ἐν τῷ αὐτῷ πολλάκις ὁρῶνται κομῆται. πέντε δὲ ὄντων πλανήτων, τρεῖς ὁρᾶσθαι κομήτας ἀδύνατον. καὶ τῶν ἀπλανῶν δέ τινες ὁρῶνται κόμας ἔχοντες. ἐπὶ γοῦν τῷ ἰσχίῳ τοῦ κυνὸς Ἀριστοτέλης φησὶ τετρηκέναι κομήτην καὶ τοῦτο προσιστορῶν, ὅτι χωρὶς δύσεως οἱ κομῆται κατὰ μικρὸν ἀπομαρανθέντες ἀφανίζονται. πολλάκις τε ἐγγὺς ἀλλήλων ἐγένοντο κομῆται καὶ πλανῆται, ὡς ἔστι σκοπεῖν. Ὁ δὲ Ποσειδώνιος ἀρχὴν γενέσεως ἴσχειν φησὶ τοὺς κομήτας, ὅταν τι τοῦ ἀέρος παχυμερέστερον ἐκθλιβὲν εἰς τὸν ἀέρα, τῇ τοῦ ἀέρος δίνῃ ἐνδεθῇ* (Bake *Posidonii doctrin. reliq.* p. 79, auctore usus Diogene Laërtio VII, 152 corrigit *εἰς τὸν αἰθέρα, τῇ τοῦ αἰθέρος δίνῃ ἐνδεθῇ*)*· εἶτα πρὸς πλείονα δῖνον ἐπιρρεούσης τῆς συστροφῆς φέρωνται, διὸ συμ-*

βαίνει αὐτοὺς καὶ μείζονας αὐτῶν ὁρᾶσθαι καὶ ἥττονας, ὡς ἂν ποτὲ μὲν ἐπιδηλούσης τῆς συστροφῆς αὔξεσθαι, ποτὲ δὲ λειπούσης συστέλλεσθαι. ταύτῃ γοῦν καὶ εἰς τὸν ἀρκτικὸν οὐ συνέστανται μάλιστα τόπον, ἀλλ' ἔνθα πεπιλημένος καὶ παχυμερής ἐστιν ὁ ἀήρ· κατὰ δὲ τὰς φάνσεις αὐτῶν καὶ πάλιν διαλύσεις, τροπὰς συμβαίνει γίνεσθαι τοῦ ἀέρος, αὐχμούς τε καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων ῥαγδαίους ὄμβρους κατὰ διάλυσιν γίνεσθαι αὐτῶν, ἅτε δὴ ἐν ἀέρι τῆς συστάσεως αὐτῶν γινομένης· ὅπερ καὶ ὁ Ἄρατος λέγει, αὐχμῶν αὐτοὺς σύμβολα παραδιδοὺς ὑπάρχοντας. Ἱπποκράτης μέντοι ὁ Πυθαγορικὸς ἕνα λέγει τὸν κομήτην· καὶ οἱ μὲν λοιποὶ ἰδίας αὐτῶν τὰς κόμας ἀποφαίνονται· ὁ δὲ κατὰ ἀνάκλασιν, τὴν ὡς ἐπὶ τὸν ἥλιον ἀπὸ τῶν ὄψεων, διὰ τὴν τῶν ὑγρῶν ἀναθυμίασιν εἰς αὐτὸν ὁλκῆς φαίνεσθαι. Σπόρος δέ φησιν, ὅτι ἡ ξηρὰ ἀναθυμίασις, ξηρᾶς τῆς γῆς καὶ αὐχμηρὰς τυγχανούσης ἀναδιδομένη ποιεῖται κομήτας ἀστέρας καλουμένους· ὑπὸ γὰρ τῆς ἰδίας θερμότητος ἐξαπτομένη ῥαδίως ἐκ τῶν ὑποκειμένων οἷον ἀστέρας ἢ ἀκτῖνας ἀποπέμπει πρὸς τὸ ἄνω, τὸ γὰρ πῦρ ἄνω πέφυκε φέρεσθαι, τὰς δὲ ἀκτῖνας τοῦ παντὸς ἀστέρος κόμας εἶναι νομίζουσιν. — Quibus subiungas Arriani doctrinam, quam ex libro eius de cometis, quem laudat Photius p. 1378, excerpsit Stobaeus *Eclog. phys.* I, 29. p. 584 sq. Is liber de cometis utrum singularis fuerit, an particula maioris operis *περὶ τῶν μετεώρων*, unde plura servavit Stobaeus, quae infra adlegemus, et quem diserte laudat Iohannes Philoponus ad Aristot. *Phys.* p. 24 dubitare licet.

1. Statim ab exordio pro *καλουμένου* H. N. exhibent *λεγομένου*. Iidem deinceps *παρ' ἄλλων* omisso articulo. — *ἢ τοῦ καλουμένου γαλάκτος* legit Philoponus. Anaxagoras, secundum Diogenem Laërtium II, 9 dixit *τοὺς κομήτας* [*εἶναι*] *σύνοδον πλανήτων, φλόγας ἀφιέντων.* De Democrito minus accurate Seneca *Quaest. nat.* VII, 3: *Democritus quoque subtilissimus antiquorum omnium, suspicari ait se, plures stellas esse, quae currant; sed nec numerum illarum posuit, nec nomina, nondum comprehensis quinque siderum cursibus.* Sententiam suam procul dubio aperuit in libro *περὶ*

πλανήτων, cuius mentio fit apud Diogenem Laërtium IX, 46. p. 574. Utrumque et Democritum et Anaxagoram spectat Seneca *Quaest. nat.* VII, 11: *Quibusdam antiquorum haec placet ratio: Quum ex stellis altera se alteri applicuit, confuso in unum duarum lumine, faciem longioris sideris reddi.* Caeterum Seneca in horum reliquorumque, de quibus postea sermo erit, opinionibus refellendis, apprime sequitur Aristotelis vestigia. Anaxagoram et Democritum coniunctos nominat hoc loco et in aliis compluribus Aristoteles: at utrumque nihil fere commune habuisse, neque usum esse Anaxagorae institutione Democritum, docent ea, quae composuit Schaubach *Anaxagor. fragm.* p. 16 sqq.

2. *καί* ante *καλουμένων* omittunt F. H. N., quorum duo posteriores aute *ἕνα* inserunt *τινός* absque sensu. Omnes praebent et scripti et editi *Πυθαγορείων*. At *Πυθαγόριοι* semper in optimis exemplaribus inveniri contendit Valesius ad Sozomen. *Histor. Eccles.* I, 12, laudatus Cardwello ad Aristotel. *Ethic. Nicom.* I, 6. p. 28, quo in loco cod. L. eandem scripturam exhibet. Laudat in eius gratiam Cardwellus praeterea Phot. s. v. *Ἰταλιώτης*, *Etymol. Gud.* v. *δυάς*, Clement. Alexandrin. *Stromat.* p. 629, quamvis recentiorem hunc esse scribendi modum suspicetur. — Eandem sententiam fuisse Pythagoraeis tradidit etiam auctor *Plac. Philos.* c. 18. Tom. II. p. 40. apud Galenum, III, 2. Tom. IV. p. 697 ed. Wyttenbach apud Plutarchum, qui hunc procul dubio locum respexit, cum dicat: *Τῶν ἀπὸ Πυθαγόρου τινὲς μὲν ἀστέρα φασὶν εἶναι τὸν κομήτην τῶν οὐκ ἀεὶ φαινομένων, διά τινος δὲ ὡρισμένου χρόνου περιοδικῶς ἀνατελλόντων· ἄλλοι δὲ ἀνάκλασιν τῆς ἡμετέρας ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιον, παραπλησίως ταῖς κατοπτρικαῖς ἐμφάσεσιν.* cfr. IV. p. 598: *Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος σύνοδον ἀστέρων δυεῖν ἢ καὶ πλειόνων κατὰ συναυγασμόν.* Adde Stob. *Eclog. phys.* I, 29. p. 576 sqq. Senec. *Quaest. nat.* VII, 19, qui et ipse in eandem sententiam concessit c. 22 sq. Plin. *Histor. nat.* II, 23: *Sunt qui et haec sidera perpetua esse credant, suoque ambitu ire, sed non nisi relicta ab Sole cerni.* *Ἰταλικοὶ* vocantur Aristoteli,

ut saepe cfr. *de caelo* II, 13. p. 293, a: *οἱ περὶ τὴν Ἰταλίαν, καλούμενοι δὲ Πυθαγόρειοι. Metaphys.* I, 6. p. 987, a: *ἡ τῶν Ἰταλικῶν φιλοσοφία.* Illud vero *τινές* monet, Aristotelis tempore dissensisse inter se Pythagoreos (quamvis adi Chrysippeae *philosoph. fund.* ed. Petersen. Hamb. 1827. 8. p. 6.) quod etiam pluribus aliis ex locis patet. cfr. infra I, 8. p. 345, a: *τῶν μὲν οὖν καλουμένων Πυθαγορείων φασί τινες. de caelo* III, 1. p. 300, a: *ἔνιοι γὰρ τὴν φύσιν ἐξ ἀριθμῶν συνιστᾶσιν, ὥσπερ τῶν Πυθαγορείων τινές,* quibuscum cfr. *Metaphys.* I, 5. p. 985, b sq.: *οἱ καλούμενοι Πυθαγόρειοι* — p. 986, a: *ἕτεροι δὲ τῶν αὐτῶν τούτων τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι* et *Problem.* XV, 3. p. 910, b. Adde *de anima* I, 2. p. 404, a: *ἔοικε δὲ καὶ τὸ παρὰ τῶν Πυθαγορείων λεγόμενον τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν· ἔφασαν γάρ τινες αὐτῶν, ψυχὴν εἶναι τὰ ἐν τῷ ἀέρι ξύσματα, οἱ δὲ τὸ ταῦτα κινοῦν. de sens. et sensil.* c. 5. p. 445, a: *ὃ δὲ λέγουσί τινες τῶν Πυθαγορείων οὐκ ἔστιν ἄλογον.* — *ἄστρων* recepi ex cod. E., quem secuti sunt A. Er. Bekkerus cum reliquis *ἀστέρων*, qua de re vide quae supra monuimus ad I, 3, 21. *τε* et mox *αὐτοῦ* omittit Cam. Denique *φαίνεσθαι* pro *φαίνεται* praebent F. H. N. Cas. qui in margine *γρ. φαίνεται.* — In verbis *τὴν ὑπερβολὴν τοῦ κομήτου εἶναι ἐπὶ μικρόν* possit aliquis iocose concludere, iam tum temporis de motu cometarum hyperbolico nonnullos cogitasse: sectiones enim conicas earumque nomina ad nostram usque aetatem vulgata, iam Eudoxo innotuisse docuit nuper Pater meus. *ὑπερβολή* autem est *altitudo supra horizontem,* quod patet ex sequentibus: *διὰ τὸ μικρὸν ἐπαναβαίνειν.* Nam *ὑπερβάλλειν* saepenumero significat *adscendere.* v. c. *Histor. animal.* III, 2. p. 513, b: *ὑπερβάλλον εἰς τοὺς τόπους τούτους λεπτὸν καὶ θερμὸν καὶ ἀφρῶδες γίνεται.* Theophrast. *Histor. plant.* IX, 7, 1. p. 295: *ὑπερβάλλον τὸν Λίβανον.* Unde perperam interpretatus est Vatablus: *et parum a sole digredi.*

3. Post Anaxagorae, Democriti et Pythagoricorum sententias recensitas transit ad istam, quam Hippocrates Chius eiusque discipulus Aeschylus proposuerant. Hippocrates ille idem est, quem Schol. Arati l. l. Pythagoreum vocat, quamvis

quia ex Geometria quaestum facere conatus erat, accusatus e schola Pythagorica insigni ignominia fuerit eiectus. cfr. Iamblich. *de philos. Pythag.* libr. III. ex vers. Nic. Scutellii in calce libri *de myster. Aegypt.* p. 64. Cum enim olim mercator fuisset, negotiando Athenas delatus, cum Geometris nonnullis Pythagoraeis congressus, totum se mathesi dicavit: at cum in rebus vitae communis eximia imperitia praeditus esset, fraude publicanorum (*πεντηκοστολόγων*) Byzantinorum plurimum pecuniae amisit, qua de re conferenda sunt *Ethic. Eudem.* VII, 14 p. 1247, a. De eius in Geometria meritis (notae sunt lunulae Hippocraticae) adi Reimer *de duplicat. cubi* (Götting. 1798. 8.) p. 22 sqq. — *περὶ τὸν Ἱπποκράτην* A. Er. P. S. — *ἀπεφήναντο* alibi addito *γνώμην*. Eadem significatione activa etiam forma occurrit. vid. Heindorf ad Platon. *Gorg.* §. 48. p. 67. — *ἐξ αὐτοῦ* S. Cas. — Verba *πρὸς τὸν ἥλιον* referenda sunt ad *ἀνακλωμένης ἡμετέρας ὄψεως*, nequaquam vero coniungenda cum *ἑλκομένης ὑπ' αὐτοῦ*. Hoc igitur loco Aristoteles videtur lumen ex ipso oculo emittere, ut hac ratione singulae res visibiles fiant, quod etiam magis patet ex iis, quae sequuntur: *οὐ δύνασθαι τὴν ὄψιν τῶν ἀνθρώπων φέρεσθαι κλωμένην πρὸς τὸν ἥλιον.* Sententiam hanc ab Empedocle (Fragm. ed. Sturz. p. 350. p. 416—420) et Platone *Tim.* p. 45 B sqq. propositam ipse Aristoteles improbavit *de sens. et sensili* c. 2. p. 437, b (cfr. Theophrast. *de sens.* §. 7 sqq. p. 649), longeque aliam proposuit *de anima* II, 7 p. 418, b, quam brevibus verbis bene sic exposuit Nemesius *de nat. homin.* c. 7. p. 139: *Οἱ Ἐπικούρειοι εἴδωλα τῶν φαινομένων προσπίπτειν τοῖς ὀφθαλμοῖς (φασίν). Ἀριστοτέλης δὲ οὐκ εἴδωλον σωματικόν, ἀλλὰ ποιότητα δι' ἀλλοιώσεως τοῦ πέριξ ἀέρος ἀπὸ τῶν ὁρατῶν ἄχρι τῆς ὄψεως παραγίνεσθαι* *). Quamvis autem ipse Aristoteles alio loco, quem supra ad Olympiodorum adscripsi (*Phys. Auscult.* II, 8), hac de visu

*) Diversas veterum de causa visus opiniones exposuit Schneider ad *Eclog. Phys.* Tom. II. p. 245 sqq. ad Vitruv. *Praef.* Tom. I. p. XLIV sq.

theoria obiter utatur, hoc tamen ex loco nequaquam patet, eum vulgatam de videndi ratione sententiam probasse, sed eam usurpatam esse ab Hippocrate eiusque discipulo Aeschylo. Itaque corruit argumentum, quo nonnulli, auctore Olympiodoro, utebantur, ut ex h. l. suppositos esse Aristoteli Meteorologicorum libros concluderent, quod ne per se quidem alicuius momenti erat, cum hoc imprimis proprium sit Aristoteli (verbis utor Zellii ad *Ethic. Nicom.* I, 8, 1. p. 40), ut de quacunque re disputet, praecipue in arte civili, curiose respiciat vitae usum et quid hominum multitudo de eius modi rebus sentiat, eaque auctoritate pro argumento utatur. Adfert Zell *Ethic. Eudem.* I, 6. p. 1217, a: *προσέχειν οὐ δεῖ πάντα τοῖς διὰ λόγων, ἀλλὰ πολλάκις μᾶλλον τοῖς φαινομένοις. Ethic. Nicom.* X, 8, 12: *σκοπεῖν δὲ τὰ προσειρημένα χρὴ ἐπὶ τὰ ἔργα καὶ τὸν βίον ἐπιφέροντας· καὶ συνᾳδόντων μὲν τοῖς ἔργοις ἀποδεικτέον· διαφωνούντων δὲ λόγους ὑποληπτέον. Magn. Moral.* I, 9. p. 1186, b virtutem in nostra potestate esse contra Socratem solo hoc argumento probat, quia more receptum esset malos puniri, quod nisi virtute in nostra potestate sita fieri non posset. Laudat praeterea Giphanius *Ethic. Nicom.* X, 1, 3, *de caelo* II, 1 fin. ubi item doctrinam suam de caelo cum vulgari popularium suorum opinione conciliare studet. Nihil igitur mirum, si philosophus, ubi obiter tantum tangit rem, de cuius causis et explicandi ratione a vulgatis opinionibus recedebat, vulgi sententiam in locum propriae substituit. Nullo alio opinor modo dixit Theophrastus, Heraclitum saepe diversis in locis diversa tradidisse (cfr. Schleiermacher in *Mus. der Alterthumswissenschaft.* I. p. 382). Quae quoquo modo se habeant, hoc certe loco a sua sententia non discessit, quamvis de altero, quem laudavimus, loco dubitari nequeat.

4. *βραδυτάτω χρόνω* pro *βραδύτατα τῷ χρόνῳ* E. Deinceps *ὑπολελειμμένος* pro *ὑπολελειμμένον* F. De sensu verborum conferantur Vicomercati verba haec: „Raro autem et per longiora temporis intervalla, quam reliqua sidera conspici, quia solem perpetuo, ut et Pythagorici aiebant, comitetur, ac tardissime ab eo derelinquatur: quo solum tempore, cum vi-

delicet derelictus est, conspici potest, nec rursus ultra, nisi toto suo circulo confecto, ad idem punctum rediens, rursus derelinquatur. Atque ita intelligendum videtur, quod ait sidus hoc tardissime relinqui. Nam, si sidus relinqui nihil aliud sit hoc in loco, quam circulum suum conficere et conficiendo ab iis, quae velocius moventur, relinqui (quae sane eius vocabuli communis est apud astrologos, quam Alexander probavit, significatio) doceri profecto nequit, quomodo, quia tardissime relinquatur, hoc est, cursum suum conficiat, raro et per longiora temporis intervalla, quam sidera caetera conspiciatur. Saturnus enim tardissime circulum suum conficit, ob eamque causam tardissime derelinquitur, qui tam saepe et frequenter visitur. Si tardissime hoc sidus circulum suum conficere dicatur, fiet, ut quum sol velociter, nempe uno anno, orbem suum peragat, quotannis suum sidus eius modi circuitum conficiet, totius eo tempore a sole derelinquatur: quam ob rem toties etiam videbitur, non autem raro ut dicitur. Quid autem dico toties? imo vero semper, nisi quo tempore sol, qui velocius movetur, iuxta sidus transibit suoque fulgore, id, ne cernatur, obscurabit: ut si crinitam annos sexaginta moveri, orbemque suum conficere statuamus, ita ut singulis quinque annis signum unum, singulisque annis sex gradus et singulis mensibus dimidiatum gradum conficiat, atque in Arietis eodem gradu et solem et sidus ponamus. Fiet igitur, ut quo tempore, nempe mense uno, sol integrum signum, sidus illud dimidiatum gradum tantum confecerit, ob eamque causum signo fere integro a sole relictum sit. Itaque a solis splendore liberatum videri incipiat, totoque sequenti tempore, quod rursus ad ipsum solem redeat, conspiciatur: sidus ergo tardissime derelinqui, non ita exponendum, sed eo modo, quo dictum est, quum videlicet una cum sole ingreditur, paremque cum eo fere celeritatem habet, ut longissimum tempus ad ea inter se disiungenda requiratur, quod Mercurio etiam evenire antea dictum est. Cum autem semel a sole relictum est, tum, quia radiis eius liberum sit, visendum se praebere, sed cum ad solem protinus, aut sol ad ipsum regrediatur, non ultra conspici, quoad circulo toto confecto, ad

idem punctum, unde antea videbatur, regressum sit. Atque hanc sideris derelictionem ad septentriones esse ait et ad austrum. Nam stellae errantes praeter motum in longitudinem, motum latitudinis habent, qua ab eccliptica, per quam sol perpetuo fertur, ad septentriones, aut ad austrum declinant. Nihil tunc obstat, quominus et in longitudinem digressio aliqua esse possit." Haec Vicomercatus, quae non melius quam eius verbis explicare poteram. — *πρὸς αὐτὸν* pro *πρὸς ἑαυτόν* solito errore N. — *ὑπὸ τῆς ἡλίου φορᾶς* E. omisso altero articulo. — Mox insignis est lectionis varietas. Cod. E. enim recentiore manu in litura habet *τὸ ὑπὲρ τῆς γῆς τμῆμα τοῦ κύκλου*. A. Er. *τὸ ἄνω τοῦ κύκλου*, quae vera lectio mihi videtur, altera illa a glossatoris manu profecta, unde utraque coniuncta apparet in codice Accoramboni (*Vera mens Aristot.* p. 474) *τὸ ἄνω ὑπὲρ τῆς γῆς τμῆμα κύκλου*. Utramque scripturam iam in libris invenerat Bag. Vertit enim: *sed quia parva est sectio circuli, quae supra terram, quae autem deorsum multiplex, non posse visum hominum fractum ferri ad solem* et in margine addit: *a. l. sed, quia parvum est, quod supra ipsius circuli, quod vero infra, multo copiosius.* Genuinam lectionem revocavi. — *ὑπὲρ τὴν γῆν* P. S. Cas. qui in margine *γρ. ὑπὲρ τῆς γῆς*. Sed et quae sequuntur corrupta esse vidit iam Koenigmann *Geogr. Aristotel.* p. 63. not. 162. pro *τῷ τροπικῷ* reponere iubens *τῷ νοτίῳ*, quam coniecturam certissimam sane, egregie firmat, quod E. Cam. habent *νότῳ*. Cas. *γρ. νότῳ* et quod A. Er. post *οὔτε τῷ τροπικῷ* addunt *οὔτε τῷ νότῳ*, unde enata lectio in cod. H. N. quam retinuit S. *οὔτε τῷ τροπικῷ τόπῳ*. Bag. vertit: *neque ipsi tropico appropinquanti et in margine* addit: *a. l neque ipsi tropico austrino adpropinquanti.* Legit igitur in alio libro *οὔτε τῷ τροπικῷ τῷ νοτίῳ πλησιάζοντος*. Quam nos reponendam censuimus utramque scripturam agnovit Alexander fol. 78, a. b. Priorem enim aperte exhibet et de posteriore loco scribit: *ὑπερβὰς δὲ τοὺς τροπικούς, ἢ κατ' αὐτοὺς φερόμενος, ὧν μεταξὺ ἡ τοῦ ἡλίου κίνησις γίνεται, ἕλκει μὲν ἐν ἀμφοτέροις ὑγρότητα πρὸς αὑτὸν καὶ ἐν τοῖς νοτίοις ὁρώμενος καὶ ἐν τοῖς*

βορείοις: et paulo post: *οὐ γίνεται ἡ ἀνάκλασις ὑπὸ γῆν ἐν τούτῳ οὔσης τῆς ἀναθυμιάσεως, οὐδ' ἄρα πρὸς τὸν ἥλιον ὑπὸ γῆν ὄντα οὔτ' ἂν πλησίον ᾖ τοῦ νοτίου μέρους, οὔτ' ἂν πόρρω πρὸς ταῖς θεριναῖς τροπαῖς.* G. legit *τροπικῷ*, ad quod supplendum censet *βορείῳ*.

5. *οὐ* pro *οὐδέ* exhibent F. H. N. — *λαμβάνει* pro *λαμβάνειν* A. Cam. Er. *γρ. λαμβάνει* Cas. — *περιφέρειαν* significat peripheriae, quam ita dicere solemus partem, sive arcum, *τμῆμα τοῦ κύκλου*. — Deinde *μέρος τοῦ ἡλίου* supra posito *κύκλου*.

6. *συμπίπτειν* N. — *τὰ δὲ χωρίς* omisso *καί* F. H. N. Cam. P. S. Cas. — Deinde F. omittit *οὖν*. — *ἑωράμενοι* pro *ἀμμένοι* exhibent F. H. N. — Ad verba *εἶτα .... πολλάκις* cfr. Plin. *Histor. natur.* II, 23: *Aristoteles tradit et plures simul eorum cerni: nemini compertum alteri, quantum equidem sciam.* Adi tamen, quae disseruit Harduinus ad h. l. p. 180.

7. *ἔχουσι* pro *ἴσχουσι* F. H. N. A. Cam. Er. S. Cas. Aeschyli nomen non reperitur in vetere cod. Morellii, neque ab Aristotele illius viri h. l. mentio iniecta esse videtur, cum si id fecisset, non ante sed post commemoratum Hippocratem aptius esset factum. Qua ratione adductus sum, ut verba *Αἰσχύλος καὶ* uncis secluderem. — Deinceps ante *κόμης* articulum addunt A. Cam. Er. P. S. — Verba *νῦν δ' οὐθεὶς ὦπται παρὰ τοὺς πέντε ἀστέρας* non scripsisset Arist. si post Hipparchi tempora vixisset, de quo Plinius *Histor. natur.* II, 24: *Idem Hipparchus, nunquam satis laudatus — — novam stellam et aliam in aevo suo genitam deprehendit: eiusque motu, qua die fulsit ad dubitationem est adductus, anne hoc saepius fieret, moverenturque et eae, quas putamus adfixas.* De hac stella et similibus cfr. la Lande *Astron.* §. 786 sqq. — Koenigm. *Geogr. Arist.* p. 64. not. 164. *νῦν* elliptice pro *εἰς τὸ νῦν* positum esse censet. Sed cfr. Trendelenb. ad Arist. *de anim.* II, 1, 8. p. 335. — Quinque stellas recenset exceptis sole et luna, ut saepe alias ab ipso Aristotele aliisque factum videmus, veluti a Gemino *Isagog.* c. 1: *καὶ τῶν πέντε πλανήτων ἀστέρων τὰς κινήσεις* et mox ibid. *στηριγμοὺς ἐπὶ τῶν ε πλανήτων*

ἀστέρων. — φανερῶν δ' ὄντων αὐτῶν inverso ordine F. H. N. A. Er. P. S. πάντων pro ἁπάντων, ut solent, F. H. N. A. Er. P. — *Καὶ φανερῶς δὲ ὄντων αὐτῶν* Olymp. Aldi. — Denique H. N. inverso ordine exhibent πολλάκις γιγνόμενοι.

8. *Omnes ferme cometas sub ipso septentrione cerni* refert Plinius *Histor. natur.* II. 23. — ὡς ἐν τῷ πρὸς ἄρκτον F. H. N. — ὁ κομήτης A. Er. P. S. — ἀλλὰ καὶ τοῦ ἡλίου pro ἅμα καὶ τ. ἡ. E. F. Cam. γρ. Cas. — καὶ κατὰ τὴν τοῦ κύματος ἔφοδον Cam. Eadem de re agens auctor libri *de mundo* IV, 31 his verbis utitur: *χάσματά τε γὰρ γίνεται θαλάσσης καὶ ἀναχωρήματα πολλάκις καὶ κυμάτων ἐπιδρομαί, ποτὲ μὲν ἀντανακοπὴν ἔχουσαι, ποτὲ δὲ πρόωσιν μόνον, ὥσπερ ἱστορεῖται περὶ Ἑλίκην τε καὶ Βοῦραν.* Nostrum locum expressit Seneca *Quaest. nat.* VII, 5: *Talem effigiem ignis longi fuisse Callisthenes tradit, antequam Burim et Helicen mare absconderet. Aristoteles ait, non trabem illam, sed cometam fuisse: ceterum ob nimium ardorem non apparuisse sparsum ignem, sed procedente tempore, quum iam minus flagraret, redditam suam cometae faciem. In quo igne multa quidem fuerunt digna, quae notarentur: nihil tamen magis, quam quod, ut ille fulsit in coelo, statim supra Burim et Helicen mare fuit.* Inde interpretanda sunt verba κατὰ τὴν τοῦ κύματος ἔφοδον, quae clariorem lucem accipiunt ab iis, quae infra tradit II, 8, 43: *ἐγένετο δὲ τοῦτο καὶ περὶ Ἀχαΐαν· ἔξω μὲν γὰρ ἦν νότος, ἐκεῖ δὲ βορέας, νηνεμίας δὲ γενομένης καὶ ῥυέντος εἴσω τοῦ ἀνέμου ἐγένετο τό τε κῦμα καὶ ὁ σεισμὸς ἅμα, καὶ μᾶλλον διὰ τὸ τὴν θάλατταν μὴ διδόναι διαπνοὴν τῷ ὑπὸ τὴν γῆν ὡρμημένῳ πνεύματι, ἀλλ' ἀντιφράττειν. ἀποβιαζόμενα γὰρ ἄλληλα τὸ μὲν πνεῦμα τὸν σεισμὸν ἐποίησεν, ἡ δ' ὑπόστασις τοῦ κύματος τὸν κατακλυσμόν.* Adde Pausaniam *Achaic.* (VII), 24, 7: *ἐπῆλθέ σφισιν ἐπὶ πολὺ τῆς χώρας ἡ θάλασσα καὶ τὴν Ἑλίκην περιέλαβεν ἐν κύκλῳ πᾶσαν· καὶ δὴ καὶ τὸ ἄλσος τοῦ Ποσειδῶνος ἐπὶ τοσοῦτον ἐπέσχεν ὁ κλύδων, ὡς τὰ ἄκρα τῶν δένδρων σύνοπτα εἶναι μόνον. σείσαντος δὲ ἐξαίφνης τοῦ θεοῦ καὶ ὁμοῦ τῷ σεισμῷ τῆς θαλάσσης ἀναδραμούσης, καθείλκυσεν αὔτανδρον τὸ κῦμα τὴν Ἑλίκην* et

Aelian. *Histor. animal.* XI, 19: *πρὸ πέντε ἡμερῶν τοῦ ἀφανισθῆναι τὴν Ἑλίκην, ὅσοι μῦς ἐν αὐτῇ ἦσαν καὶ γαλαῖ καὶ ὄφεις καὶ σκολοπένδραι καὶ σφονδύλαι καὶ τὰ λοιπά, ὅσα ἦν τοιαῦτα, ἀθρόα ὑπεξῄει τῇ ὁδῷ τῇ ἐς Κορύνειαν ἐκφερούσῃ· ἐπεὶ δὲ ἀνεχώρησαν τὰ προειρημένα ζῷα, νύκτωρ γίνεται σεισμός, καὶ συνιζάνει ἡ πόλις καὶ ἐπικλύσαντος πολλοῦ κύματος ἡ Ἑλίκη ἀφανίσθη, καὶ κατὰ τύχην Λακεδαιμονίων ὑφορμοῦσαι τῇ πόλει δέκα νῆες συναπώλοντο τῇ προειρημένῃ θαλάσσης ἐπικλύσει πολλῇ*, qui locus praeterea propter narrationem, a qua exorditur, saepenumero in dubitationem vocatam, memorabilis est. De Helice et Bura adi Plin. *Hist. nat.* II, 94: *Abstulit Helicen et Buram in sinu Corinthiaco, quarum in alto vestigia apparent.* Posterius, rudera harum urbium conspici sub mari, tum veteres tradidere, veluti Ovidius *Metam.* XV, 294 sq., tum recentiores peregrinatores, ex gr. Scrofani, solito fabularum genere usi perhibent. Uberius rem tractavit Callisthenes in *Hellenicis*, teste Seneca *Quaest. natur.* VI, 23: *Hic Callisthenes in libris, quibus describit, quemadmodum Helice Burisque mersae sunt, quibus illas casus in mare, vel in illas mare immiserit, dicit id, quod in priore parte dictum est.* Auctore Strabone VIII. p. 294 terrae ille motus fuit biennio ante cladem Leuctricam i. e. ante Ol. 102, 4. Omnino adi Ezech. Spanhemium ad Callimach. *hymn. in Del.* 100 sq. p. 465 sq. De cometa tunc temporis conspecto (sive potius trabe ingenti, cum dicat: *ὤφθη μὲν γὰρ κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐπὶ πολλὰς νύκτας λαμπὰς μεγάλη καιομένη ἀπὸ τοῦ σχήματος ὀνομασθεῖσα πυρίνη δοκίς*) agit etiam Diodor. Sicul. XV, 50. Suspicantur astronomi eum eundem esse, qui anno 1664 comparuit. — *Καὶ πρὸς νότον — γεγόνασιν.* Etiam Plinius *Hist. nat.* II, 23 dicit: *fiunt — et in austrino polo.* — Mox cod. Morellii *εὐκλεοῦς gloriosissimo* et ita Olympiodorus Aldi. Male. Mizaldus apud Struyck *Inleiding tot de algemeene Kennis der Comeeten* (Amsterdam 1740. 4.) p. 190 coniecit ipsum Molonem, cuius filius Euclees dicitur, fuisse archontem, de quo vide Diodor. XV, 90. Dionys. Halic. *vit. Rhetor. Dinarch.* 13. Tunc cometa

iste apparuit anno a. Chr. n. 362, quod fere congruit cum notitia ex fastis sinicis eruta (*Monarch. Sin. Tab. Chron.* p. 15), anno a. Chr. 360 ibi cometam apparuisse. At nihil mutandum: fefellit enim virum doctum aliosque, quod Euclees archon nusquam alibi, nisi apud Suidam s. v. *Σαμίων δῆμος* commemoratur, ubi aperte distinguitur ab alio Euclide, qui archon erat Ol. 94, 2. Euclidem Molonis filium commemorat Diodor. Sicul. XII, 53 ad Ol. 88, 2. Unde etiam nonnullis in mentem venit *Εὐκλείδου* pro *Εὐκλέους* scribendum esse. Nam cum aperte Ioannes Philoponus in schol. ad h. l. addat Eucleem fuisse Diotimi successorem, qui eponymus erat Olymp. 88, 1, cum Euclidis nomen apud Diodorum corruptum esse nequeat (docentibus Dodwello et Corsinio *Fast. Attic.* III. p. 234 etiam apud alios recurrit scriptores), ipse Corsinius Euclidis nomen substituendum censuit. Mihi tamen videtur utrumque ab eadem radice profectum nomen uni viro impositum esse, quod in aliis nominibus saepenumero factum videmus. Ita nobilis ille Peripateticus, Stratonis in schola successor (quamvis auctor vitae Aristot. apud Menagium Vol. II. p. 201. cfr. Fabric. *Bibl. gr.* Vol. III. p. 503 ed. Harles, Praxitelem Stratonem inter et Lyconem enumeret, quod nomen scribae debetur, Praxiphanis quod sequitur nomine in errorem inducto) et *Λύκος* et *Λύκων* vocatus est, qua de re adi Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 99 sq. Adde Meinecke *Spec. Quaest. scen.* III. p. 7. not. ***. Qui Straboni XIV. p. 641, Valerio Maximo I, 4, Vitruvio *Praef. ad libr.* II. §. 4, Solino c. 32, Ammiano Marcellino XXII, 16, 7 audit Dinocrates architectus, is Dinochares vocatur Plinio *Histor. natur.* V, 10. XXXIV, 42. Diversus est Dinochares apud Plin. XXXIV, 14. Auson. *Idyll.* IX, 310 monente Schneidero. — Atthidum scriptor, quem Pausanias X, 15, 3 Clitodemum vocat, is Clidemus appellatur Plutarcho *Opp.* I. p. 37, 75. (cfr. Siebelis *Phanodemi, Demonis, Clitodemi et Istri fragmenta.* Praef. p. XIII. XIV.) Aglaos, Eratosthenis Cyrenaei pater, qui vocatur Luciano *Macrob.* 27, Stephano Byzantino s. v. *Κυρήνη* dicitur

Agacles. *Διόδοτος* qui vocatur Straboni XI. p. 784 B, is Theodotus audit Iustino XLI, 4. Alcman et Alcmaeon eadem sunt nomina. cfr. Salmas. *Exercit. Plinian.* p. 580. Meinecke ad Theocrit. XXI, 10. Perperam apud Aristid. Tom. II. p. 311 (Iebb) Androtionis nomen in Andronis mutavit Siebelis *Philochori et Androtionis fragmenta* p. 118. Anaxagorae magister ab Aristotele *Metaphys.* I, 3. Hermotimus vocatur, cui assentiunt Simplicius in Arist. *Phys.* fol. 321, Plinius *Histor. nat.* VII, 52: sed a Sexto Empirico *adv. Mathemat.* IX, 7, aliisque Hermotimon, a Plutarcho Hermodorus, a Valerio Maximo Hermippus appellatus est. cfr. Fabric. ad Sext. Empiric. l. l. Erechtheus et Erichthonius eadem sunt nomina, monente Schol. ad *Il. β'*, 547. Diocletiani imperatoris privatum nomen erat Diocles. cfr. Lactant. *de mort. pers.* c. 9. p. 374 Bip. Eadem observatio aliquatenus de Latinis valet. Qui enim apud Hieroclem *Hippiatr.* II, 85. p. 177 Florus (*Φλῶρος*) vocatur, monente iam Fabricio *Bibl. Gr.* Vol. VI. p. 503 idem est, quem Photius Florentium et Geoponica plus semel Florentinum vocant; quamvis contra moneat nonnulla Niclas ad *Geoponic.* Vol. I. p. LVIII. — Alia plura Lobeckius in *Aglaoph.* Tom. II. p. 996 sq. — De mense Gamelione omnia nota. — *τῶν ἀδυνάτων φασίν* recepimus ex cod. E. Reliqui omnes cum Bekkero ante *φασὶν* inserunt *εἶναι.*

9. *καὶ τοῖς τὴν* omittit pr. man. E. — Deinde *κομήτην* pro *κόμην* A. Er. inepte. Quamvis etiam Plinius *Histor. natur.* II, 23 dicat: *Sparguntur aliquando et errantibus stellis caeterisque crines*, de phaenomeno tamen nemini recentiorum comprobato dubitandum est. Aegyptiis qualem auctoritatem tribuat Aristoteles, patet ex libro *de caelo* II, 12. p. 292, a: *ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας λέγουσιν οἱ πάλαι τετηρηκότες ἐκ πλειστῶν ἐτῶν Αἰγύπτιοι καὶ Βαβυλώνιοι, παρ' ὧν πολλὰς πίστεις ἔχομεν περὶ ἑκάστου τῶν ἄστρων.* De Babyloniis sive Chaldaeis refert Diodorus Siculus II, 30. Tom. I. p. 143: *τῶν δ' ἀστέρων πολυχρονίους*

παρατηρήσεις πεποιημένοι καὶ τὰς ἑκάστου κινήσεις τε καὶ δυνάμεις ἀκριβέστατα πάντων ἀνθρώπων ἐπιγνωκότες πολλὰ τῶν μελλόντων συμβαίνειν προλέγουσι τοῖς ἀνθρώποις. Adde Plin. *Histor. natur.* VII, 57: *Epigenes apud Babylonios DCCXX annorum observationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docet, gravis auctor in primis: qui minus, Berosus et Critodemus, CCCCXC annorum. Ex quo apparet, aeternum litterarum usum.* Accedant verba Simplicii ad Aristot. *de caelo* l. l. fol. 123, a: *Ὑπ' Ἀριστοτέλους οὖν πειθομένους ἕπεσθαι δεῖ μᾶλλον τοῖς ὑστέροις, ὡς μᾶλλον σώζουσι τὰ φαινόμενα, ἐκείνων μήτε τελείως σωζόντων, μήτε τοσαῦτα φαινόμενα εἰδότων διὰ τὸ μήπω τὰς ὑπὸ Καλλισθένους ἐκ Βαβυλῶνος πεμφθείσας παρατηρήσεις ἀφικέσθαι ἐς τὴν Ἑλλάδα, τοῦ Ἀριστοτέλους τοῦτο ἐπισκήψαντος αὐτῷ. ἅς τινας διηγεῖται ὁ Πορφύριος χιλίων ἐτῶν εἶναι καὶ ἐννεακοσίων τριῶν, μέχρι τὸν χρόνον Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος σωζομένας, μὴ δὲ δυναμένων δεῖξαι δι' ὑποθέσεων τὰ πιστευόμενα.* Cfr. I, fol. 27, a: *Ἤκουσα δ' ἐγὼ Αἰγυπτίους ἄστρων παρατηρήσεις ἔχειν ἐγγεγραμμένας οὐκ ἐλάττοσιν ἢ δισχιλίοις ἐνιαυτοῖς, Βαβυλωνίους δὲ ἔτι πλείοσιν.* (Sunt verba ex textu edito). Cum igitur Aegyptiorum pariter ac Babyloniorum observationibus summa vetustas tribuatur (cfr. etiam Münter *Antiquar. Abhandl.* p. 130. *Relig. der Babyl.* p. 8.), utri astronomiam priores excoluerint, saepenumero disputatum est. Quodsi fidem tribuimus iis, quae apud Diodorum Siculum I, 28, Pausaniam *Messeniac.* c. 24 aliosque narrantur, Belum, quem Plinius *Histor. natur.* VI, 26 astronomiae inventorem tradit, coloniam Aegyptiorum Babylonem deduxisse, vero simile videri potest inventi laudem atque honorem Aegyptiis esse tribuendos. Facimus autem cum Cicerone (*de divinat.* I, 1), qui *Assyrios propter planitiem magnitudinemque regionum, quas incolerent, quum caelum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones motusque stellarum primos observitasse* refert (cfr. totum caput) idcirco, quia Zodiaci signa melius Babyloni quam Aegypto conveniunt, quod post van Goëns ad Porphyr. *de antro Nymphar.* p. 113 sq. iam

adnotavit Münterus l. l. (cfr. Böttiger *Ideen zur Kunstgeschichte* I. p. 61), quamvis Alex. ab Humboldt Zodiaci originem altius etiam, ex Tartaricis enim mediae Asiae terris, generis humani incunabulis, repetendam esse censeat. Quae, quoquo modo se habeant, iam Tatianus *Orat. ad Graec.* c. 1. dixit: *ἐξεῦρον ἀστρονομεῖν Βαβυλώνιοι, γεωμετρεῖν Αἰγύπτιοι.* Adde Philon. *de migr. Abrahami* p. 415. Hoesch. Caeterum de cometis nihil fere Aegyptii tradiderunt, cum Seneca *Quaest. nat.* VII, 3 dicat: *Ex quo apparet, ne apud Aegyptios quidem, quibus maior caeli cura fuit, hanc partem elaboratam;* plura Chaldaei, quorum sententias Apollonius Myndius et Epigenes prodidere, incertae uterque aetatis auctor *), sed non exigui in antiquitate ponderis, quorum ex scriptis sua hausit Stobaeus *Eclog. phys.* I, 29. p. 580 sqq. — *καὶ γάρ* pro *καίτοι* A. Er. — *τῶν* ante *γάρ* in suo non repperit G. atque idcirco legendum statuit *καὶ γὰρ ἐν.* — *καὶ ἡμεῖς ἔφη ἑωράκαμεν* pr. m. E. — *ἀτενίζουσι γὰρ* omisso *μέν* E. Vulgo media forma occurrit: activa tamen usus est etiam Posidippus, laudatus Passovio. De significatione vocabuli cfr. Simonid. apud Athenaeum p. 591. Est, quod Dionysius Halicarnassensis *Antiq. Rom.* III. p. 157, 24 (ed. Sylb.) ait: *ἀτενέσι τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν.* Idem V. p. 283, 36 de Bruto loquens, filios ad mortem ducere iubente, inter *παράδοξα* refert viri *τὸ ἀτενὲς τῆς ὄψεως καὶ τὸ ἄτεγκτον.* Adde *Problem.* XXXI, 19. p. 959, a. — *ἀμυδρός* E. pr., qui *τὸ* omittit ante *φέγγος.* — N. *προβλέπουσι.*

10. Verba *ἅπαντες ...... πλειόνων* paulo obscurius ita interpretatus est Plinius *Hist. natur.* II, 23: *Sed cometes nunquam in occasura parte caeli est.* Eiusdem Plinii l. l. verba: *fiunt* (cometae) *et hibernis mensibus* procul dubio pe-

---

*) Adi tamen de Epigene Lobeck. *Aglaopham.* Tom. I. p. 341, adversus patrem (*Untersuchungen über die astronomischen Beobachtungen der Alten* p. 172) nisi omnia me fallunt, egregie disserentem, secutumque opinionem Schneideri ad Vitruv. IX, 2, 1. Tom. III. p. 187.

tita sunt ex iis quae sequuntur: *ἐφάνη ἐν πάγοις καὶ αἰθρίαις.* Theophrastus *Histor. plant.* IV, 14, 14. p. 169 dicit: *γίνονται δὲ οἱ μὲν πάγοι ταῖς αἰθρίαις, τὰ δὲ ψύχη μάλιστα, ὑφ᾽ ὧν ἡ ἔκπληξις, ὅταν αἰθρίας οὔσης αἱ λεπίδες καταφέρωνται.* Idem saepe coniungit *ἐν πάγοις καὶ αἰθρίαις* v. c. *de causs. plantar.* V, 12, 2. p. 565: *ὁτὲ μὲν ...... αἰθρίαι καὶ πάγων σφοδρότητες ἐμπηγνύουσιν. De generat. animal.* II, 2 corrigendum censeo: *τὸ δὲ σπέρμα οὐ πήγνυται τιθέμενον ἐν τοῖς πάγοις καὶ ταῖς αἰθρίαις* pro vulgato *ἐν τοῖς πάγοις ὑπαίθριον.* Simpliciter enim *Histor. animal.* III, 22 fin.: *τὸ δὲ σπέρμα ..... ἐν τοῖς πάγοις οὐ πήγνυται.* Sed haec obiter. — *μὴ τοῦ ἑνὸς* pro *μήτε ἑνὸς* E. — *ἐφ᾽ ἑσπέρας* N. — De Asteo archonte (Ol. 101, 4) cfr. Corsini *Fast. Attic.* Tom. IV. p. 5. E. H. N. praebent *ἀστίου.* F. A. S. P. Er. Cas. (qui in margine *γρ. Ἀστείου*) exhibent *Ἀρισταίου,* quamvis ipse Sylburgius monuisset, Astei nomen apud Pausaniam et Diodorum legi. Nimirum cfr. Diodorum Siculum XV, 48. Tom. II. p. 39. Leguntur haec verba: *ἐγένετο δὲ ἡ ἅλωσις Πλαταιᾶς ἡ δευτέρα, μάχης μὲν τρίτῳ ἐν Λεύκτροις, ἔτει πρότερον, Ἀστείου δὲ Ἀθήνησιν ἄρχοντος* apud Pausaniam IX (*Boeot.*), 1. p. 713. Quamvis urbs illa diruta sit secundum Diodor. XV, 46. p. 38. Ol. CI, 3 archonte Socratida. Ad nostrum locum potissimum faciunt verba Pausaniae VII (*Achaic.*), 25. p. 589: *ἐγένετο δὲ τῆς Ἑλίκης ἀπώλεια Ἀστείου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, τετάρτῳ δὲ ἔτει τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς ἑκατόν.* Adde denique Demosthen. *Orat. in Timoth.* p. 659 (= p. 1190 Reiske = Vol. III. p. 116, 35 Dindorf.). — F. *γρ. προβεβηκώς.* Verte: *ante solis occasum delitescens* et adde vocabulum *προδύω* lexicis. — Deinceps *καὶ γὰρ* pro simplici *γάρ*, quod prorsus omittit E, exhibent H. N. Cas. *γρ: ὅσον ἐνδέχεται· προβεβηκὼς γὰρ ἐλάχιστον ὑπελείφθη*, quae est coniectura Sylburgii, qui edidit: *ὅσον ἐνδέχεται· ἐλάχιστον γὰρ ὑπελείφθη·* P. *τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ὤφθη ὅσον ἐνδέχεται· ἐλάχιστον γὰρ ὑπελείφθη.* Recte se habet lectio cod. F. quam exhibuimus cum A. Cam. Er. Bekk. Verte: *quantum fieri potest brevissime a sole relinquebatur.* Nequaquam idem est

ὅσον ἐνδέχεται et ὅσον δυνατόν, unde Theophrastus *Hist. plant.* II, 1, 2. p. 44: τὸ δὲ ἐνδεχόμενον ὡς δυνατὸν ληπτέον. Discrimen exposuit Plutarchus *de fato* §. 6. p. 285 sqq. ed. Hutten. Adi etiam Schneider ad Aristotel. *Hist. animal.* (*Cur. Poster.* IV, 9, 9) Tom. IV. p. 382. — Mox οἷον ἄμμα E, qui deinde omittit διό. Apposite Seneca (*Quaest. nat.* VII, 5, loco iam supra nobis laudato) hunc cometam *effigiem ignis longi* vocavit. — τοῦ Ὠρίωνος τῆς ζώνης N. ἐνταυθοῖ F. H. N. γρ. Casaub.

11. προσπεφιλονεικηκώς F. Plutarch. *Quaest. Sympos.* III. Tom. VIII. p. 570 ed. Reiske: μόνον οὐκ ἐδέξατο τὸν κιττὸν ἡ χώρα, καίτοι πολλὰ τοῦ Ἁρπάλου πραγματευομένου καὶ προσφιλονεικοῦντος. Paullo aliter apud Polybium II, 19, 6. — αὐτοῦ A. — Deinde γάρ omittit F. — Post κομητῶν A. Er. inserunt καί. — πρὸς τούτοις omisso δέ E. De re cfr. Senecam *Quaest. natur.* VII, 12: *Etiam nunc frequenter stella sub altioris stellae vestigium venit: et Saturnus aliquando supra Iovem est, et Mars Venerem et Mercurium recta linea despicit: nec tamen propter hunc cursum, quum alter alterum subit, cometes fit.* — τὸν ἐν τοῖς διδύμοις N. Er. P. S. τὸν τοῦ Διὸς ἀστέρα A. Er. P. S. — Pro συνελθόντα N. ἀπελθόντα supra posito ῦ. — δίς correxit E, omittunt F. H. N.

12. καὶ εἰ μείζους N. κἂν μείζους omisso εἰ F. Deinde καὶ ἐλάττους E. N. — φαίνονται N. — ἀδιετοί E. καθ' αὑτούς E. H. N. Denique κἂν εἰ μὴ διὰ πλειόνων A. Cam. P. S. καὶ εἰ μή F.

Cap. VII.

His expositis ad suam theoriam exponendam transit, quae quanta fuit ingenti temporis spatio Aristotelis in rebus physicis auctoritas, ad Newtonum fere usque invaluit adeo, ut viri, quales Galilei, Fromondus (*Meteorolog.* libro III. inde a p. 128 edit. alter.) aliique sanam Senecae sententiam spernerent nulliusque fere pretii haberent.

1. ἀφανῶν τῇ αἰσθήσει dictum est, ut apud Theophrastum *Histor. plant.* I, 2, 3. p. 9: τὰ ἐμφανῆ τῇ αἰσθήσει, latiore verborum sentiendi usu, quae saepe permutari solent.

Ita apud Xenophont. *Cyropaed.* III, 3, 45: *μωρὸν γὰρ τὸ κρατεῖν βουλομένους τὰ τυφλὰ τοῦ σώματος καὶ ἄοπλα καὶ ἄχειρα ταῦτα ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις φεύγοντας. Anabas.* VI, 5, 16: *ὁρᾶτε δή, πότερον κρεῖττον ἰέναι ἐπὶ τοὺς ἄνδρας, προσβαλλομένους τὰ ὅπλα ἢ μεταβαλλομένους, ὄπισθεν ἡμῶν ἐπιόντας τοὺς πολεμίους θεάσασθαι.* — *γρ. εἰς τὸ ἀδύνατον* E. — *ἀνάγωμεν* H. N. qui etiam mox ut dedimus, suadente etiam Koenigmanno *Geogr. Aristotel.* p. 65. not. 167. *ἐκ τῶν νῦν φαινομένων.* Reliqui, quibus adstipulatus est Bekk. *ἔκ τε τῶν νῦν φαιν.* perperam, cum incipiat apodosis. — Pro *φαινομένων*, quod reliqui praebent, E. A. Er. exhibent *λεγομένων*, quod recepissem, praesertim cum ita legerit etiam Bag. vertens: ex iis, quae nunc dicuntur et Vicomercatus: ex his, quae nunc dicuntur, nisi contra staret Alexander fol. 80, a: *ἐκ τῶν νῦν δοκούντων τε καὶ φαινομένων ἡμῖν, οὕτως ὑπολάβοι τις ἔχειν τὰ κατ' αὐτά, ἢ ἐκ τῶν φαινομένων τε ταὶ ὁρωμένων περὶ αὐτῶν οὕτως ἂν ὑπολάβει* (scr. *ὑπολάβοι*) *τις γίνεσθαι τὰ κατ' αὐτά.* Adde Olympiodor. fol. 14, a: *ἡ ἀπόδειξις ἂν γάρ φησι καὶ ἐπὶ τῶν νῦν φαινομένων, τουτέστι τοῦ κομήτου ὁμοίως τις ὑπολάβοι, συμβαίνει καὶ περὶ τούτου ὁμοίως ἡμᾶς ὑπολαμβάνειν, ὅτι οὕτως ἐστὶν ἡ γένεσις κομήτου καὶ οὐκ ἄλλως· οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον ταῖς ὑποθέσεσιν αὐτοῦ ἕπεται.* Philop. fol. 97, b: *εἰ οὖν τοῦτο γένοιτο, συμβαίνοντα τοῖς φαινομένοις λέξομεν,* ne reliqua afferam verba. *λεγομένων* aperte glossema est. — Caeterum inter explicationes ab interpretatibus adlatas, placet posterior Alexandri ratio. — *ὑπόκειται ἡμῖν.* Verte: *est illa ipsa res, de qua nobis agitur.* Hoc enim sensu usurpari solet *τὸ ὑποκείμενον. Rhetor.* I, 1. p. 1355, a: *τὰ ὑποκείμενα πράγματα* et saepius, ut apud Theophrast. *de causs. plantar.* VI, 5, 5. p. 594: *ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν ἴσως ἐπὶ πλέον εἴρηται τῶν ὑποκειμένων.* Adde Zell ad Aristot. *Ethic. Nicomach.* II, 2, 2. p. 63. — Mox *ἔσται* pro *ἐστι* N. et pr. manu F.

2. *αὕτη δέ* omittunt A. Er. P. S. *αὕτη τε καί* Cam. Cas. in margine: *Interpres etiam vetus θερμήν· αὐτὴν δὲ καί.* al. *αὐτήν τε* et mox *συμπεριάγεσθαι. αὐτή τε* omissis *αὕτη δέ* in suo

invenit G. atque adeo corrigere voluit sive *αὐτό τε* sive *αὕτη δέ*. Alex. legit *ἥτις αὐτή τε*. Deinde pro *ἐπὶ πολύ*, quod reliqui praebent adsentiente Bekkero, F. habet *τὸ πολύ*. Bene: pendet enim genitivus *τοῦ συνεχοῦς ἀέρος* a vocabulo *πολύ*. Magis tamen arridebat, quod praebet A. *ἔτι* pro *ἐπί*, quod recepimus. — *σφαίρας* pro *φορᾶς* F. H. N. *γρ.* Cas. — *τύχοι* solito more A. Er. P. S. Cas. Supra dixerat (I, 4) *ᾗ ἂν οὖν μάλιστα εὐκαίρως ἔχῃ ἡ τοιαύτη σύστασις, ὅταν ὑπὸ τῆς περιφορᾶς κινηθῇ πως, ἐκκάεται.* Unde suspicatus eram pro *εὔκρατος* scribendum esse *εὔκαιρος* sive *εὐκίνητος*. Vocabulum enim *εὔκρατος*, quod de temperatis zonis saepe usurpatur, veluti apud Strabonem II. p. 111 et alibi, ut frigidis saepe ac calidis opponatur, hic prorsus ineptum videtur. Quando enim de facultate exardescendi loqui voluit Aristoteles, tum vocabulo utendum erat, quod exarsionis facilitatem significaret, quemadmodum *εὔκηλος*, aut simili. At *εὔκρατος* mox recurrit. Vertendum igitur: *quando apto caloris gradu gaudet.* Coll. *de mundo.* c. 4. p. 395, b: *ἔνιαι δὲ ὑπὸ γῆν οὖσαι πλησίον πηγαίων ὑδάτων θερμαίνουσι ταῦτα καὶ τὰ μὲν χλιαρὰ τῶν ναμάτων ἀνιᾶσι, τὰ δὲ ὑπέρζεστα, τὰ δὲ εὖ ἔχοντα κράσεως*, ubi postremi fontes re vera sunt ferventes (*ζεστά* oppos. *χλιαρά*), sed non *ὑπέρζεστα*. Propius accedit eiusdem capitis §. 27, ubi *εὔκρατον πνεῦμα* tamquam causa terrae motuum proponitur. Fortasse etiam nihil aliud hoc vocabulo dicere voluit, quam quod ita expressit Seneca *Quaest. natur.* VII, 6: *Potest enim spiritus per angusta elisus accendere supra se positum aëra, plenum alimentis idoneis igni.* — *σποράδες ἀστέρες* sunt stellae fixae, quae non ad certos asterismos relatae sunt. cfr. Henisch ad Procl. *de sphaera* p. 161. — G. *σποράδων* male interpretatur *τῶν διασσόντων.*

3. *τὴν* post *εἰς* omittunt E. F. A. — *τὴν ἄνωθεν κίνησιν* omisso *τῶν* N. — *ἀρχὴ μὴ πυρώδης* pr. man. F. — *πολὺ λίαν* N. Omnes rell. *μήτε οὕτω πολλὴ λίαν ὥστε ταχὺ καὶ ἐπὶ πολὺ ἐκκάειν, μήθ' οὕτως ἀσθενὴς ὥστ' ἀποσβεσθῆναι ταχύ.* Equidem, ut sibi responderent *οὕτω πολλή* et *οὕτω ἀσθενής* scripsi *οὕτω πολλή, ὥστε λίαν ταχὺ καὶ ἐπὶ πολὺ ἐκκάειν.* Ita apud

Xenoph. *Anabas.* VI. 1, 28: *μὴ λίαν ταχὺ σωφρονισθείην.* — *ἀποσβεθῆναι* A. Er. — Deinde *συμπίπτει* F. H. N. A. Cam. P. S. Cas. — *ἀναβαίνειν εὔκρατον* pr. man. om. E. — *γίνεται κομήτης τοῦτο* inverso ordine F. — *τύχοι* H. A. P. Cas. — Quae mox sequuntur verba *ἐὰν μὲν γὰρ πάντῃ ὁμοίως κομήτης, ἐὰν δ' ἐπὶ μῆκος, καλεῖται πωγωνίας,* ut ab omnibus codd. et edit., quibus adstipulatus est Bekk. exhibentur, nisi quod *ἂν δ'* praebent H. N., egregie corrupta sunt, et valde laetatus sum, cum postea vidissem, me in eandem incidisse correctionem, quam commendaverat Koenigmann *Geogr. Aristot.* p. 67. not. 170. Quamvis enim nulla neque in codicibus a Bekkero collatis, neque in Accoramboni et Morellii codd. reperiatur lectionis varietas, vitium tamen hoc in loco latere, docent ea, quae ipso Aristotele praeeunte disseruit Stobaeus *Eclog.phys.* I, 29. p. 578: *Ἀριστοτέλης τῆς ξηρᾶς ἐκ γῆς ἀναθυμιάσεως διάπυρον σύστασιν* [*φησί*], *κομήτας δ', ὅταν ἐπὶ πλέον ἐξαφθῇ καὶ πρὸς πλείονα διαμένῃ χρόνον, τοῦ μὲν ἀστέρος φαινομένου κάτωθεν, τῆς δὲ κόμης ἄνωθεν ἐπιλαμπούσης· πωγωνίας δ', ὅταν ἔμπαλιν ὁ μὲν ἀστὴρ ἄνωθεν θεωρεῖται, ἡ δὲ κόμη κάτω, παρεχομένη τῷ σχήματι πώγωνος ἔμφασιν.* Accedit Plinius, qui omnia fere ex Aristotele petiit, quae petere poterat. Dicit enim *Histor. nat.* II, 22: *Cometas Graeci vocant, nostri crinitas, haerentes crine sanguineo, et comarum modo in verticem hispidas. Iidem Pogonias, quibus inferiore ex parte, in speciem barbae longae promittitur iuba.* Unde nostro loco corrigendum arbitror: *ἐὰν μὲν γὰρ ἐπάνω ἡ κόμη κομήτης, ἐὰν δ' ἐπὶ μῆκος κάτω, καλεῖται πωγωνίας.* Quod Plinius plura recenset cometarum genera ipsi Aristoteli ignota, nihil contra me pugnat. Aut enim ista de suo addidit, ut plurima in Meteorologicis, et in historiis animalium et plantarum: aut locum nostrum ampliorem ante oculos habuit, quod de Seneca constat, ut in prolegomenis disertius exposui. Ampliorem olim fuisse hunc locum suspiceris ex verbis Olympiodori fol. 14,b: *ἀλλὰ πρὸς τὸ διάφορον σχῆμα τοῦ ἐκκαιομένου καὶ τὸ σχῆμα τοῦ κομήτου γίνεται· ἢ γὰρ καὶ κατὰ μῆκος καὶ κατὰ πλάτος γίνεται ἔξαψις καὶ καλεῖται κυρίως κομήτης, ὃν*

φαίης φλόγα πολυχρόνιον (Quod ad verbum *πολυχρόνιον* spectat cfr. Senec. *Quaest. nat.* I, 15: *At quibus longior mora et fortior ignis est, motumque caeli sequens aut qui proprios cursus agunt, cometas nostri putant:* de quibus dein: *Horum genera sunt pogoniae, lampades et cyparissiae et alia omnia: quorum ignis in exitu sparsus est.* Quae utrum ex nostro loco petita sint necne, adhuc ambigo.), *ἢ κατὰ τὸ μῆκος μόνον καὶ καλεῖται δοκίας (τοιοῦτοι γὰρ καὶ οἱ δοκοί), καὶ εἴποις ἐνταῦθα δαλὸν πολυχρόνιον, ἢ καὶ κατὰ βάθος ἔχει τὴν ἔξαψιν καὶ οἱονεὶ ἀποσπινθηρίζει καὶ καλεῖται πωγωνίας.* Quamvis haec posterioris aevi poterat esse ratio. Accedit Philoponus fol. 98, a: *περὶ δὲ τῶν κομήτων ἢ τοῦ καλουμένου γάλακτος ἰδικώτερον δὲ καὶ τούτων ἕκαστος τῷ σχήματι τῆς ἀναθυμιάσεως πρέπον εἴληφε ὄνομα. εἰ μὲν σφαιροειδὴς ἡ ἀναθυμίασις οὖσα τύχοι μικρῶν αὕτη παρηρτημένων ἔξωθεν τοιούτων συστάσεων, ἰδικώτερον τὸ σχῆμα τοῦτο καλεῖται κομήτης, ἐπειδὴ κόμῃ προσέοικεν, ἐξ οὗ πλεονάζοντος καὶ πάντας οὕτω καλοῦσιν* (quorum verborum sensum nondum probe adsecutus sum)· *ἐὰν δ᾽ ἐπιμήκης εἴη καὶ μόνον, δοκίας καλεῖται. τριγωνίζουσα δὲ πωγωνίας ὠνόμασται· πιθίας δέ τις ἕτερος καὶ ἄλλος ἄλλοθεν ἄλλο τι συμφώνως τῷ σχήματι* (quae verba, quamvis prorsus inepta, tamen ab ipso Grammatico profecta mihi videntur, similia etiam aliis in locis ostentante). Alexander denique, qui dicitur Aphrodisiensis fol. 80, b nostrum locum legit, qualem nunc habemus, quod aperte patet ex hisce verbis: *ὅταν οὖν εἰς τὴν τοιαύτην πύκνωσιν, τουτέστιν ἐπιτηδειότητα πρὸς ἔξαψιν, ἐμπέσῃ διὰ τὴν τοῦ θείου σώματος περιφοράν, πυρώδης ἀρχή, μήτε οὕτω πολλὰ* (sic!) *καὶ σφοδρά, ὥστε ταχείως καὶ ἐπιπολὺ ἐξάψαι τὴν πυκνότητα ταύτην, μήτε πάλιν οὕτως ἀσθενής, ὡς ἀποσβεσθῆναι ταχὺ πρὶν ἐξάψαι, ἀλλὰ ἰσχυροτέρα τῆς τοιαύτης, καὶ ἐπιπλέον διαμένειν δυναμένη, ἅμα δὲ συμπίπτῃ καὶ κάτωθεν ἄλλην ἀναφέρεσθαι ἀναθυμίασιν εὔκαιρον καὶ εὔκρατον καὶ ἐπιτήδειον πρὸς ἔξαψιν, γίνεται ἡ τοιαύτη ἔξαψις κομήτης ἀστήρ· ὃς ἀπὸ τοῦ σχήματος τοῦ ἀναθυμιωμένου τε καὶ ἐξαπτομένου ἢ κομήτης ἢ πωγωνίας καλεῖται· ἐὰν μὲν γὰρ πάντῃ ὁμοία ἡ ἔξαψις ᾖ τῆς*

ἀναφερομένης ἀναθυμιάσεως καὶ οἷον σφαιροειδής, κομήτης καλεῖται, ἐὰν δ' ἐπὶ μῆκος, πωγωνίας. Inepta esse verba, qualia nunc leguntur, neglecto etiam Stobaei loco, neglectis Plinii verbis, neglectis Senecae, et ut hunc etiam adferam Manilii *Astronom.* I, 836 sqq. cuivis patet. — Nostram coniecturam tueretur, si et alibi ὁμοίως eadem nota tachygraphica scriptum reperiretur, quam in Hesychio detexit Lobeckius *Aglaopham.* I. p. 779 sq. scilicet ὅμ. Vide etiam Sylburg. apud Schaefer ad Dionys. Halic. *de comp. verbor.* XII. p. 138. Quando igitur Aristoteles scripserat: ἐὰν μὲν γὰρ ἐπάνω ἡ κόμη, κομήτης, ἐὰν δ' ἐπὶ μῆκος κάτω, καλεῖται πωγωνίας, facilis erat lapsus librario, cui trita erat ista compendiaria scriptura, in vulgatam lectionem, praesertim quem offenderet vocabulum κόμη ante κομήτης. Vocabulum κάτω deinde excidit aut propter similitudinem verbi insequentis, aut a doctiusculo quodam scriba, priore parte corrupta, erasum est. Utrumque illud genus Manilius *Astronom.* I, 836 sq. hisce versibus comprehendit:

Nunc prior haec species dispersis crinibus exit,
Et glomus ardentis sequitur sub imagine barbae.

4. ἡ τοιαύτη ἀστέρος φορὰ δοκεῖ εἶναι omisso priore φορά E. — ἡ ὁμοία idem est, quod ἡ τοιαύτη, quod monemus idcirco, ne quis corrigendum esse censeat ἡ μονὴ ὁμοία ἀστέρος μονῇ δοκεῖ εἶναι. A. verba ἡ ὁμοία prorsus omisit. — δοκεῖ μονὴ εἶναι inverso ordine F. A. Cam. Er. — εἰς τῶν ἀχύρων θημῶνα, addito articulo S. — ἢ πυρὸς ἐμβάλοι μικρὰν omisso ἀρχὴν E. — ἐμβάλλοι F. — Deinde ἀστέρων F. N. Cam. P. S. Cas. Nos, uti supra, cum melioribus scripsimus ἄστρων. Etiam Latini dicunt: *stellarum transcursus*, non *siderum*. — Pro διαμείνειε F. exhibet simplex μείνειε. N. μείνοιε. Iuvat adscribere Accoramboni (*Vera mens Aristotel.* p. 474 sq.) huius loci explicationem: *Si vapor, qui accenditur, fuerit ita densatus et permanens, ut non statim evanescat ob accensionem, ut evanescunt caprae et stellae cadentes et huius modi tenues vapores, tunc principium accensionis fit quidem in parte tenuiori vaporis, quia tenuior pars est aptior ad suscipiendam priorem inflammationem; sed postea accensio terminabit ad*

partem densiorem vaporis, a qua densiori parte vapor incipiet motum circularem: et sic licet motus accensionis decurrentis terminet in partem densiorem, motus tamen circularis incipit a densiori parte: quod fit duplici ex causa; primo quod pars densior et firmior, cum rapitur circulariter a motu caeli, facilius trahit secum partem tenuiorem, quam e contra, quia pars infirmior semper vincit partem debiliorem: secundo, quia haec inflammatio fit a motu diurno caeli, qui fit ab Oriente ad occidentem, ideo inflammatio incipit ab orientali parte vaporis, quia motus inde provenit, et impellit vaporem versus occidentem; ideo pars vaporis, quae occidentalis est, erit crassior et densior, quia vi motus caeli totus vapor ad occidentem partem compellitur. Cum itaque pars vaporis occidentalis fuerit accensa, rapietur a motu circulari caeli diurno versus occidentem et sic trahit secum partem orientalem vaporis; sed haec pars vaporis orientalis non potest secum trahere occidentalem partem vaporis, quia tunc motus fieret ab occidente in orientem, quod fieri non potest. Sit vapor B — A, *et moveatur ignis, in quo est vapor* A, *motu caeli diurno ab* A *ad* B; *vapor utique prius inflammabitur in parte* A; *quia idem caelum movetur versus* B, *et flamma decurret usque ad* B, *quae est densior pars vaporis ob dictam rationem. Cum itaque totus vapor moveatur circulariter simul cum motu diurno, motus circularis incipiet a puncto* B *et trahit secum* A, *quia motus diurnus fit versus* B: *si enim motus circularis inciperet ab* A, *motus fieret versus orientem, non versus occidentem: supponimus enim* A *esse partem orientalem vaporis, quia est pars dextera,* B *vero esse partem occidentalem, quia pars est sinistra.* — *φορᾶς τοῦ κομήτου ἡ τελευταία* pr. man. E., qui deinde pro simplici *τῆς διαδρομῆς* exhibet *ἀρχὴ τῆς διαδρομῆς*. — *τῆς διαδρομῆς τοῦ διαΐσσοντος· τοιοῦτος καὶ ὁ κομήτης* F. Er. — Pro *τοιοῦτον ὁ κομήτης* A. Cas. *τοιοῦτος ὁ κομήτης*, S. *τοιοῦτος καὶ ὁ κομήτης*, P. *τοιοῦτος κομήτης*. — *ἔχων ἐν ἑαυτῷ* E. *αὐτῷ* P. S. Cas.

5. *ὅταν μὲν οὖν ἐν ἑαυτῷ* E. — *εἴη* pro *ᾖ* F. — *καθ'*

αὑτὸν N. — Deinceps exhibet: ὅταν δὲ ὑπὸ τῶν ἄστρων γινόμενός τινος ἢ τῶν ἀπλανῶν ἢ τῶν πλανητῶν A. γιγνόμενος addit etiam Er. in margine aliam enotans scripturae varietatem γρ. γιγνομένη sc. ἀρχὴ τῆς συστάσεως. Idem inverso ordine cum Cam. praebet ἢ τῶν πλανητῶν ἢ τῶν ἀπλανῶν. — συνίσταται F. H. N. συνίστηται Cam. h. l. et alibi, qua de re cfr. not. Sylburgii. — συνιστῆται ἀναθυμίασις omisso articulo E. — αἱ ἅλῳ περὶ ἥλιον καὶ σελήνην φαίνονται A. Er. περὶ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην φαίνονται Cam. — Mox τῶν ἄστρων omittunt E. H. N.

6. ἀνάγκη φέρεσθαι pro ἀν. φαίνεσθαι H. et N., quorum posterior paulo post exhibet φαίνεται pro φέρεται. — καθ' αὑτὸν συστῇ H. N. — Pro ὑπολειπόμενοι φαίνονται Koenigmann *Geogr. Aristotel.* p. 69. not. 174 corrigere voluit ὑπολειπόμενον φαίνεσθαι, ut pendeat ab ἀνάγκη, quod minime necessarium. τοιαύτη γὰρ .... τὴν γῆν. Scilicet cum totus circa terram mundus revolvatur, citissime extrema sphaera moveatur, tardissime regiones terrae superficiei proximae necesse est. Inde patet aërem, in quo eius modi cometae, tardius moveri ac ignem, in quo sidera, quod causae est cur cometae a sideribus in itinere suo relinqui sive tardius moveri videantur.

7. ὡς τὴν ἅλω exhibent F. P. S. Cas. εἰς ἅλω inepte N. — Deinde idem cod. N. pro πρὸς αὐτὸν τὸν ἀστέρα praebet εἰς αὐτὸν τὸν ἀστέρα. — καὶ μὴ εἶναι ὡς λέγουσιν οἱ περὶ Ἱπποκράτη A. Er. De forma accusativi in η, qualium *Πολυκράτη*, *Σωκράτη*, *Ἱπποκράτη* cfr. Bornemann ad Xen. *Apolog.* p. 61. — ὅτι καθ' ἑαυτὸν omisso καὶ F. κατ' αὐτοῦ E. — κομήτης καὶ πολλάκις H. N. — πολλάκις καί omittit E.

8. περὶ τῆς ἅλω τὴν αἰτίαν ὕστερον ἐροῦμεν cfr. III, 2 sq. — αὐτῶν sc. cometarum, non halonum. De re, quam paulo post repetit, adi Senecam *Quaest. nat.* VII, 28: *Aristoteles ait cometas significare tempestatem, et ventorum intemperantiam, atque imbrium ..... Non statim cometes ortus ventos et pluvias minatur, ut Aristoteles ait: sed annum totum suspectum facit.* Theophrast. *de sign.* II, 9.

p. 792: οἱ κομῆται ἀστέρες ὡς τὰ πολλὰ πνεύματα σημαίνουσιν· ἐὰν δὲ πολλοί, καὶ αὐχμόν, quibuscum cfr. IV, 8. p. 800. Arat. *Diosem.* 359 sqq. (1090 sqq.):

Οἱ δ' εἶεν καθύπερθεν ἐοικότες ἀστέρες αἰεί,
Μηθ' εἷς, μήτε δύω, μήτε πλέονες κομόωντες·
Πολλοὶ γὰρ κομόωσιν ἐπ' αὐχμηρῷ ἐνιαυτῷ.

quae sic interpretatus est Avienus v. 487 sq.

At si contigerit plures ardere cometas,
Invalidas segetes torrebit siccior aër.

Adde Plin. *Histor. nat.* II, 23: *Ventos autem, ab iis graves aestusque significari.* — γιγνόμενοι πλείους omisso articulo E. F. H. N. S. — Quomodo sicci vapores prohibere queant, ne humidi in nubes imbremve consistant et condensentur, ex Aristotelis theoria καθ' ἀντιπερίστασιν explicandum est, de qua vide, quae exposui *Meteorol. vet. Gr. et Rom. Introd.* not. 21. p. 9 sqq.

9. *οὐ γίγνονται τὸ τοιοῦτον* A. *οὐ γίνεται τοιοῦτον* F. — *ἐπεὶ καὶ ὅτε ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἔπεσε* pr. man. omisso ὁ E. Cum multi de isto lapide ad Aegos flumen delapso commentati sint, inter quos interpp. ad Ammian Marcellin. XXII, 8, 5. XXII, 16, 22. Tom. II. p. 453. 519. ed. Wagner, Menagius ad Diogen. Laërt. II, 10. Tom. II. p. 78. ed. Meibom, qui praesertim de anno, quo lapis iste decidisse fertur, plurima disputavit, Wagner ad *Marmor. Par.* (Götting. 1790. 8.) p. 112, satis duximus adscripsisse, quae Boeckhius (*Corp. inscript. gr.* Vol. II. Fasc. I. Part. XII. p. 320, b) disseruit, quibus pauca deinde subiecimus. *De lapide isto ex caelo sive ex aëre delapso loquuntur plurimi, nec res est dubia. Noster *) mihi videtur superstitione ductus rem cetera veram adnotasse, quamquam contraria Robertsonus **) ratione*

---

*) Marmoris Parii auctor, cuius haec sunt verba: *Ἀφ' οὗ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ὁ λίθος ἔπεσε — — — ἄρχοντος Ἀθήνησιν Θεαγενίδου* (Olymp. 78, 1).

**) Nimirum in libro: *The parian Chronicle, or the Chronicle of the Arundelian Marbles, with a dissertation concerning its Authenticity.* London 1788. 8.

auctorem, quippe falsarium, putat saeculo vixisse fabellis et superstitionibus non iam delectato, ideoque non addidisse, lapidem esse caelo delapsum. Unde vero delapsum putaverit, nisi ex caelo vel aëre? Aliunde enim nisi illinc nihil delabi in tellurem potest. Nota vero ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς *esse ad Aegos flumen; non enim flumini illapsus lapis, sed iacuit in solo: sic Plinius Histor. nat.* II, 59 *eum dicit fuisse ad Aegos flumen magnitudine vehis, Diogenes Laërtius* II, 10 περὶ Αἰγὸς ποταμόν *) *et similiter Philostratus Vit. Apollon. Tyan.* I, 2. *Primus inter superstites scriptores huius lapidis meminit Aristoteles: sed memorarat iam qui tum ipsum vixit, Diogenes Apolloniates (vide Stob. Eclog. phys.* I, 25. p. 508 *ed. Heeren* **)*; Theodoret Gr. aff. cur.* IV, p. 797. *ed. Hal.). Rem Anaxagoram fabulantur praedixisse (Diogen. Laërt. Plin. ll. cc. Ammian. Marcellin. ll. cc. et Tzetzes Chiliad.* ***). *Nempe consequens fuit Anaxagorae placitis ex sole aliisque caelestibus corporibus violentiore motu posse aliquid abruptum delabi; unde nata fabula, quasi ad Aegos flumen casurum lapidem Anaxagoras dixerit. Vide Silenum apud Diogen. Laërt.* II, 11. *Plutarch. Lysandr.* 12. *ubi de eo*

---

*) Verba haec sunt; φασὶ δ' αὐτὸν [τὸν Ἀναξαγόραν] προειπεῖν τὴν περὶ Αἰγὸς ποταμὸν γενομένην τοῦ λίθου πτῶσιν, ὃν εἶπεν ἐκ τοῦ ἡλίου πεσεῖσθαι.

**) Διογενὴς κισσηροειδῆ τὰ ἄστρα, διαπνοίας δὲ αὐτὰ νομίζει τοῦ κόσμου, εἶναι δὲ διάπυρα. Συμπεριφέρεσθαι δὲ τοῖς φανεροῖς ἄστροις ἀφανεῖς λίθους, καὶ παρ' αὐτὸ τοῦτ' ἀνωνύμους· πίπτοντα δὲ πολλάκις ἐπὶ τῆς γῆς σβέννυσθαι· καθάπερ τὸν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς πυρωδῶς κατενεχθέντα ἀστέρα πέτρινον. Quodsi Heeren dixit hanc sententiam a nemine, praeterquam a Stobaeo esse expositam, ea in re aperte falsus est. cfr. Plutarch. *Plac. Philos.* II, 13. Tom. IV. p. 576. Wyttenb. 8.

***) II, 892:

Ὁ δέ γε Κλαζομένιος πάλιν Ἀναξαγόρας
Ἐξ οὐρανοῦ προέφησε λίθους κατενεχθῆναι
Ἐν ποταμοῖς τοῖς τῆς Αἰγὸς (Θρᾴκης δὲ τοῦτο πόλις)

saxo agitur uberrime *). *Archon* [Theagenides] *oblitteratus apud Diogenem Laërtium, ubi viderunt interpretes scribendum:* ἐπὶ ἄρχοντος . . . . . δίμυλον λίθον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν. *Plinius refert ad Olymp.* 78, 2, *unius anni discrimine; Eusebius in Graeco et Latino Canonis exemplo ad Olymp.*

---

*) *Κατηνέχθη, ὡς ἡ δόξα τῶν πολλῶν, ἐξ οὐρανοῦ παμμεγέθης λίθος εἰς Αἰγὸς ποταμούς· καὶ δείκνυται μὲν ἔτι νῦν σεβομένων αὐτὸν τῶν Χερσονησιτῶν· λέγεται δὲ Ἀναξαγόραν προειπεῖν, ὡς τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐνδεδεμένων σωμάτων, γενομένου τινὸς ὀλισθήματος ἢ σάλου, ῥίψις ἔσται καὶ πτῶσις ἑνὸς ἀπορραγέντος· εἶναι δὲ καὶ τῶν ἄστρων ἕκαστον οὐκ ἐν ᾗ πέφηνε χώρᾳ· λιθώδη γὰρ ὄντα καὶ βαρέα, λάμπειν μὲν ἀντερείσει καὶ περικλάσει τοῦ αἰθέρος, ἕλκεσθαι δὲ ὑπὸ βίας σφιγγόμενον δίνῃ καὶ τόνῳ τῆς περιφορᾶς, ὥς που καὶ τὸ πρῶτον ἐκρατήθη μὴ πεσεῖν δεῦρο, τῶν ψυχρῶν καὶ βαρέων ἀποκρινομένων τοῦ παντός· ἔστι δέ τις πιθανωτέρα δόξα ταύτης, εἰρηκότων ἐνίων ὡς οἱ διᾴττοντες ἀστέρες οὐ ῥύσεις εἰσίν, οὐδ' ἐπινέμησις αἰθερίου πυρὸς ἐν ἀέρι κατασβεννυμένου περὶ τὴν ἔξαψιν αὐτήν, οὐδ' ἀέρος εἰς τὴν ἄνω χώραν πλήθει λυθέντος ἔκπρησις καὶ ἀνάφλεξις, ῥίψις δὲ καὶ πτῶσις οὐρανίων σωμάτων, οἷον ἐνδόσει τινὶ τόνου καὶ παρατρόπου κινήσεως, ἐκ παλμῶν φερομένων οὐ πρὸς τὸν οἰκούμενον τόπον τῆς γῆς, ἀλλὰ τῶν πλείστων ἐκτὸς εἰς τὴν μεγάλην ἐμπιπτόντων θάλατταν· διὸ καὶ λανθάνουσι. τῷ δὲ Ἀναξαγόρᾳ μαρτυρεῖ καὶ Δάμαχος ἐν τοῖς περὶ εὐσεβείας ἱστορῶν, ὅτι πρὸ τοῦ πεσεῖν τὸν λίθον, ἐφ' ἡμέρας ἑβδομήκοντα καὶ πέντε συνεχῶς κατὰ τὸν οὐρανὸν ἑωρᾶτο πύρινον σῶμα παμμέγεθες, ὥσπερ νέφος φλογοειδές, οὐ σχολάζον, ἀλλὰ πολυπλόκους καὶ κεκλασμένας φορὰς φερόμενον, ὡς τὰ ὑπὸ σάλου καὶ πλάνης ἀπορρηγνύμενα πυροειδῆ σπασματα φέρεσθαι πολλαχοῦ καὶ ἀστράπτειν, ὥσπερ οἱ διᾴττοντες ἀστέρες. ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθα τῆς γῆς ἔβρισε καὶ παυσάμενοι φόβου καὶ θάμβους οἱ ἐπιχώριοι συνῆλθον, ὤφθη πυρὸς μὲν οὐδὲν ἔργον, οὐδ' ἴχνος τοσοῦτον, λίθος δὲ κείμενος, ἄλλως μὲν μέγας, οὐθὲν δὲ μέρος, ὡς εἰπεῖν, ἐκείνης τῆς πυροειδοῦς περιοχῆς ἔχων. ὅτι μὲν οὖν εὐγνώμων ὁ Δάμαχος ἀκροατῶν δεῖται, δῆλός ἐστιν· εἰ δὲ ἀληθὴς ὁ λόγος ἐξελέγχει κατὰ κράτος τοὺς φάσκοντας ἔκ τινος ἀκρωρείας ἀποκοπεῖσαν πνεύμασι καὶ ζάλαις πέτραν, ὑπολειφθεῖσαν δ' ὥσπερ οἱ στρόβιλοι καὶ φερομένην, ᾗ πρῶτον ἐνέδωκε, καὶ διελύθη τὸ περιδινῆσαν, ἐκριφῆναι καὶ πεσεῖν. εἰ μὴ νὴ Δία πῦρ μὲν ἦν ὄντως τὸ φαινόμενον ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, σβέσις δὲ καὶ φθορὰ μεταβολὴν ἀέρι πάρεσχεν, εἰς πνεύματα βιαιότερα καὶ κινήσεις, ὑφ' ὧν συνέτυχε καὶ τὸν λίθον ἐκριφῆναι.*

78, 4 *verbis prope iisdem, quibus Marmor, sed addito* ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. *cfr. etiam Chron. Gr.* p. 54. *Chron. Hieron.* p. 32. *Apud Maium p.* 389 *locus depravatus est.* Haec Boeckhius. Quae etsi cuivis videbuntur probabilia, aliam tamen rationem unde fabella orta sit, Anaxagoram huius lapidis delapsum praedixisse, statuendam esse arbitramur, aemulationem enim cum naturae cognitione Anaximandri, qui terrae motum probabilibus de causis praedixerat. Plin. *Hist. nat.* II, 79, quem cfr. cum Ammian. Marcellin. XVII, 7, 12. p. 128. — Caeterum de rei veritate, lapides ex aëre delabi, nunc nemo dubitare audet: nec defuere exempla antiquis temporibus, quae studiose collegit Chladni (*Ueber Feuermeteore und die mit denselben herabgefallenen Massen.* 1 vol. 8. Wien 1819. Gilb. *Annal.* LXVIII. p. 329. LXXI. p. 358. Schweigger *Journal* XXXVI. p. 87. *Philosophical Magazin* LXVII. p. 87. p. 179. *Edinburgh philos. Journal.* I. p. 230 et alibi.) Cfr. omnino *Meteorol. vet. Gr. et Roman.* II, 6 — 7. p. 38 — 44. et adde Heyne *Opusc. Academ.* Vol. III. p. 212 sq. Inter plurimas Livii narrationes huc pertinentes memoratu dignissima est ea, quae reperitur XXV, 7, ubi ait: *Albano monte biduum continenter lapidibus pluit,* quod Heyne *Opuscul. academ.* III. p. 261, Alex. ab Humboldt *Voyage aux rég. équinox.* Tom. I. p. 394. v. Hoff *Gesch. der Veränder. auf der Erdoberfl.* II. p. 321 de eruptione Albani montis interpretantur, quem Iul. Obsequens c. 98. *noctu ardere visum esse* refert. De imbre isto lapidum, quem Herculi auxiliaturus Iupiter demisit, cfr. Ilgen *Opuscul.* Vol. I. p. 210, Lange (*Vermischte Schriften.* p. 226), praeceptor mihi, heu! praematura morte ereptus, cuius tamen memoria cum morte tantum mihi delebitur, comparat grandinis lapides a Deo in Iosuae favorem demissos (*Ios.* X, 11). — ὑπὸ πνευμάτων N. Caeterum hinc sua deprompsit Plinius *Hist. nat.* II, 38 cum dicat: *Quin et ideo lapidibus pluere interdum, quod vento sint rapti.* Adi Plutarch. l. l.

10. ἐγένετο pro ἐγίγνετο praebent F. H. N. — De re cfr. ad I, 6, 8. — Νικομάχου ἐγένετο inverso ordine N. Ἀθήνησιν

ἐγένετο F. Verbum Ἀθήνησιν omittunt E. N. — ἄρχοντος Νικομάχου i. e. Ol. 109, 4. Corsin. *Fast. Attic.* Tom. IV. p. 36. Apud Plinium II, 25, qui eiusdem cometae mentionem facit, cum dicat: *Semel adhuc iubae effigies mutata in hastam est, Olympiade CVIII, Urbis anno CCCXCVIII,* scribendum esse *Ol. CVIII. Urb. anno CCCXIII* vidit iam Meursius. — ἐφ' οὗ pro ἐφ' ᾧ voluit G.

11. γενέσθαι H. N. — αἰτία ἡ τοῦ F. H. N. γίνεται αἴτιος A. — Deinceps ἄστρων H. N. A. S. Cas. μάλιστα ..... χώραν. Plin. *Histor. nat.* II, 23: *Omnes ferme sub ipso septentrione, aliqua eius parte non certa, sed maxime in candida, quae lactei circuli nomen accepit.* Etiam Arrianus apud Stob. *Eclog. phys.* I, 29. p. 584 contendit, plurimos cometas in septentrionalibus plagis apparere.

Cap. VIII.

Quibus de cometarum natura et origine disputatis ad lactei circuli descriptionem eiusque naturae transit expositionem. Omisit Aristoteles in veterum opinionum recensu Metrodori Chii, discipuli Democriti, cuius nusquam mentionem fecit. Is secundum Stobaeum *Eclog. phys.* I, 28. p. 574 lactei circuli originem solis accessui tribuit, cuius hic sit circulus: Μητρόδωρος διὰ τὴν πάροδον τοῦ ἡλίου· τοῦτον γὰρ εἶναι τὸν ἡλιακὸν κύκλον, quae fortasse petita sunt ex eius libro περὶ φύσεως, cuius meminit Cicero *Quaest. Academ.* IV, 23. Neque magis exposuit sententiam Parmenidis, cuius aliis in locis frequens mentio apud Aristotelem. Is duo rerum principia sibi contraria posuit, quae variis celebrabat nominibus; alterum enim vocabat densum, caliginem, terram; alterum rarum, lucem, ignem, docente Simplicio ad Aristotel. *Phys.* fol. 7, b: τῶν μὲν γεννητῶν ἀρχὰς καὶ αὐτὸς στοιχειώδεις μὲν τὴν πρώτην ἀντίθεσιν ἔθετο, ἣν φῶς καλεῖ καὶ σκότος, πῦρ καὶ γῆν, ἢ πυκνὸν καὶ ἀραιόν, ἢ ταὐτὸν καὶ ἕτερον. Ex hisce singulos orbes finxit, aut alterutro tantum elemento aut utroque compositos, quod ex verbis Stobaei *Eclog. phys.* I, 23. p. 482, Plutarch. *Plac. philosoph.* II, 7, Eusebii

Praeparat. Evangel. XV, 38 patet, quamvis satis obscuris, in quibus explicandis plures viri, inter quos Tiedemannus (*Geist der speculat. Philos.* p. 183), Davisius ad Ciceron. *de natur. Deor.* I, 11, 4, et Heeren ad Stob. l. l. maxime desudarunt. Leguntur apud Stobaeum haec: *Παρμενίδης στεφάνας εἶναι περιπεπληγμένας ἐπαλλήλους, τὴν μὲν ἐκ τοῦ ἀραιοῦ, τὴν δὲ ἐκ τοῦ πυκνοῦ. μικτὰς δὲ ἄλλας ἐκ φωτὸς καὶ σκότους μεταξὺ τούτων· καὶ τὸ περιέχον δὲ πάσας τείχους δίκην στερεὸν ὑπάρχειν, ὑφ᾽ ᾧ πυρώδης στεφανή· καὶ τὴν μεσαιτάτην πασῶν ἀραιῶν πάλιν πυρώδη· τῶν δὲ συμμιγῶν τὴν μεσαιτάτην ἁπάσαις τοκέα πάσης κινήσεως καὶ γενέσεως ὑπάρχειν, ἥντινα καὶ δαίμονα καὶ κυβερνήτην καὶ κληροῦχον ἐπονομάζει, δίκην τε καὶ ἀνάγκην. Καὶ τῆς μὲν γῆς τὴν ἀπόκρισιν εἶναι τὸν ἀέρα, διὰ τὴν βιαιοτέραν αὐτῆς ἐξατμισθέντα πίλησιν. τοῦ δὲ πυρὸς ἀναπνοὴν τὸν ἥλιον καὶ τὸν γαλαξίαν κύκλον,* unde exiguam saltem lucem accipiunt, quae I, 28. p. 574 adduntur: *Παρμενίδης τὸ τοῦ πυκνοῦ καὶ τοῦ ἀραιοῦ γαλακτοειδὲς ἀποτελέσαι χρῶμα.* Quid voluerit Parmenides longe melius nobis pateret, si Aristoteli placuisset, illius viri opinionem refellere. Et re vera, cum causa adesset, cur Metrodori sententiis refellendis non immoraretur, nimia scilicet earum ineptia (quam intelliges etiam ex iis, quae in *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* VIII, 35. p. 165 not. 16 monuimus), non video, cur Parmenidem ne verbo quidem dignum repererit, cuius tamen sententias de unico rerum principio (*Phys. Auscult.* I, 2—3. p. 184, b sqq. *Metaphys.* I, 3. p. 984, b. II, 4. p. 1001, a. XIII, 2. p. 1089, a), de generatione et corruptione (*de caelo* III, 1. p. 298, b), de elementorum natura (*de gener. et inter.* II, 3. p. 330, b), de calore mulierum maiore ac virorum (*de partt. animal.* II, 2. p. 648, a), ut alias taceam, recensuit partimque refellit. Quibus accedit, quod Stobaeus et reliqui, quibuscum ille consentire solet, in enumeratione placitorum, fere unice ab Aristotele pendere soleant, unde non inepte aliquis suspicetur, lacunam in textu Aristotelis existere. — Procul a veritate abhorruisse Aristotelem in lactei circuli natura explicanda, quis est, qui hodie in dubitationem vocare audeat,

cum stellarum numerum definire agressi sint Besselius aliique? Neque sua aetate amplius dubitavit Fromondus *Meteorol.* II, 3. p. 122 sqq. qui Democriti insistens vestigiis lacteam viam nihil aliud esse coniecit, quam innumeras stellas, brevesque omnes, quae spisso tractu in unum collectae, spatiis, quae angustissima interiacent, opertis vicinae sibi undique, et ideo passim diffusae lucis adspergine continuum iuncti luminis corpus ostendunt. Cfr. Macrob. *Somn. Scip.* I, 15. Manilius *Astronom.* I, 753 sqq. inter alias de lactea via propositas sententias, quaerit etiam:

Anne magis densa stellarum turba corona
Contexit flammas, et crasso lumine candet,
Et fulgore nitet collato clarior orbis?

ad Democritum aperte alludens, qua de re paulo post fusius monebimus. Alias explicationes silentio pertransimus (v. c. fabulosam Ovidii *Metam.* I, 168)*), neque subiungimus nisi Posidonii opinionem, quam exponit Macrobius l. l.: *Sed Posidonius, cuius definitioni plurium consensus accessit, ait Lacteum caloris esse siderei infusionem; quam ideo adversa Zodiaco curvitas obliquavit; ut, quoniam Sol, nunquam Zodiaci excedendo terminos, expertum favoris sui partem caeli reliquum deserebat, hic circulus a via Solis in obliquum recedens, universum flexu calido temperaret.* cfr. Plut.

---

*) Conferantur etiam verba Achillis Tatii *Isagog. in Arati Phaenomen.* c. 24. p. 86: *ἕτεροι δέ φασιν, ὧν ἐστι καὶ Οἰνοπίδης ὁ Χῖος, ὅτι πρότερον κατὰ τούτου ἐφέρετο ὁ ἥλιος, διὰ δὲ τὰ Θυέστεια δεῖπνα ἀπεστράφη καὶ τὴν ἐναντίαν τούτῳ πεποίηται περιφοράν, ἣν νῦν περιγράφει ὁ ζῳδιακός. ἔστι δὲ μυθῶδες τοῦτο καὶ ψεῦδος· τί γὰρ ἐροῦσιν οἱ ταῦτα λέγοντες περὶ τῆς σελήνης καὶ τῶν πέντε ἀστέρων; οὐ γὰρ δὴ καὶ οὗτοι διὰ τὰ Θυέστεια δεῖπνα ἀνεστράφησαν.* Omnino fabulae de Atreo et Thyeste cum astronomicis mythis arcte cohaerent; nam Atreum Solis etiam cursum coeli conversioni adversum docuisse ideoque regem esse factum narrat Euripides, apud quem de se praedicat Atreus:

Δείξας γὰρ ἄστρων τὴν ἐναντίαν ὁδὸν
Δήμους τ' ἔσωσα καὶ τύραννος ἱζόμην·

Cfr. Strabon. I. p. 43 A. — Adde *Geoponic.* XI, 19. p. 822. Plin. *Hist. nat.* XVIII, 29.

Plac. Phil. III, 1: *Ποσειδώνιος πυρὸς σύστασιν, ἄστρου μὲν λαμπροτέραν* (quod ex Stobaeo in *μανωτέραν* mutandum esse iam alii docuerunt), *αὐγῆς δὲ πυκνοτέραν.* Theophrasti sententiam supra alio loco exposuimus. Eandem tetigit Achilles Tatius *Isagog. in Arat.* c. 24. p. 86, suppresso auctoris nomine: *ἄλλοι δὲ ἐκ συμβολῆς τῶν δύο ἡμισφαιρίων λέγουσι αὐτὸν [τὸν τοῦ γαλαξίου κύκλον] γεγονέναι.* Cfr. Macrob. *Somn. Scip.* I. 15. p. 79 Gron.: *Theophrastus lacteum circulum dixit esse compagem, qua de duobus hemisphaeriis caeli sphaera solidata est, et ubi orae utrinque convenerant, notabilem claritatem videri.*

1. Verba *λέγωμεν ἤδη* cum sequentibus coniungit cod. Morellii apud Sylburg. et Cas. scribens *λέγωμεν ἤδη προδιελθόντες καὶ περὶ τούτου* et q. s. *προέλθωμεν* exhibet H. sed iam Bag. vertit *praepercurremus*, nisi is fortasse legit *παραδιέλθωμεν.* Deinceps *περί* pro *παρά* A. Er. G. qui tamen *παρά* corrigendum esse censuit. Vocabulo *γάλα* pro *γαλαξίας* usus est iam ante Aristotelem Parmenides *fragm.* p. 86 ed. Peyron, unde patet, quam inepta sit Achillis Tatii observatio (c. 24. p. 86), Aratum *Phaenom.* 475 isto vocabulo metri causa usum esse.

2. Pythagoraeorum exponitur sententia, eaque duplex pro dissidio inter illius scholae adseclas tum temporis exorto, de quo vide ad I, 6, 4. Cfr. Stob. *Eclog.* I, 28. p. 574: *Τῶν Πυθαγορείων οἱ μὲν ἔφασαν ἀστέρος εἶναι διάκαυσιν, ἐκπεσόντος μὲν ἀπὸ τῆς ἰδίας ἕδρας, δι' οὗ δὲ περιέδραμε χωρίου κυκλοτερῶς αὐτὸ περιφλέξαντος, ἐπὶ τοῦ κατὰ Φαέθοντος ἐμπρησμοῦ· οἱ δὲ τὸν ἡλιακὸν ταύτῃ φασὶ κατ' ἀρχὰς γεγονέναι δρόμον.* Ad utramque fabulam alludit Manilius *Astronom.* I, 727 sqq.:

An melius manet illa fides, per saecula prisca
Illac solis equos diversis crinibus isse,
Atque aliam trivisse viam: longumque per aevum
Exustas sedes, incoctaque sidera flammis
Caeruleam verso speciem mutasse colore;
Infusumque loco cinerem, mundumque sepultum

Fama etiam antiquis ad nos descendit ab annis,
Phaethontem patrio curru per signa volantem,
(Dum nova rimatur propius spectacula mundi,
Et puer in caelo ludit, curruque superbus
Luxuriat nitido, cupit et maiora parente)
Monstratas liquisse vias, aliamque recentem
Imposuisse polo: nec signa insueta tulisse
Errantes meta flammas, currumque solutum.

Omnino Pythagoraeorum hisce de rebus placita paulo erant ineptiora, cum, ut bene Iamblichus (*Vit. Pythag.* §. 138, quo de loco cfr. Meiners I. p. 281) non solum facile fidem habuissent miris narrationibus, et commentis, sed multa quoque eius generis ipsi solerent comminisci. Cuius rei exemplum est, quod praebet Aelianus *Var. Hist.* IV, 17: *τὸν σεισμὸν Πυθαγόρας ἐγενεαλόγει οὐδὲν ἄλλο εἶναι ἢ σύνοδον τῶν τεθνεώτων. Ἡ δὲ ἶρις ἔφασκεν ὡς αὐγὴ τοῦ Νείλου ἐστι καὶ ὁ πολλάκις τοῖς ὠσὶν ἐμπίπτων ἦχος φωνὴ τῶν κρειττόνων.* Cfr. quae monebimus ad II, 9, 6 et Lobeck *Aglaopham.* Tom. II. p. 895. — *τῶν μὲν οὖν τῶν καλουμένων* aperto mendo E. — *ἀστέρων* N. — *Κατὰ τὴν λεγομένην Φαέθοντος φθοράν* habent H. A. Er. P. S. Cas. — Bekk.: reliqui *φοράν*, quod et legit Bagolinus, cum vertat: *lationem.* Priorem lectionem tuetur Stobaeus, utens vocabulo *ἐκπρησμός*, posteriorem, quam codices E. F. N. et Cam. secuti recepimus, Olympiodorus. De fabula Phaëthontis adi Interpp. ad Lucian. *de Astrol. Opp.* Tom. II. p. 367 sq. et ad Ovid. *Metamorph.* II, init. — Pro *διακεκαῦσθαι* P S. Cas. *διὰ τὸ κεκαῦσθαι.* Deinde *τοῦτον τὸν τόπον* F. *τοῦτον τὸν τρόπον* H. N. — *ὑπὸ τῆς φορᾶς αὐτῶν* H. P. S. Er. Cas. Qui primus exhibuit *αὐτῶν*, aperte pro *φθοράν* legit *φοράν.*

3. Post *καὶ μᾶλλον* codd. F. H. N. et omnes, quas inspicere licuit editiones, adduntur verba *ἢ τὸν τοῦ γάλακτος*, quae solus omittit cod. E. quem secuti sumus. Minime profecto necessaria et Aristotelico brevitatis studio prorsus aliena. Similiter glossema in codd. plures et editiones irrepsit infra, nostri capitis §. 13. Mox pro *φέρεται* cod. E. quem secutus est

Er. qui tamen in marg. exhibet vulgatam, perperam exhibet *φαίνεται*. Eadem de causa, cur supra *φοράν* exhibuit, h. l. *φέρεται* servandum est, scilicet eiusdem verbi consulta iteratione: *φοράν* ..... *φέρεσθαι* ..... *φορᾶς* ..... *φέρεται*. Legit etiam *φέρεται* Alex. fol. 81, b: *ἐν τούτῳ οὐχ ὁ ἥλιος μόνον ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι πλάνητες τὴν κίνησιν ποιοῦνται.* — Deinceps *τὸ ἡμικύκλιον* addito articulo P. S. Cas. Alex. fol. 81, b. Olympiodorus contra fol. 16, a articulum non agnoscit. — *οὐθὲν* Bekk. cum reliquis. Quamvis demus Schneidero ad Arist. *Hist. Anim.* IV, 1, 10. Tom. III. p. 180. *οὐθείς, οὐθέν, μηθείς, μηθέν* perquam familiare fuisse Aristoteli et Theophrasto, quod de serioribus Atticis notum est (Porson. Eur. *Med.* p. 504. Buttmann *Gr. gr. max.* §. 70. p. 281. Poppo *de Elocut. Thucyd.* p. 208), tamen eodem versu vix ferendum esse, ut neque *γίνεσθαι* et *γίγνεσθαι*, libenter concedimus Lobeckio ad Phryn. p. 182. Nos obtemperavimus praecepto Göttlingii ad Arist. *Politic.* p. 278, *οὐδέν* scribere iubentis ubi latinum aliquid, *οὐθέν*, ubi aliquod ponendum erat. Quod sequitur *εἴτι συνάπτει μόριον* vertendum esse: *quaecunque particula concidit*, patet exinde, quod uterque circulus tam lacteus, quam Zodiacalis est immobilis.

4. Transit ad Anaxagorae et Democriti sententiam exponendam et refellendam; de qua cfr. Diogen. Laërt. II, 9: *Τὸν γαλαξίαν ἀνάκλασιν εἶναι φωτὸς ἡλιακοῦ, μὴ καταλαμπομένων τῶν ἄστρων*, ubi Aldobrandinus coniecit: *τὸν γαλ. ἀνάκλ. εἶναι τῶν ὑπὸ φωτὸς ἡλιακοῦ μὴ κατ᾽ ἄστρων.* Stobaeus l. l. *Ἀναξαγόρας τὴν σκιὰν τῆς γῆς κατὰ τόδε τὸ μέρος ἵστασθαι τοῦ οὐρανοῦ, ὅταν περὶ τὴν γῆν γενόμενος ὁ ἥλιος μὴ πάντῃ περιφωτίζῃ. Δημόκριτος πολλῶν καὶ μικρῶν καὶ συνεχῶν ἀστέρων, συμφωτιζομένων ἀλλήλοις διὰ τὴν πύκνωσιν συναυγασμόν.* Vereor, ne Stobaeus utriusque philosophi sententiam melius et sincerius exposuerit quam Aristoteles, qui utramque procul dubio confudit. Iniquior Aristotelis iudex posset uti hoc loco, ad confirmandam veterum nonnullorum scriptorum opinionem, secundum quos philosophorum qui ante eum fuere placita, consulto corrupisset Aristo-

teles, ut eo facilius ea posset refellere et uti iis, quae bene disseruissent. cfr. Euseb. *Praepar. Evangel.* XV, 6. p. 802. Porphyr. *vit. Pythag.* p. 205. Quae iniusta, ut nobis videtur accusatio, uti etiam aliis iam locis docuimus, ex ipsius Aristotelis scriptis reiici potest. Nunquam enim, si talia alias fecisset, *Eth. Nic.* X, 10 scripsisset: *πρῶτον μὲν οὖν εἴ τι κατὰ μέρος εἴρηται καλῶς ὑπὸ τῶν προγενεστέρων, πειραθῶμεν ἐπελθεῖν,* cui plures similis argumenti loci adiungi possunt v. c. *de anim.* I, 2, 1. Quae quomodo se habeant, id certum esse nobis videtur, utriusque philosophi Anaxagorae et Democriti sententias h. l. esse confusas. In Democriti opinione exponenda cum Stobaeo consentiunt Macrobius *Somn. Scip.* I, 15., Manil. I, 753 sqq. supra nobis laudati. Adde Achill. Tat. Isagog. in Arat. *Phaenom.* c. 24. p. 86: *ἄλλοι δὲ ἐκ μικρῶν πάνυ καὶ πεπυκνωμένων καὶ ἡμῖν δοκούντων ἡνῶσθαι διὰ τὸ διάστημα τὸ ἀπο τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν γῆν ἀστέρων αὐτῶν εἶναί φασιν, ὡς εἴ τις ἁλσὶ λεπτοῖς τε καὶ πολλοῖς καταπάσειέ τι.* — Pro *περιορᾶται* P. S. Cas. qui in margine vulgatam adnotavit, praebent simplex *ὁρᾶται,* quod et Bag. legit, vertens: *adspiciuntur.* — *ἀντιφράττει* verte: *im Wege stehen.* cfr. Theophrast. *de igne* §. 49. p. 722: *οἷον γὰρ ἀντιφράττει καὶ κωλύει διατμίζειν ἔξω τὸ θερμόν.* — Deinceps *τοιούτων* pro *τούτων* P. Cas. et *εἶναί φασιν* inverso ordine F. H. N.

5. *φαίνεται γὰρ μέγας κύκλος* E. *μέγιστος εἶναι κύκλος* A. Er. et Bag. *maximus esse circulus.* Olymp. *μέγιστος ὢν κύκλος.* G. suspicatur *μένων ἀεὶ ὁ κύκλος* minime inepte. Deinceps *διὰ τὸ μὴ ἐν ταὐτῷ μένειν τὸν ἥλιον τόπῳ* H. N. Cam. et in marg. Cas. quod minime necessarium.

6. Post verba *εἰ καθάπερ δείκνυται* F. N. Cam. addunt *νῦν,* quod uncis incluserunt P. Cas. — Solus N. *ἐν τοῖς περὶ ἀστρολογίας.* De sole terra maiore cfr. quae supra monuimus ad I, 3, 2. Fixas stellas longius esse remotas ac solem docuit *de caelo* II, 8. p. 290, a: *οἱ μὲν γὰρ πλάνητες* (quibus, quod ex antegressis patet, solem adnumerat) *ἐγγύς εἰσιν, ὥστ᾽ ἐγκρατὴς οὖσα πρὸς αὐτοὺς ἀφικνεῖται ἡ ὄψις· πρὸς δὲ τοὺς μένοντας κραδαίνεται διὰ τὸ μῆκος, ἀποτεινομένη πόρρω λίαν.*

Cum vero obiter tantum illic hanc tractet quaestionem, *τὰ περὶ ἀστρολογίαν θεωρήματα* non sunt libri de caelo, etsi supra I, 3, ubi eosdem respicere videtur, laudat *τὰ περὶ τὸν ἄνω τόπον θεωρήματα*. In ipsis enim *de caelo* libris II, 10. p. 291, a provocat ad *τὰ περὶ ἀστρολογίαν*, cum dicat: *περὶ δὲ τῆς τάξεως αὐτῶν, ὃν μὲν τρόπον ἕκαστον κεῖται τῷ τὰ μὲν εἶναι πρότερα, τὰ δ' ὕστερα καὶ πῶς ἔχει πρὸς ἄλληλα τοῖς ἀποστήμασιν, ἐκ τῶν περὶ ἀστρολογίαν θεωρείσθω· λέγεται γὰρ ἱκανῶς*, ubi igitur eandem, de quo hoc loco mentio iniicitur rem, in isto libro tractatam esse refert. Fortasse hic liber deperditus est ille, cuius titulum Diogenes Laërtius V, 26. p. 282. Anonym. Menagii p. 201 laudant hunc: *ἀστρονομικὸν α'*, aut, quae mihi vero similior coniectura, nostra aetate librorum *de coelo* alteram recensionem habemus. Cuius rei argumentum mihi illud est, quod Stobaeus *Eclog. phys.* I, 23. p. 486 postquam nonnulla exposuit, quae hodie in libris de caelo leguntur, alia addidit, quae neque ibi, neque in physica auscultatione (ex qua se ista petiisse refert Stobaeus I, 24. p. 502, ubi eadem repetit), neque alibi reperiuntur. Plut. *Plac. philos.* V, 20 nihil aliud dicit, nisi *ἔστι τις πραγματεία Ἀριστοτέλους*, in quo ista reperiantur. Etiam Cicero *de nat. Deor.* II, 15 eadem Aristoteli tribuit, sed libro non allato. Est etiam alius locus Stobaei I, 26. p. 536, ubi nonnulla profert Stobaeus, quae in libris de caelo, unde reliqua, quae coniunctim laudat, petita sunt, non reperiuntur. Idem de physica auscultatione valere videtur. Stobaeus enim *Eclog. phys.* I, 12. p. 320 sq. locum attulit, qui si Aristotelis est, non nisi ex physicis haustus esse potest: sed de illo vero similis est coniectura Heereni, petitum esse ex commentario quodam ad *Phys.* II, 1—2. Sed aliter res se habet de verbis *Eclog. phys.* I, 19. p. 382, quae, postquam complura ex Physica Auscultatione attulit, addit, quae tamen hodie non deprehenduntur. — *ὅτι ἀνώτερος ὁ ἥλιος τῆς σελήνης* ait etiam *Problem.* XV, 10. p. 912, b. — Pro verbis *οὕτως ἔχει καὶ τό τε* merum *τὸ* exhibent F. H. N. — Deinceps pro altero *πρὸς τὴν γῆν* E. praebet *τῇ γῇ*. — *οὐκ ἂν πόρρω που τῆς γῆς* omisso *ἀπό* F. H.

N. — Eodem theoremate ex perspectiva petito, quo hoc loco, utitur etiam *Problem.* XV, 9 in simili re commonstranda.

7. Quam tertio loco enarrat et refellere studet sententiam, propositam esse ab Hippocrate Chio, patet ex verbis *ὥσπερ καὶ τὸν ἀστέρα τὸν κομήτην,* quibus ablegamur ad I, 6, 3 et aperte nos edocet Olympiodorus, quem tamen id nullo alio indicio fisum affirmasse censemus, quam quo nos. Stobaeus *Ecl.* I, 28. p. 574 eandem opinionem commemorat, sed is quoque tacito auctore: *τινὲς δὲ κατοπτρικὴν εἶναι φαντασίαν τοῦ ἡλίου τὰς αὐγὰς πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνακλῶντος, ὅπερ κἀπὶ τῆς ἴριδος ἐπὶ τῶν νεφῶν συμβαίνει.*

8. *ἅπαν* omittit E. Deinde in verbis *ἐν τῷ αὐτῷ σημείῳ* paulo latius patet usus vocabuli *σημεῖον:* cum enim punctum sit locus in spatio, non pars spatii, *ἐν τῷ αὐτῷ σημείῳ* non potest existere *μέρος τῆς ἐμφάσεως.* Accuratius paulo post loquitur, dicens: *ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μέρους τοῦ ἐνόπτρου.* — *ἂν φαίνοιτο* inverso ordine P. S. Cas. — Mox pro *μὲν* in verbis *ἐν τῷ αὐτῷ μὲν ἀποστήματι.* N. correxit *μένει* et H. exhibet *μέντοι.* — Cod. N. pro *ἰσοταχῶς,* quod etiam legit Bag. vertens *aeque celeriter,* exhibet *ἰσαχῶς.* — Deinceps pro *μήτε .... μήτε* quod praebent F. H. N. Cam. P. S. Bekk. *μὴ .... μήτε* habet E., *μὴ ..... μηδέ* A. Er., *μήτε ..... μηδέ* Cas. Coniicias scriptum esse ab Aristotele *μήτε .... μηδέ,* de quo nemo amplius post Reisig *Comment. Oed. Colon.* p. 303 dubitat. Cfr. Schaefer ad Lamb. Bos. p. 777. Ita ipse Aristoteles *Polit.* II, 8: *μήτε κατὰ τὸ αὐτὸ εἶναι γένος, μηδὲ τοῦτο τὸ τυχόν.* — Denique *ἀδύνατον τὴν αὐτὴν εἶναι ἔμφασιν* N.

9. Pro *τῷ* E. exhibet *τούτῳ,* qui *καὶ* omittit etiam post *κινεῖται.* — *μενόντων ἡμῶν,* cum terra secundum Aristotelem immobilis sit et quieta. cfr. *de caelo* II, 13. p. 293, b sqq. — *ὁμοίως* intell. cum sol et fixa sidera circulo moveantur. — *μέσον* pro *μέσων* E. — *ἀνατέλλει* F. quem secuti sunt P. S. Cas., more posterioris aevi scriptorum, qui vocabulo *ἀνατολή,* cui oppositum *δύσις,* significabant ortum quotidianum, vocabulo *ἐπιτολή,* cui oppos. *κρύψις,* annuum cfr. Gemin.

c. 11. Ideler *Handb. der Chronol.* I. p. 53. — Delphinum idcirco exempli loco proposuit, quia partem quasi lactei circuli efficit, Aquilam inter et Cygnum locatus, quod bene iam monuit Olympiodorus. — *ἐν αὐτοῖς ἔτι ἦν* P. S. Cas.

10. Quod sequitur argumentum, quo Hippocratis theoriam refellere conatur, nititur iis, quibus ipse usus erat Hipp. Iisdem armis in simili re pugnavit Aristoteles supra I, 6, 3, ubi vide quae monuimus, etiam hoc loco mirati, quomodo factum sit, ut haec res interpretes fugerit. — *καὶ τοῖς τοιούτοις* F. H. N.; male: *τοιοῦτος* enim, ut bene Göttling ad Arist. *Politic.* p. 298 in pronominum indefinitorum numero habendum est. Intelligit olei, aliorumque liquidorum superficiem. — *ἀντανακλᾶσθαι* pro *ἀνακλᾶσθαι* A. Er. quod explicationem sapit. — *τὸ δὲ τὴν ὄψιν τότε ἀνακλᾶσθαι* G. — Deinceps *σχεδὸν δὲ ταῦτ' ἐστὶ μόνα τὰ μέχρι τοῦ νῦν παραδεδομένα* F. *μόνον τὰ μ. τ. ν. π.* H. N. *μόνον τά γε μ. τ. ν. π.* A. S. Er. Cas. — *παρα διδομένα* N.

11. *λέγομεν* pro *λέγωμεν*, ut saepe alias E. qui etiam verba *ἀρχὴν ἡμῖν* pr. m omisit. — Idem deinde omittit *λεγομένου*, quod in suo codice non legit Accorambonus p. 475 et deest apud A Er. At reperit iam Olympiodorus, cuius haec sunt verba fol. 17, a: *ἀρχὴν·*] *ποίαν ταύτην; ὅτι ἐστὶ τὸ ὑπέκκαυμα· τοῦτο γὰρ κατ' ἀρχὰς εὐθέως παραδέδεικται, ὅτι τὸ ἔσχατον τοῦ λεγομένου ἀέρος δύναμιν ἔχει πυρός· καλῶς εἶπε λεγομένου, ἐπειδὴ οὐ κυρίως ἐστὶν ἀήρ.* Philop. fol. 101, a: *τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἐντεῦθεν περὶ τοῦ γαλαξίου διδάξαι βουλόμενος, ἀναλαμβάνει πάλιν τὰ περὶ τῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως εἰρημένα πρότερον. ὅτι τοῦ λεγομένου ἀέρος διήκοντος ἀπὸ γῆς μέχρι τῆς κοίλης ἐπιφανείας τῆς σεληνιακῆς σφαίρας· ἀέρα γὰρ ἡ συνήθεια τὸ ὅλον τοῦτο καλεῖ τὸ ἔσχατον αὐτοῦ.* Non ita Alexander, cuius verba adscripsimus in excerptis. Etiam in contextu editionis Ald. commentar. Alex. deest vocabulum fol. 82, a. Deinde *ἀποκρίνασθαι* H. N. *τὴν τοιαύτην* F. H. N. P. S. Cas. ut mox §. 12: *τὴν τοιαύτην σύγκρισιν.* §. 14: *τὴν τοιαύτην σύγκρισιν.* Sed istis in locis res longe aliter se habet. Denique *οἵους* pro *οἵαν* E.

12. τοιοῦτο δέ A. Er. τοιοῦτο δεῖ Cam. — τὸ ante γινόμενον delevimus cum E. N. A. Vide Göttling. l. l. — Verba ἡ τοιαύτη omisit Cam. — τὰ ἐνδεδεμένα ἄστρα sunt stellae fixae, ut apud Plutarch. *Lysandr.* 12. Tom III. p. 144. ed. Hutten: τὰ κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐνδεδεμένα σώματα. Empedocles apud Plutarch. *Plac. phil.* II, 13 dixit: τὰς ἀπλανεῖς ἀστέρας συνδεδέσθαι τῷ κρυστάλλῳ. Arist. *de coelo* II, 8 ait non ipsos planetas moveri, sed sphaeras cumque iis ἄστρα ἐνδεδεμένα τοῖς κύκλοις. De sphaeris enim istis ipse ait ἑκάστη σφαῖρα σῶμα τυγχάνει ὄν. *l. l.* II, 12 extr. Cleomedes *Meteor.* I, 3. p. 15 Balf. utitur eadem significatione vocabulo ἐμπεριεχόμενα ἄστρα. Oppositum vocabulum est ἐκδεδεμένος. cfr. *de coelo* II, 7. p. 289, a: τοῦ δ' ἀέρος ὑπὸ τὴν τοῦ κυκλικοῦ σώματος σφαῖραν ὄντος ἀνάγκη φερομένης ἐκείνης ἐκθερμαίνεσθαι, καὶ ταύτῃ μάλιστα, ᾗ ὁ ἥλιος τετύχηκεν ἐκδεδεμένος. διὸ δὴ πλησιάζοντός τε αὐτοῦ καὶ ἀνίσχοντος καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ὄντος γίνεται ἡ θερμότης. In his ὁ ἥλιος ἐκδεδεμένος τετύχηκεν nihil aliud significat, nisi solem, postquam aliquo caeli in loco aliquando moratus (quasi ἐνδεδεμένος) erat, iam amplius in suo itinere procedere. Patet inde Aristotelem bene censuisse non eo tempore maximum sentiri calorem, quo summam altitudinem sol nactus sit (ὅταν ἐκδεδεμένος φαίνηται), sed paulo post (ὅταν ἐκδεδεμένος μεθίστηται), quam animadversionem prorsus cum nostris observationibus consentaneam (cfr. Kämtz *Lehrbuch der Meteorol.* I. p. 85) addas velim iis, quae *Meteorol. vet. Gr. et Roman.* XI, 51. p. 212. monui. — τοιοῦτοι pro οὗτοι E. A. Er. Bag. *tales.*

13. ὁ δέ pro ὃ δή A. Cam. Er. — In sequentibus, praeterea quod πάντων pro ἁπάντων exhibent A. Cam. Er. et ποιεῖ pro ποιεῖν E., quae leviora sunt, insignis est lectionis varietas. Nimirum post κίνησις A. Cam. Er. P. S. Cas. addunt ἀνάπτει et post ἐκριπίζειν H et margo cod. F. ἀέρα καὶ διακρίνειν διὰ τὸ τοῦ κύκλου μέγεθος et ita in suo etiam reperit Accoramb. p. 475 et tamquam litterae correctionem protulit, edidit Cam., in margine notavit Cas. Bag. *et facere tale aliquid* (*et exufflare*) et in margine: *al. et excitare aërem et disgregare*

propter circuli magnitudinem. Nos cum B. S. Cas. Bekk. secuti sumus lectionem cod. E. — Denique *πυκνότητα* Cam. et in textu S., qui tamen in notis *πυκνότατα* duxit recipiendum. — *τυγχάνει ὄντα* P. S. Cas. qui in margine exhibet vulgatam.

14. *ὁ μὲν οὖν τὴν τῶν* N. inepte. — Deinde *τῶν ζῳδίων κύκλος* F. et Bekk. Nos *κύκλος* delevimus cum E. H. N. A. Cam. Er. *τόπος* pro *κύκλος* exhibent P. S. Cas. — *καὶ τῶν πλανήτων* omisso *τήν* P. S. — *οἱ πολλοί* i. q. *οἱ πλεῖστοι* cfr. Hermann ad Viger. p. 728. Zell ad Arist. *Ethic. Nicom.* II, 4, 6. p. 69. — *ἐντός* pro *ἐκτός* E. sed perperam. cfr. I, 7, 11: *τοῦ δὲ μὴ γίνεσθαι πολλοὺς μηδὲ πολλάκις κομήτας, καὶ μᾶλλον ἐκτὸς τῶν τροπικῶν ἢ ἐντός, αἴτιος ἥ τε τοῦ ἡλίου καὶ ἡ τῶν ἀστέρων κίνησις.* — Mox *κομήτης* pro *κόμη* E. Cam. marg. Cas. — *τὴν τοιαύτην σύγκρισιν,* ut §. 11. F. N.

15. *αὐτὸς δ' ὁ κύκλος* E. A. Er. — Pro *ὅ τε,* quod omittunt H. N. uncis incluserunt Cam. P. Cas. praebet F. *ὅτι τε,* Bas. Isengrin. *ὅτε.* — Mox *οὗτος* pro *οὕτως* N.

16. *τῶν μεγίστων* omisso *τε* H. N. — *τῶν σποράδων καλουμένων* cfr. ad I, 7, 2. Adde Arat. *Phaenom.* 388 sqq.

Ἄλλοι δὲ σποράδην ὑποκείμενοι Ὑδροχοῆϊ,
Κήτεος αἰθερίοιο καὶ Ἰχθύος ἠερέθονται
Μεσσόθι, νωχελέες καὶ ἀνώνυμοι. —

ταύτην ἀθροίζεσθαι omisso *πᾶσαν* N.

17. *γάρ* post *σημεῖον δέ* illatum frequens est apud Aristotelem. cfr. IV, 714: *σημεῖον δέ· τὰ νοσώδη γὰρ αἵματα οὐ θέλει πήγνυσθαι.* *Probl.* XXVI, 36. p. 944, b. *Hist. anim.* VI, 36. p. 580, b: *σημεῖον δέ· ἦλθον γάρ τινες εἰς Φρυγίαν ἐπὶ Φαρνάκου τοῦ Φαρναβάζου πάτρος.* VIII, 4, 2: *σημεῖον δέ· οὔτε γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ ποτ' ἔχοντος εἰλημμένοι εἰσὶ τοιοῦτον οὐθέν.* Atque ita etiam discipuli: Theophrastus *de sens. et sensil.* §. 40. p. 663: *σημεῖον δέ· ἐὰν γὰρ φλεγμασία γένηται τῶν φλεβῶν, οὐ μίγνυσι* et q. s. §. 45. p. 665: *σημεῖον δέ· καὶ γὰρ τοῖς ἀναμιμνησκομένοις τὴν ἀπορίαν εἶναι περὶ τὸ στῆθος.* *de igne* §. 8. p. 708: *σημεῖον δέ· τὰ μὲν γὰρ πήγνυται διὰ τὴν ἔκθλιψιν.* Aristoxenus *Harmonic.* libr. I. init.: *τοὺς μὲν οὖν ἔμπροσθεν ἁρμονικοὺς εἶναι βούλεσθαι μό-*

νον, αὐτῆς γὰρ τῆς ἁρμονίας ἥπτοντο μόνον, τῶν δ' ἄλλων γενῶν οὐδεμίαν πώποτε ἔννοιαν εἶχον. σημεῖον δέ· τὰ γὰρ διαγράμματα αὐτοῖς τῶν ἐναρμονίων ἔκκειται μόνον τῶν συστημάτων, διατόνων δὲ ἢ χρωματικῶν οὐθεὶς πώποτ' ἑώρακεν. Ita enim totus locus restituendus mihi videtur. Proxime accedit locus *Rhetor*. I, 2. p. 1357, b: οἷον εἴ τις εἴπειεν, ὅτι πυρέττει σημεῖον εἶναι, πυκνὸν γὰρ ἀναπνεῖ. — αὐτοῦ κύκλου omisso τοῦ S. — τῷ τοδὶ πλήρωμα ἔχοντι N. quod ab inepto interprete profectum est, qui vocabulum δίπλωμα non intelligeret et respiceret ad verba §. 16: πρὸς δὲ τούτοις ἄστρων ὁ τόπος πλήρης ἐστὶ τῶν τε μεγίστων καὶ λαμπροτάτων. — δίπλωμα, ut ita dicam, bifurcatio est viae lacteae, quae re vera in illa parte caeli fit, in qua plurima fere et maxima sidera reperiuntur. Ita iam intellexit Olympiod. fol. 17, b: τοσοῦτόν φησι διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν πύκνωσιν τῶν ἀστέρων ὁ γαλαξίας γίνεται, ὅτι ὅπου εἰσὶ πάνυ πυκνότατοι ἀστέρες ἐκεῖ ἐστι τὸ δίπλωμα θεωρῆσαι τοῦ γαλαξίου, οἱονεὶ δύο ζώνας θεάσασθαί ἐστι μεσολαβούσας κοινόν τινα τόπον τὸ μεταξὺ ἀφανὲς τῶν σφαιρῶν. — πυκνότερά ἐστι τὰ ἄστρα N. Deinde ἢ omittit E. — Mox ἐν ᾧ πλεῖστα κεῖται omisso articulo A. Er. — Aristotelis aevo solstitiorum coluro totum caelum in duas partes ita dividebatur, ut bipartita lactei circuli pars altero hemicyclio, altero integra comprehenderetur. Quamvis plura sint astra in vicinia lactis integri, quam ubi binis brachiis incedat, non tamen defuere in istius hemicyclii regione in galaxiae vicinia Antares, Athair, Delphinus complurium stellarum coniuncto splendore nobilis, Wega, Deneb, lucidum Cassiopeae sidus, Algenib, Capella, alii. Recte autem se habuit Aristotelicum πυκνότερα; in nulla enim caeli parte tam conferta fuere sidera in catasterismos tum temporis relata, quam prope bifurcationem.

18. Potest dubitare aliquis, num verba θεωρείσθω δ' ὅ τε κύκλος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἄστρα ἐκ τῆς ὑπογραφῆς et q. s. usque ad . . . . δῆλον ab Aristotele ipso profecta sint, neque potius ab alio quovis, qui figuram explicationis gratia, codicis sui margini adpinxerat, unde deinde in ipsum contextum irrepsissent. Sed moris erat, aliis etiam in operibus Aristoteli

figuras adpingere, quod praesertim libri ad historiam animalium spectantes abunde testantur. cfr. *de generat. animal.* II, 7: *δεῖ δὲ ταῦτα θεωρεῖν ἔκ τε τῶν παραδειγμάτων τῶν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς καὶ τῶν ἐν ταῖς ἱστορίαις γεγραμμένων. de respirat.* c. 16. *πρὸς μὲν τὴν ὄψιν ἐκ τῶν ἀνατομῶν δεῖ θεωρεῖν, πρὸς δὲ ἀκρίβειαν ἐκ τῶν ἱστοριῶν. de partt. animal.* IV, 5: *τὰ μὲν γὰρ τῷ λόγῳ, τὰ δὲ πρὸς τὴν ὄψιν αὐτῶν σαφηνίζειν δεῖ μᾶλλον* et alibi. — Post *ὑπογραφῆς* in A. sequitur vacuum spatium, cui in editione Cam. haec inserta est adnotatio: *ἐνταῦθα τῇ ἄνω τὴν κάτω λέξιν χρὴ συνάπτειν κατὰ πολλῶν ἀντιγράφων λόγον· οὐδὲν γὰρ δοκεῖ ἐλλείπειν, πλὴν ἡ τεχνητὴ σφαῖρα, ἐν ᾗ ταῦτα πάντα θεωρεῖν δεῖ τὰ εἰρημένα· ἀδύνατον δὲ ἐνταῦθα τιθέναι ἀκριβῶς αὐτήν.* In Basil. Isengrin. sphaera expressa est, ut apud Vicomercatum, qua nihil proficitur. Neque nos figuram adposuimus, quum satis esset ablegasse lectorem ad mappam astronomicam. — *τεθεωρείσθω* Philoponus Aldi. fol. 103, b. — *οὐκ ἔσται τάξαι* H. N. Bag. *crit.* — *διὰ τέλους* coniunge cum *φανεράν*, sicuti est apud Xenophont. *Anabas.* VI, 6, 11: *διὰ τέλους φίλος.*

19. *τούτῳ τῷ οὐρανῷ* supra posito *κύκλῳ* F. *τὰ μεταξὺ* sc. *τῶν ἄλλων ἄστρων. πλήρη τοιούτων ἀστέρων* intellige *τῶν σποράδων καλουμένων* — Caeterum *τοιούτων ἄστρων* F. *ἀστέρων τοιούτων* N. *ἄστρων τοιούτων* S. *εἰσιν* pro *ἐστίν* A. Cam. Er. *ἄστρων ἐστίν* S. Cas. qui in marg. *ἀστέρων εἰσίν.* — Philoponus Aldi fol. 103, b *ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις φανερῶς* habet pro *ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις διαλείπει φανερῶς.* In verbis *ὡς εἰρημένην μετρίως* agnosce Aristotelis modestiam, quam ubique in eius modi explicationibus prae se ferre solet. cfr. *de caelo* II, 3. p. 286, a: *σκηπτέον, διὰ τί πλείους εἰσὶ φοραί, καίπερ πόρρωθεν πειρωμένοις ποιεῖσθαι τὴν ζήτησιν, πόρρω δ' οὐχ οὕτω τῷ τόπῳ, πολὺ δὲ μᾶλλον τῷ τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς περὶ πάμπαν ὀλίγην ἔχειν αἴσθησιν.* Ibid. II, 5. p. 287, b: *ἴσως μὲν οὖν τὸ περὶ ἐνίων ἀποφαίνεσθαί τι πειρᾶσθαι καὶ τὸ περὶ πάντων καὶ τὸ παριέναι μηθὲν τάχ' ἂν δόξειεν εἶναι σημεῖον ἢ πολλῆς εὐηθείας ἢ πολλῆς προθυμίας· οὐ μὴν δίκαιόν γε πᾶσιν ὁμοίως ἐπιτιμᾶν, ἀλλ' ὁρᾶν δεῖ τὴν*

αἰτίαν τοῦ λέγειν τίς ἐστιν, ἔτι δὲ πῶς ἔχων τῷ πιστεύειν, πότερον ἀνθρωπίνως ἢ κατερικώτερον. ταῖς μὲν οὖν ἀκριβεστέραις ἀνάγκαις, ὅταν τις ἐπιτύχῃ, τότε χάριν ἔχειν δεῖ τοῖς εὑρίσκουσι, νῦν δὲ τὸ φαινόμενον ῥητέον. Inde factum est, ut Heracliti in philosophando confidentiam, qua etiam de incertis et obscuris rebus, quas sola coniectura adsequi possumus, statuere solebat (*Ἡράκλειτος πάντα ἑαυτὸν εἰδέναι λέγων πάντας τοὺς ἄλλους ἀνεπιστήμονας εἶναι* Procl. in *Tim.* p. 106. cfr. Meiners *Gesch. des Ursprungs, Fortg. und Verfalls der Wissensch. in Griechenland und Rom.* I. p. 125), saepenumero vituperaret, veluti *Ethic. Nicomach.* VII, 4. p. 1146, b: *ἔνιοι γὰρ τῶν δοξαζόντων οὐ διστάζουσιν, ἀλλ' οἴονται ἀκριβῶς εἰδέναι· εἰ οὖν διὰ τὸ ἠρέμα πιστεύειν οἱ δοξάζοντες μᾶλλον τῶν ἐπισταμένων παρὰ τὴν ὑπόληψιν πράξουσιν, οὐθὲν διοίσει ἐπιστήμη δόξης· ἔνιοι γὰρ πιστεύουσιν οὐθὲν ἧττον οἷς δοξάζουσιν, ἢ ἕτεροι οἷς ἐπίστανται· δηλοῖ δ' Ἡράκλειτος.* *Magn. Moral.* II, 6. p. 1201, b: *οὐθὲν γὰρ διαφέρει δόξαν εἶναι ἢ ἐπιστήμην· εἰ γὰρ ἔσται ἡ δόξα σφοδρά τῷ βέβαιον εἶναι καὶ ἀμετάπειστον, οὐθὲν διοίσει τῆς ἐπιστήμης δόξας ἔχουσι τῷ πιστεύειν οὕτως ἔχειν ὡς δοξάζουσιν, οἷον Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος τοιαύτην ἔχει δόξαν ὑπὲρ ὧν ἐδόκει.* — Sed *μετρίως*, quo vocabulo h. l. usus est Aristoteles, etiam tum ponebatur, ubi paulo confidentius loqui volebant Graeci. cfr. Schaefer ad Plutarch. Tom. V. p. 45. 341. — *τρόπον ὑποληπτέον* inverso ordine F. H. N.

20. *ἡ* ante *τοῦ μεγίστου* omittit E. — Deinde ordine verborum mutato *πρότερον εἴπομεν* F. H. N. P. S. Cas. in quibus *πρότερον* omittit A. Ablegat nos ad I, 7, 11: *μάλιστα δ' αἴτιον* [*τοῦ μὴ γίνεσθαι πολλοὺς μηδὲ πολλάκις κομήτας*] *ὅτι τὸ πλεῖστον εἰς τὴν τοῦ γάλακτος ἀθροίζεται χώραν*, unde ei de lacteo circulo disserendi occasio oblata erat. — *κομῆται γίνονται* F. — Verba *τε καὶ ἀποκρίνεσθαι* desunt in E. — Denique *ἀναθυμίασιν* pro *σύστασιν* F.

21. *ἐν τῷ περὶ μὲν τῆς γῆς κόσμῳ* P. — *ταῖς σφαίραις* pro *ταῖς φοραῖς* F. quae est explicatio. — Cam. Er. Cas. *γρ.* in marg. ante *φοραῖς* inserunt *ἄνω* ut I, 2, 3: *ἔστι δ' ἐξ ἀ-*

νάγκης συνεχής πως οὗτος [ὁ κόσμος] ταῖς ἄνω φοραῖς. I, 3, 3: ὁ περὶ τὰς ἄνω φορὰς κόσμος. — S. Cas. pro περί τε exhibent περὶ μέν. — ἐμπιπραμένης N. Cam. Cas. ἐκπιπραμένης F. — Mox δὲ post ἔτι inserunt F. H. N. P. S. Cas. servato tamen τε. — εἰσὶν τοσαῦτα scripsimus cum E. A. Er. Bekkerus cum reliquis ἐστί. — ταῦτα pro τοσαῦτα F. — πάθη φαίνομενα omisso altero articulo E. Cam. — εἰσὶ τοσαῦτα πάθη τὰ φαινόμενα περί τε τὸν τόπον τοῦτον A. Er. et ita repperit G , sed voluit περί γε τὸν τόπον τοῦτον.

Cap. IX.

Ad illam aëris partem accedit, quae terrae proxima et aquosis potissimum vaporibus repleta, in qua nubes, grandines, imbres, ros et pruina fiunt, quibus de phaenomenis in capitibus subsequentibus agit. Ad totum hoc caput confer quae disseruimus *Meterol. vet. Roman. et Graecor.* Cap. V. §. 15—16. p. 96—102.

1. περὶ τὴν ἄνω γένεσιν αὐτοῦ sc. τοῦ ὕδατος. — συμφαινόντων G. qui inter καὶ et τῶν voluit etiam interponere περί. — Deinde idem αὐτῶν pro αὐτοῦ. — Quid discriminis statuat inter ἀρχὴν et αἰτίαν supra dictum est ad I, 3, 13 et ex hoc ipso loco patet. Cfr. verba Olympiodori, quae adscripsimus in excerptis. — ὁμοίως. cfr. quae supra monuimus ad I, 4, 6. Paullo aliter Vicomercatus p. 64, a. hoc vocabulum interpretatus est. Dicit enim: *Omnium, quae in supera aëris parte generantur,* ὁμοίως, *hoc est communi et eodem modo, causas et principia accipienda esse commonefacit, quo modo et initio libri de ortu et interitu, omnis ortus et interitus naturalis causas* ὁμοίως *distinguendas esse proposuit* (Verba sunt: περὶ δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῶν φύσει γινομένων καὶ φθειρομένων, ὁμοίως κατὰ πάντων τάς τε αἰτίας διαιρετέον καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν). *Aut* ὁμοίως *dixit, hoc est communiter et eodem modo, quo earum rerum, quas in supero loco procreari hactenus est traditum.*

2. καὶ πρώτη καὶ κυρία inverso ordine F. — Deinceps idem praebet ὁ οὐρανός ἐστιν supra posito κύκλος. — ἀρχῶν ἐστιν

ὁ κύκλος exhibent A. Er. S. — Potissimum caloris in terra causam esse solem dicit *de caelo* II, 7. p. 289, a, quamvis non infitietur etiam a reliquis sideribus calorem provocari. Cfr. adnotationem ad I, 8, 12. — γενέσθαι pro γίνεσθαι F. — Mox μενούσης δὲ μέσῳ τῆς γῆς F. Cam. γρ. Cas., ita ut μέσῳ positum sit pro ἐν μέσῳ, quod vix factum esse ab Aristotele crediderim. — ἐν μέσῳ videtur agnoscere Alexander fol. 83, b cum dicat: μενούσης γὰρ ἐν μέσῳ τῆς γῆς, τὸ περὶ αὐτὴν ὑγρόν, ὑπό τε τῆς ἀπὸ τοῦ ἡλίου θερμότητος καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης τῆς ἄνωθεν γινομένης λεπτυνόμενον καὶ ἀτμιδούμενον, φέρεται ἄνω. Non legit Olymp. fol. 19, a. neque Philopon. fol. 105, b. — ὑπὸ τῶν ἀκτίνων τοῦ ἡλίου cod. Accoramboni p. 476. Utraque lectio glossatorem sapit. — τῆς ante ἄνωθεν omittunt H. N.

3. Pro ἀπολειπούσης H. N. ἀπολιπούσης. Ad rem confer I, 10. p. 347, a: δῆλον γὰρ ὅτι ἡ ἀτμὶς θερμότερον ὕδατος· ἔχει γὰρ τὸ ἀνάγον ἔτι πῦρ. Quem calorem cum nostro calore latente congruere, iam monui *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* IV, 14. p. 94. V, 15. p. 96. not. 3. ubi etiam plura de Aristotelis in hygrometria placitis disserui, quae ad h. l. spectant. — Mox τῆς δὲ σβεννυμένης omisso καί F. — καὶ τὸν τόπον. Locus enim ille frigidior, quam terrae vicinia. Cfr. supra I, 3, 10: προσῆκε γὰρ μᾶλλον, ὅσῳ πορρώτερον ὁ τόπος τῆς γῆς καὶ ψυχρότερος, διὰ τὸ μὴ οὕτω πλησίον εἶναι τῶν ἄστρων θερμῶν ὄντων μήτε τῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἀνακλωμένων ἀκτίνων, αἳ κωλύουσι πλησίον τῆς γῆς συνίστασθαι, διακρίνουσαι τῇ θερμότητι τὰς συστάσεις, ubi vide, quae monuimus. — πάλιν φέρεται inverso ordine F. H. N.

4. ἀνθυμίασις A. Quod saepe fieri solet, contrarium ex contrario supplendum est vocabulum. Scilicet, quum ἀναθυμίασις fere idem sit, quod ἔκκρισις, ad verba ἡ δ' ἐξ ἀέρος non supplendum est ἀναθυμίασις, sed, quod contrarium vocabulo ἔκκρισις, verbum σύγκρισις. — Quae de nebula disserit, eadem leguntur, nisi paulo diffusiora in libro *de mundo* c. 4. p. 394, a: ἔστι δὲ ὁμίχλη μὲν ἀτμώδης ἀναθυμίασίς τις, ἄγονος ὕδατος, ἀέρος μὲν παχυτέρα, νέφους δὲ ἀραιοτέρα· γίνε-

ται δὲ ἤτοι ἐξ ἀραιώσεως ἀρχῆς νέφους ἢ ἐξ ὑπολείμματος. ἀντίπαλος δὲ αὐτῇ λέγεται καὶ ἐστὶν αἰθρία, οὐδὲν ἄλλο οὖσα, πλὴν ἀὴρ ἀνέφελος καὶ ἀνόμιχλος. Plato *Tim.* p. 27 C: ὁμίχλη ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ μεταβάλλει (cfr. Theophrast. *de sens. et sensili* §. 90. p. 685), quam sententiam reprehendit Theophrastus idcirco, quia nebula serenitatis sit indicium, quod etiam hoc ipso loco Aristoteles adserit. Vide, quae monui *Meteorol. veter.* V, 16. p. 102, ubi addas Theophrastum *de sign.* IV, 3. p. 798: ὅταν δὲ ὁμίχλη γένηται, ὕδωρ γίνεται ἢ ἔλαττον. Isidor. *Origg.* XIII, 10: *Nebulae autem ima petunt, quum serenitas est: summa, quum nubilum.* Caeterum περίττωμα nullum sensum fundere videtur Koenigmanno *Geogr. Aristot.* Sect. II. p. 42. not. 112, unde περίπτωμα coniecit, quod pariter atque coniugatum περιπέτεια vanum et irritum eventum notat, sicut περιπίπτειν est ad irritum cadere. Levis sane emendatio, quam tueri videtur Olympiodorus fol. 19, a: ἐπειδὴ εἶπε τί μέν ἐστιν ἀτμίς, τί δὲ νέφος, ἵνα μή τις αὐτῷ εἴπῃ καὶ τί ἐστιν ὁμίχλη, φησὶν ὅτι περίττωμα (ibi sane scribendum περίπτωμα) τῆς νεφέλης· ὃ γὰρ εὑρεθῇ ἄγονον ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ μὴ δυνάμενον εἰς ὕδωρ μεταβληθῆναι, τοῦτο πίπτει κάτω καὶ ποιεῖ τὴν ὁμίχλην, ὅθεν καὶ ὁμίχλη εὐδίαν σημαίνει. ἔστιν οὖν ὁμίχλη κατ' Ἀριστοτέλην νεφέλη ἄγονος· ἔδει δὲ εἰπεῖν, ὅτι τὸ ψυχρότερον καὶ ξηρότερον ὅσον ἐστὶν ἐν τῇ νεφέλῃ, τοῦτό ἐστιν ὁμίχλη· διὸ ὡς μὲν ξηρότερον οὐ μεταβάλλεται εἰς ὕδωρ· ὡς δὲ ψυχρότερον κάτω πίπτει· τὸ γὰρ ψυχρὸν ἀεὶ κάτω φέρεται. ἔχεις οὖν διὰ τί κάτω γίνεται ὁμίχλη. Minime tamen necessaria est. cfr. II, 2, ubi sudor vocatur ὑπόστασις καὶ περίττωμα τῆς τροφῆς γλυκείας II, 3: ἀπεπτότατον τὸ περίττωμα τῆς ὑγρᾶς τροφῆς. — συγκρίσε Er. — G. voluit περίττωμα πρὸ τῆς εἰς ὕδωρ συγκρίσεως nimirum ut conciliaret Aristotelem cum auctore libri de mundo. Sed inepta videtur correctio. — διὸ pro διόπερ F. H. N. Deinde εἰσιν E. — εὐδίας prima manu omittit E. — Nebulam nubibus esse tenuiorem dicit auctor libri *de mundo* l. l. Adde Lucret. *de rer. natur.* VI, 104. — ἐστὶν γὰρ ἡ ὁμίχλη οἷον νεφέλη ἄγονος P. S. Cas. qui nostram lectionem in margine commemoravit.

5. *γίνεται δὲ ὁ κύκλος* H. Hoc etiam loco F. pro *κύκλος* praebet *οὐρανός*, supra posito *κύκλος*. In sequentibus iterum notissimum illud dogma Heracliteum ante oculos habuit Aristoteles, quod respexere Lucretius *de rer. natur.* I, 782 sqq.:

Quin etiam repetunt a caelo atque ignibus eius,
Et primum faciunt ignem se vertere in auras
Aëris, hinc imbrem gigni, terramque creari
Ex imbri, retroque a terra cuncta reverti,
Humorem primum, post aëra, deinde calorem:
Nec cessare haec inter se mutuare, meare
De caelo ad terram, de terra ad sidera mundi.

(ubi *imber* pro *aqua* positum est. cfr. VI, 107. Wakefield ad VI, 149. Serv. ad Virg. *Aeneid.* I, 123) et Ovidius *Metam.* XV, 244 sqq.:

— — — — *Omnia fiunt*
Ex ipsis et in ipsa cadunt: resolutaque tellus
In liquidas rorescit aquas, tenuatur in auras
Aëraque humor abit: demto quoque pondere rursus
In superos aër tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt idemque retexitur ordo.

Adde Bake ad Cleomed. I, 11. p. 380 sq. Stallbaum ad Plat. *Phileb.* p. XX sq. et p. 127. Quamvis pateat, dissentire ab Heraclito Aristotelem. — *δεῖ δὲ νοῆσαι* pro *καὶ δεῖ νοῆσαι* F. H. N. P. S. Cas.

6. *ἀφισταμένου δὲ τοῦ ὕδατος* omisso ὁ E. — *θέλει* pro *ἐθέλει* N. Prorsus omittit vocabulum A. Verte *solet*, ut saepe alias. cfr. Pierson ad Moerid. p. 348, a. — Patet ex subsequentibus, longe aliam Oceani nomini Aristotelem subdidisse notionem, ac vulgo habuit: neque enim alio usquam in loco Oceani nomine ita utitur, ut eo ipso exterum mare significet. Qui enim auctori libri *de mundo* c. 3. p. 393, a Oceanus vocatur (*πέλαγος δὲ τὸ μὲν ἔξω τῆς οἰκουμένης Ἀτλαντικόν τε καὶ Ὠκεανὸς καλεῖται, περιρρέων ἡμᾶς*, qua in re iterum iterumque agnoscas Stoicum scriptorem cfr. Lips. *Phys. Stoicor.* II, 16 sqq.), Aristoteli unice Atlanticum mare audit v. c. *Problem.* XXVI,

52. p. 946, a, neque alio usus est nomine Theophrastus *de ventis* §. 41. p. 773.

7. *καὶ ταῖς διαφοραῖς* F. — *κατὰ μικρόν* pro *κατὰ μικρά* P. S. — *ψεκάδες* F. H. N. A. Er. Cas. cfr. Pierson. ad Moerid. p. 381 ed. Koch. Quod ad discrimen inter *ψακάδας* attinet et *ὑετόν*, Theophrastus *de causs. plantar.* VI, 17, 1 opponit *ψακάδας* et *πλῆθος ὕδατος* et IV, 14, 3. p. 529 coniungit: *ἐὰν δὲ ψακάδες καὶ δρόσοι πλείους γένωνται*, unde Meleager CXII, 8: *δροσερὰς ψακάδας* dixit. Vocabulum igitur minutiorem ubique significat pluviam, neque dissentit Aristoteles, cum infra I, 12 dicat: *συνελθόντων δὲ πολλῶν μικρῶν μεγάλαι καταφέρονται ψακάδες.* Converte *ψακάδες stillicidia.* cfr. Pallad. IX (Aug.), 8, 2. p. 196 Schn.: *Creta tenues nec optimi saporis venas creabit; sabulo solutus exiles, insuaves, limosas, et spatio altiore submersas; nigra terra humores et stillicidia non magna ex hibernis imbribus et liquore collecta, sed saporis egregii.*

Cap. X.

Quae sequenti capite continetur roris pruinaeque explicatio, ea nostra demum aetate pro iure laudata est et tamquam unice vera a physicis recepta ipsi Aristoteli debetur. Cuius ex scriptis cum plures loci essent laudandi, ex quibus, quid ipse voluerit aliquando disertius eluceret, duobus defungimur, altero ex *Problem.* XXV, 18. p. 939, b: *Διὰ τί τῆς αἰθρίας μᾶλλον ψῦχος γίνεται ἢ ἐπινεφέλων ὄντων; τὰ δὲ ἄστρα καὶ ὁ οὐρανὸς θερμός; ἢ ὅτι οὐδὲν ἀποστέγει ἐν τῇ αἰθρίᾳ τὴν ἀτμίδα, ἀλλὰ διαχεῖται; ἐν δὲ τοῖς ἐπινεφέλοις ἀποστέγεται, καὶ βορείων γε ἢ νοτίων διὰ τὸ αὐτό. ὁ μὲν γὰρ νότος ἄγει τὸ τοιοῦτον, ὁ δὲ ἀπωθεῖ. καὶ ἀτμίζειν δὲ φαίνεται βορείοις μᾶλλον ἢ νοτίοις καὶ χειμῶνος ἢ θέρους:* altero ex *Problem.* XXV, 21: *Διὰ τί τὰ ἐπινέφελα ἀλεεινότερα τῶν αἰθρίων; πότερον ὡς οἱ ἀρχαῖοι ἔλεγον, ὅτι τὰ ἄστρα ψυχρά; ἢ λίαν τοῦτό γε ἄτοπον; ἀλλὰ διότι ἀτμίζει; ἐπισημαντέον δέ, ὅτι ἐν νηνεμίᾳ ἡ δρόσος καὶ ἡ πάχνη γίνεται. ὅταν μὲν οὖν αἰθρία ᾖ, διαπνεῖ το θερμόν, ὑφ' οὗ ἀνάγεται τὸ ὑγρόν, ὥστε ψυχρὸς ὁ ἀήρ. διὸ καὶ*

δροσίζει ἀφιέμενον τὸ ὑγρὸν ἀπὸ τοῦ θερμοῦ. ὅταν δὲ ἐπινέφελον ᾖ, ἀποστέγεται, διὸ οὐ γίνεται δρόσος οὐδὲ πάχνη ὄντων ἐπινεφέλων. περὶ οὖν τὴν γῆν ὑπομένον τὸ θερμὸν ποιεῖ τὴν ἀλέαν. Addimus denique memorabilem de pruinae et origine et natura locum, qui prostat apud Theophrastum *de causs. plantar.* V, 13, 6 sq. p. 571, ubi haec leguntur: *Ὃ δέ τινες θαυμάζουσιν, ὅτι ἡ χιὼν οὐκ ἐκπήγνυσιν, ἡ δὲ πάχνη μετριωτέρα τῆς χιόνος οὖσα, οὐδὲν ἄτοπον. Πρῶτον μέν, ὅτι ἡ μὲν οὐκ ἐπιμένει, ἀλλ' ἀποτήκεται ἀπὸ τῶν κλημάτων καὶ τῶν βλαστῶν, ἡ δὲ πάχνη ἐπιμένουσα ταῦτ' ἀποκάει. Ἔπειτα καὶ ἡ διάθεσις αὐτὴ τοῦ κλίματος αἰτίαν τινὰ ἔχει· ἡ μὲν γὰρ ἀβλαστοῦς, ἡ δὲ διαβεβλαστηκότος ἄρτι πίπτει, ὅτε ἀσθενέστατον· ἐνιότε δὲ ἀνοιδοῦντος πρὸς τὴν βλάστησιν, ὅτε οὐχ ἧττον, ὡς εἰπεῖν, ἐπίκηρον ἐπὶ πᾶσι, διϋγραινόμενον ἤδη καὶ μανούμενον. Ἔτι καὶ λεπτοτέρα τῆς χιόνος· ὥστε δι' ἄμφω σφοδροτέραν τὴν πῆξιν εἶναι. Ἡ δὲ χιὼν ὅλως οὐδ' ἂν ἐπιμείνειεν ἐπὶ τοῖς κλήμασι καὶ κατακρυπτομένοις ὅλοις. Ὅταν δὲ τοῦτο πάθῃ, σκεπάζει τῷ ἐπιμένειν ἐγκατακλείουσα τὴν θερμότητα καὶ ἀποστεγάζουσα τῶν ἔξω, καθάπερ καὶ τὴν γῆν. Τὸ δ' ὅλον καὶ τμητικωτέρα δοκεῖ ἡ πάχνη τῆς χιόνος εἶναι. διὸ καὶ τὰς νεοὺς οἴονταί τινες βελτίους ταύτην ποιεῖν. διαχεῖν γὰρ τὰς βώλους διαδυομένην καὶ δάκνουσαν τῷ συνεστάναι μᾶλλον. Λεπτοτέρα δ' ἐστὶ τῆς χιόνος, ὅτι ἡ μὲν ἐκ νέφους καὶ οἷον ἀφρός τις, ἐμπεριειληφυῖα πνεῦμα· ἡ δ' αὐτὴ καθ' αὑτὴν συνεστηκυῖα καὶ ἐκ λεπτοτέρου τινὸς ἀέρος καὶ ὑγροῦ. Τούτων μὲν οὖν ταύτας ὑποληπτέον τὰς αἰτίας.* Nivem cum spuma comparavit, sicuti auctor libri *de mundo* in verbis deinceps adferendis, ipso praeeunte Aristotele *de generat. animal.* II, 2. p. 735, b: *ὥσπερ ἐν τῷ ἀφρῷ καὶ τῇ χιόνι· καὶ γὰρ ἡ χιών ἐστιν ἀφρός.* — Caeterum cfr. cum hoc capite, quae monuimus *Meteor. vet. Gr. et Rom.* VI, 28—29. p. 136—147. Iam singula videamus.

1. Pro *ἀτμίζοντος* N. $\overline{\gamma\rho.}$ *ἀτμισθέντος.* Olymp. Aldi fol. 19, b. — *τοῦ ἀνάγοντος αὐτὸ πυρός* vide ad I, 9, 3. cfr. huius capitis §. 3. — Bene monet Aristoteles vaporem aquosum, unde ros gignitur, non admodum sublimem tolli,

sed ad infima tantum atmophaerae loca evehi. Ex nuperrima enim, quae praesertim a celeberrimis Wells et Prévost exculta est, roris theoria, quam omnes nunc agnoscere solent physici, nihil certius consequitur, quam istius tantum vaporis, qui terrae superficiei proximus, ope rorem provocari. — ψυχῇ pro ψυχθῇ N.

2. Verba πάχνη μὲν ὅταν ἡ ἀτμὶς παγῇ πρὶν εἰς ὕδωρ συγκριθῆναι πάλιν aliquo procul dubio modo corrupta esse, docui iam *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* VI, 28. p. 137. not. 4. comparatis verbis I, 12. p. 348, a: οὔτε γὰρ παγῆναι δυνατόν, πρὶν γενέσθαι ὕδωρ. Eundem vero errorem commisit etiam auctor libri de mundo, cum de nive dicat c. 4. p. 394, a: χιὼν δὲ γίνεται κατὰ νεφῶν πεπυκνομένων ἀπόθραυσιν, πρὸ τῆς εἰς ὕδωρ μεταβολῆς ἀποκοπέντων. ἐργάζεται δὲ ἡ μὲν κοπὴ τὸ ἀφρῶδες καὶ ἔκλευκον, ἡ δὲ σύμπηξις τοῦ ἐνόντος ὑγροῦ τὴν ψυχρότητα οὔπω χυθέντος, οὐδ᾽ ἠραιωμένου. Verba tamen, qualia nunc exhibentur, legit iam Olympiodorus fol. 19, b: ἰδοὺ τέως ἓν ἐπιχείρημα, ὅτι ἡ πάχνη ψυχροτέρα. λυομένη γὰρ εἰς ὕδωρ μεταβάλλεται. Alexander fol. 84, b: διαφορὰ δ᾽ αὐτῶν, ὅτι ἡ μὲν πάχνη γίνεται, ὅταν διὰ ψῦχος ἡ ἀτμὶς αὐτὴ παγῇ, πρὶν εἰς ὕδωρ μεταβαλεῖν (διὸ γίνεται ἡ πάχνη χειμῶνος καὶ ἐν τοῖς χειμεριωτέροις τόποις), δρόσος δὲ γίνεται, ὅταν τῷ μὴ πάνυ ψυχρὸν εἶναι τὸ περιέχον, φθάνῃ ἡ ἀτμὶς πρὸ τῆς πήξεως εἰς ὕδωρ μεταβαλοῦσα κατενεχθῆναι. — Si comparas verba I, 11: ὅταν γὰρ παγῇ τὸ νέφος, χιών ἐστιν, ὅταν ἡ ἀτμίς, πάχνη, possit tibi verisimilis videri correctio: ὅταν ἡ ἀτμὶς παγῇ πρὶν εἰς νέφος συγκριθῆναι πάλιν. — συγκριθῇ pro συγκριθῆναι F. — Pro ἔχῃ ἡ F. H. N. praebent ᾖ, quae est explicatio. — ἀλέα A. Er., quae est Attica forma. vide Pierson ad Moerid. p. 165, a. ed. Koch. — Iidem mox cum Cas. ξηράναι. — οὕτως ψῦχος Cas. vide ad I, 3, 10. Mihi deesse videtur articulus ante ψῦχος, quem addidi uncis inclusum. Ipsum ψῦχος omittit E., quod fortassis non improbandum: quo enim facto eadem significatione neutra usurpatum est vocabulum ἀλέα, qua promiscue physici nostrates ponunt: *Wärme* et *Temperatur*.

3. *γίνεται γὰρ μᾶλλον ἡ δρόσος* omnes praeter codicem E. quem secuti sumus. *μᾶλλον* enim non profectum esse ab Aristotelis manu docet articulus ante *εὐδιεινοτέροις*, comparatis verbis §. 2: *γίνεται δὲ χειμῶνος καὶ μᾶλλον ἐν χειμερινοῖς τόποις*. Deinceps *ὅτι* pro *ὡς* E. H. N. P. S. Cas. — *θερμοτέρα* A. P. Er. S. Cas. *θερμότης* N. Sed recte se habet *θερμότερον*. vide Hermann *de Ellipsi et Pleonasmo* (in F. A. Wolf *Mus. der Alterthumswissenschaften* 1808. p. 106). *Opuscul.* I. p. 154. — *ἔχει γὰρ τὸ ἀνάγον ἔτι πῦρ*. cfr. ad I, 9, 3. — De genitivo *πλείονος ψυχρότητος* cfr. Hermann l. l. (p. 148) p. 183.

4. De genitivis *αἰθρίας καὶ νηνεμίας* cfr. ad I, 5, 1 et Hermann l. l. (p. 127) p. 168. — Nullum rorem ventis spirantibus consistere, optime observavit Aristoteles, quamvis veram non adsecutus phaenomeni rationem. — *σημεῖον δ' ὅτι . . . . ἐπὶ γὰρ τοῖς ὄρεσιν*. Vide ad I, 8, 17. — *ἐν γὰρ τοῖς ὄρεσιν* F. H. N. — Potuerat addere *οὔτε δρόσος*, quae verba excidisse putes, cum cod. E. pro *οὐ γίνεται* praebeat *οὔτε γίνεται* et Alexander dicat fol. 84, b. *ἐπὶ τοῖς ὄρεσι μηδέτερον αὐτῶν* (roris et pruinae) *γίνεται*. Olymp. fol. 20, a: *πρόδηλόν φησιν, ὅτι πάχνη καὶ δρόσος περὶ τὸν κάτω γίνεται τόπον, ἐκ τοῦ ἐν τοῖς ὑψηλοῖς ὄρεσιν μηδὲν τούτων γίνεσθαι*. — Bene igitur Theophrastus *de causs. plantar.* IV, 14, 3. p. 580: *διὸ καὶ ἐν τοῖς εὐπνοις καὶ μετεώροις ἧττον, ἐν δὲ τοῖς κοίλοις καὶ δροσοβόλοις μᾶλλον* [*σήπεται*].

5. *πλεῖον* F. H. N. pro *πλέον*. cfr. ad I, 4, 6. — *αὐτὸ ἀπὸ τοῦ ὕψους* Er. — *ὅτι διαρρεῖ* pro *ὅτι καὶ ῥεῖ* A. Er. — Iidem pro exquisitiore *ῥέων* praebent *ὤν*. cfr. ad I, 5, 1. — *τὰ ὑψηλά* h. l. non sunt altorum montium cacumina, de quibus vide ad I, 3, 17: sed collinarum iuga. — *τὴν σύστασιν τὴν τοιαύτην* F. H. *σύστασιν* omittit Cam.

6. Quam in hac paragrapho addit observationem, verissimam esse docui *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* VI, 28. p. 137 sq. eademque de causa recte se habent, quae de eadem circa Pontum regione ait Theophrastus *de ventis* §. 54. p. 779,

australibus nimirum ventis spirantibus ibi nivem afferri, non borealibus, quod vix aliquis ante Huttoni theoriam de imbris origine atque natura exponere potuisset. — *Πόντος*, ut semel hoc moneamus, de Ponto Euxino nude positum post Herodotum et Aristotelem ab omnibus fere scriptoribus usurpatum est. Cfr. Salmas. *Exercitat. Plinian.* p. 151. Schaefer ad Plutarch. Tom. V. p. 46 et qui huius usus originem indagavit, Ritter *Vorhalle der Europ. Völkergesch.* (Berol. 1820. 8.) p. 168. — Verba *βορείοις μὲν γὰρ γίνεται, νοτίοις δ' οὐ γίνεται* ineptum redolere mihi videntur glossatorem. Post enim *τοὐναντίον* nihil fere explicationis gratia addere solet Aristoteles, ut neque §. 3. factum esse videmus (quamvis conferas III, 5, 22). Deinde verba ista non legit Olymp. qui fol. 19, b *ἐκεῖ δὲ τοὐναντίον* longe alia ratione explicat: *ἐκεῖ γὰρ ἀντιπεπονθότως ἔχει· καὶ τοῦ μὲν βορέου πνέοντος δρόσος κατάγεται, τοῦ δὲ νότου πάχνη γίνεται.* Unde uncinos iis adhibui. — *ὅτι ὥσπερ* inverso ordine A. Er. P. S. Cas. — *εὐδία* h. l. idem est, quod *ἡ θερμότης*: calidus enim est auster. Cfr. imprimis *Problem.* XXVI, 16. p. 942, a: *θερμὸς δ' ἐστὶ διὰ τὸ μίγνυσθαι τὸ πνεῦμα τῷ κατὰ Λιβύην ἀέρι θερμῷ ὄντι· καὶ διὰ τοῦτο μεγαλοκύμων νοτίζειν ποιεῖ τὸ θέρος, ἐμπίπτων ἐς τὴν θάλατταν.* Eodem modo de calore usurpatum est vocabulum illud apud Theophrastum *de causs. plantar.* III, 23, 3. p. 488: *συμφέρει δὲ σπειρομένοις καὶ σπαρεῖσιν εὐδίας ἐπιγίνεσθαι πλείους ἡμέρας, ὅπως διαβλαστῶσι· μετὰ δὲ ταῦτα ψύχη βόρεια καὶ μέτρια λεπτὰ χειμῶνος, ἰσχυρῶς ἐρριζομένων ἤδη καὶ ἐρρωμένων*: at paulo post (III, 23, 5 p. 489): *ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν ἡ ἀγαθὴ χώρα καὶ χειμώνων δεῖται πολλῶν· ἐὰν γὰρ εὐδίαι καὶ τὰ νότια ἐνισχύωσι, λοχαίους ποιοῦσιν ὡς ἐπιπολὺ καὶ ἐρυσιβώδεις.* De mera enim caeli serenitate neque hoc loco, neque in Theophrasteis verbis sermo esse potest, cum auster potissimum inter reliquos ventos frequentissime et fere semper imbres advehat. cfr. *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* VI, 23. p. 120 sqq. — *ἐκ τοῦ χειμῶνος* vertendum *vi frigoris* cfr. I, 13, 6: *τὸ συλλεχθὲν ἐκ τοῦ χειμῶνος.*

7. *ἀντιπεριϊστάς.* cfr. *Meteorol. vet. Introduct.* p. 9 sqq

— ἀτμίζει pro ἀτμίζειν N. — μᾶλλον comparativo πλεῖον additum est, quemadmodum alias vocabulo ἧττον aliisque comparativis. Adi Bergler ad Alciphron. *Epp.* II, 3. p. 313. van Heusde *Specim. critic. in Platon.* p. 117 sq. Oudendorp ad Thom. Magistr. p. 596. Heindorf ad Platon. *Charm.* p. 75. *Euthydem.* p. 331. Wyttenbach ad Plut. p. 315. Ast ad Plat. *de legg.* IV, 9. p. 524 sq. Boissonnade ad Eurip. *Hecub.* Tom. VI. p. 44 ed. Matthiae. Jacobs *Anthol. Palat.* p. 59. Ita et latinum *potius.* Davis. ad Ciceron. *de nat. deor.* II, 13.

8. πολλάκις δὲ καὶ τοῦτο καί Er. Cas. — ἐν τοῖς ἔξω τόποις i. e. ἔξω τοῦ Ἑλλησπόντου, Ponti nimirum incolis. Pro γινόμενον ἔστιν A. Er. praebent γίγνεται: nimirum, cum non intelligerent ἔστιν coniungendum esse cum ἰδεῖν neque cum comite participio positum esse pro verbo finito, qua de re vide Fischer *Animadvers.* ad Weller T. III. p. II. p. 4 sq. Ast ad Platon. *Polit.* IX, 2. p. 597. — ἀτμίζει hoc etiam loco pro ἀτμίζειν, ad quod supplendum ἔστιν ἰδεῖν, F. N. — Quod sequitur γάρ omittit E. — Frigidos omnino ventos humum in Graecia exsiccare non iniuria refert Aristoteles *Problem.* XXVI, 28. p. 943, a: διὰ τί οἱ ἄνεμοι ξηραίνουσι ψυχροὶ ὄντες; ἢ διότι ἀτμίζειν ποιοῦσιν οἱ ψυχρότεροι; et paulo disertius exponit Theophrastus *de ventis* §. 60. p. 781: ὅτι δὲ ψυχροὶ ὄντες οἱ ἄνεμοι ξηραίνουσι καὶ θᾶττον ἢ ὁ ἥλιος θερμὸς ὤν, καὶ μάλιστα οἱ ψυχρότατοι ὄντες ἄνεμοι, ταύτην ὑποληπτέον τὴν αἰτίαν, ὅτι ἀτμίδα ποιοῦσι καὶ ταύτην ἀπάγουσι καὶ οἱ ψυχρότεροι μᾶλλον· ὁ δ' ἥλιος καταλείπει. *de causs. plantar.* II, 2, 4. p. 390: ἔτι δὲ τὰ βόρεια πνεύματα ἀφαιρεῖ τὸ περιττὸν καὶ ἀποξηραίνει καὶ οὐκ ἐᾷ προσκαθήμενον διϋγραίνειν, οὐδ' ὑπὸ τοῦ ἡλίου συνεψόμενον λυμαίνεσθαι. At tenendum est, quod *Meteorol. veter. Gr. et Rom.* p. 112 sq. monui, maiorem vaporum quantitatem gigni, non exsistere borealibus ventis, quam australibus.

Cap. XI.

Invitus vulgarem capitum divisionem secutus sum, admodum ineptam, nec nisi istam propter causam, ne confusionis ansam

praeberem, qualem Schneiderus, cum nova capita a vulgari ratione abhorrentia in Theophrasto, Aristotele, aliisque scriptoribus refingeret, quod saepe inique tuli. Coniungendum erat undecimum caput cum antegresso, quocum artissime cohaeret. Equidem verba tantum *αὐτὸ δὲ τὸ ὕδωρ οὐ πήγνυται, καθάπερ ἐν τῷ περὶ τὰ νέφη τόπῳ* in hoc caput trahenda duxi.

1. *κεῖθεν* dedimus cum E. Omnes reliqui codd. et edit. praebent *ἐκεῖθεν.* — *διὰ τὴν τῆξιν* supra posito *ψύξιν* F. — *καί* ante *ὕδωρ* addidimus cum E. — Possit aliquis hoc loco pro *ὕδωρ* vocabulum *ὑετός* exspectare, praesertim cum sequatur deinde *καὶ ὑετὸς καὶ δρόσος.* Sed, ut taceamus *ὕδωρ* pro pluvia usurpari et ab ipso Aristotele et a Theophrasto *Hist. plant.* III, 1, 6. p. 68 sq.: *ἐνιαχοῦ δὲ καὶ ὑδάτων ἐπιγινομένων ἰδιώτερον ἀνατεῖλαι ὕλης πλῆθος, ὥσπερ ἐν Κυρήνῃ πιττώδους τινὸς γενομένου καὶ παχέος,* quamvis ubique fere alias addere soleat *ἐκ Διός* (*Hist. pl.* II, 6, 5. p. 57. VII, 5, 2. p. 235. VIII, 7, 3. p. 271. *de causs. pl.* I, 19, 5. p. 377. II, 6, 1. p. 401. III, 9, 5. p. 760. III, 8, 3. p. 458), quod hoc certe nostro loco prorsus foret ineptum, certa erat causa, cur Arist. *ὕδωρ* scriberet, nimirum ut liquidam aquam ex nubibus defluentem, rigidae (nivi et grandini) opponeret. — *καὶ τῷ ἧττον* N. Male: vide supra I, 4, 1: *διαφέρει δὲ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττονι* — Ad verba *αὐτὸ δὲ τὸ ὕδωρ οὐ πήγνυται, καθάπερ ἐν τῷ περὶ τὰ νέφη τόπῳ* bene monet Vicomercatus: *Cum rorem et pruinam non in eo loco, in quo fit pluvia, sed in inferiori procreari docuisset, nunc tradit, pluviam in roris et pruinae ortus loco non fieri, sed in illo superiori, qui locus est nubium. Ab eo autem non pluviam solum, sed nivem quoque et grandinem proficisci.* De nive paulo aliter statuit Seneca *Quaest. nat.* IV, 3: *nix — non per magnam altitudinem cadit, sed circa terras initium eius est.*

2. Nostra aetate vix opus est addere, falsum esse Aristotelem, cum unice secundum aquae generatae quantitatem imbrem roremque differre censeat. Meliora deinde addit et ex iis, quae iam antea dixerat, consequuntur, utramque aquam differre

secundum *τόπον*: pluviae enim datum esse vastum, quo gigni queat, spatium, a nubibus ad terrae usque superficiem patens: rori contra exiguum, cum in imis tantum aëris stratis fiat. Ut semel id moneam, non solum hoc loco, sed in tota meteorologia, quidquid observati apud Aristotelem reperitur, ad nostra usque saecula valet; quod per hypothesin contenditur aut prorsus falsum aut eatenus tantum verum est, qua tenus nostrae loquendi rationi adaequari potest. — *ἐν ᾧ* spectat ad tempus: *ἐξ οὗ* ad locum. Relativa igitur substantivis per chiasmum coniuncta sunt. — *δηλοῖ τε* pro *δηλοῖ δέ* F. — *ἡ γένεσις οὖσα ταχεῖα* dicit, cum veteres censerent cum aurora tantum rorem delabi, unde Theocritus *Idyll.* XV, 132 dicit: *ἀῶθεν ἅμᾳ δρόσῳ*. Adde Virgilium *Georg.* I, 288: *Aut quum Sole novo terras irrorat Eous.* Quod cod. E. praebet *βραδεῖα* in locum verbi *ταχεῖα* tum ex locis paulo allatis nihili esse patet, tum inde, quod verba *ἡ γένεσις οὖσα ταχεῖα* referenda sunt ad ista *ἐφήμερος γὰρ ἡ σύστασις*. — Denique *καί* ante *βραχύ* omittunt P. Cas.

8. Pro *χιών ἐστιν* inverso ordine exhibet *ἐστὶ χιών* N. — Mox *ὅταν δ' ἀτμίς* omisso articulo E. — *διὸ καὶ ἧ ὥρας* F. Cam. — De cacophonia cfr. ad I, 3, 16. — *σημεῖόν ἐστι* F. H. N. A. Cam. P. S. Er. Cas. — *ἐπηγνύετο* A. Er. Olympiod. Aldi. — *ἐν τῷ νέφει* omisso *γάρ* E., qui paulo post praebet *τι* pro *ἔτι*. — *το* ante *θερμόν* omittunt F. H. N. — *ὑπόλειπον* Cas. — *πυρός* omittit F.

4. *ἐκεῖ* sc. *ἐν τῷ περὶ τὰ νέφη τόπῳ*. — *ἀτμίζοντι* sc. *τόπῳ*, quod ex *ἐκεῖ* supplendum. *ἀτμίζοντι* verte: vaporibus repleto. cfr. ad I, 3, 15. — *ἐκλείπει* F. H. N. — *ἐνταῦθα δὲ δρόσος* ex uno cod. E. recepimus. cfr. I, 13, 7: *ὅσων μὲν — τούτους μὲν ἀενάους εἶναι διὰ τέλους, ὅσοις δ' ἐλάττους αἱ ὑποδοχαί, τούτους δὲ — ἐπελθεῖν*. Reliqui omnes omittunt *δέ*.

Cap. XII.

Postquam haec de nive et imbre exposuit, ad grandinem transit, de qua universo hoc capite agit. Ut nihil praetereamus eorum, quae ad Meteorologiam spectantia apud Aristotelem

reperiuntur, adcribamus verba ex *Histor. animal.* V, 17, 12. p. 223 ed. Schneider: *καὶ γὰρ ἐν τοῖς δοκοῦσιν ἀσηπτοτάτοις εἶναι ἐγγίνεται ζῷα· οἷον ἐν χιόνι τῇ παλαιᾷ· γίνεται δὲ ἡ παλαιὰ ἐρυθροτέρα· διὸ καὶ οἱ σκώληκες τοιοῦτοι καὶ δασεῖς· οἱ δὲ ἐκ τῆς ἐν Μηδίᾳ χιόνος μεγάλοι καὶ λευκοί, δυσκίνητοι δὲ πάντες.* Uberrime de rubra nive, deque veterum et recentiorum hac in re opinionibus egi *Meteorol. vet. Graec. et Roman.* I, 3. p. 31 sq. et in libro vernacule conscripto: *Ueber den Ursprung der Feuerkugeln und Nordlichte* (Berlin 1832) p. 13—16. Omisi commemorare sententiam Eustathii, qui in Armenia rubentes nives conspici ait, quod loca illa sint *μιλτώδη*, hoc est minio scateant, unde exhalationum vi nix inficiatur, monente Vicomercato ad *Meteorolog.* p. 71, a. — De Aristotelica grandinis theoria *κατ' ἀντιπερίστασιν* cfr. quae Erman disseruit in *Abhandlungen der Berlin. Academ.* 1825. *Cl. phys.* p. 128 sqq. et quae scripsimus ipsi in *Meteorol. veter. Graec. et Roman.* VI, 30. p. 148—152. — Caeterum quo meliora profecto sunt ea et saniora, quae de grandinis origine et theoria hoc capite disseruit Aristoteles, eo ineptiora et vix, quae commemorentur digna sunt a posterioris aevi hominibus conscripta. Auctor *libri de mundo* c. 4, postquam de nebulae, pluviae, nivisque natura egit, ait: *χάλαζα δὲ γίνεται νιφετοῦ συστραφέντος καὶ βρῖθος ἐκ πιλήματος εἰς καταφορὰν ταχυτέραν λαβόντος· παρὰ δὲ τὰ μεγέθη τῶν ἀπορρηγνυμένων θραυσμάτων οἵ τε ὄγκοι μείζους, αἵ τε καταφοραὶ γίνονται βιαιότεραι.* Ruhkopf ad Senec. *Quaest. nat.* IV, 3. p. 248 cum dicat, Posidonium eadem fere tradidisse de grandine, quam Aristotelem, huius verba non magis intellexit, quam fortasse ipse Posidonius. Ex iis enim, quae Seneca dicit l. l. *Ergo, si mihi parum credis, Posidonius tibi auctoritatem promittit, tam in illo, quod praeteriit, quam in hoc quod secuturum est. Grandinem enim fieri ex nube aquosa, etiam in humorem versa, sic affirmabit, tamquam interfuerit* — elucet Posidonium, qui alias soleat *ἀριστοτελίζειν* (Strabo II. p. 163 A. Alm), hoc certe loco Aristotelem aut non expressisse, aut non intellexisse. Male Plinius *Hist. nat.* II, 61:

grandinem — conglaciato imbre gigni, male, ut fere solet, Isidorus *Origg.* XIII, 10: *grando adpellata, quod forma eius granorum similitudinem habeat. Haec autem ventorum rigore durantur in nube ac solidantur in nivem, ruptoque aëre solvuntur.* Quid praestiterit Aristoteles, ex singulis patebit.

1. Primum, quod de grandine proponit, est glacie eam constare. Quod non apprime verum esse docui *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* VI, 30. p. 148. not. 2. Constat enim potius ex glacie cum aqua permixta, id quod fortasse scivit Anaximenes, de quo *Plac. phil.* III, 4 apud Plutarchum Tom. IV. p. 601 Wytt. haec leguntur: *Ἀναξιμένης νέφη μὲν γίγνεσθαι, παχυνθέντος τοῦ ἀέρος, μᾶλλον δὲ ἐπισυναχθέντος ἐκθλίβεσθαι τοὺς ὄμβρους· χιόνα δ', ἐπειδὰν τὸ καταφερόμενον ὕδωρ παγῇ, χάλαζαν δ', ὅταν συμπεριληφθῇ τῷ ὑγρῷ πνεύματι.* Recte ea de re locutus est Leopoldus a Buch (*Abhandl. der Berl. Acad.* $18\frac{1}{1}\frac{4}{5}$. *Cl. phys.* p. 76), cum dicat: *das Hagelkorn ist ein kleiner fallender Gletscher.* Etsi vocabulo *κρύσταλλος* utitur Aristoteles, nihil tamen de forma grandinis (de qua post Leopoldum a Buch *Reise durch Norwegen u. Lappland* II. p. 126 conferendus est Delcross in Gilb. *Annal.* LXVIII. p. 323—327. Adde Nöggerath in: *Verhandlungen der leop. carol. Academie der Naturforscher zu Bonn.* III. p. 569) statuere voluit. Cfr. quae hanc in rem egregie disputat Pinder *Commentat. de adamante* p. 8 sqq. — Pro *ἔαρος* E. exhibet *ἀέρος* aperto mendo. — De anni parte, quae dicitur *ὀπώρα* cfr. Olympiodor. Eustath. ad Hom. *Iliad.* ε', 5: *ὀπώρα ὥρα κειμένη θέρους καὶ τοῦ μετ' αὐτὴν μετοπώρου.* Coray ad Hippocrat. *de aëre, aq. et locis* Tom. II. p. 198. Ulterior igitur est aestatis pars. Omnia, quae huc pertinent, exposuit Ideler *Handbuch der Chronologie* I. p. 244 sqq. — Quamvis recte se habeat, grandinem hieme tum tantum delabi, cum minus intensum sit frigus, decidit tamen apud nos calore inferiorum aëris regionum ad — 5° R. depresso (Gilb. *Annal.* XIII. p. 371), quod *μέγιστον ψῦχος* Graeciae est incolis. — *εἶτα δὲ καὶ* praebent F. H. N. — *ἧττον* prima manu omisit N. —

Caeterum vera esse, quae profert Aristoteles, docui in dissertatione de grandine et electricis in atmosphaera phaenomenis inserta *Annalibus phys. et chem.* Poggendorfii Vol. XVIII. p. 451 et in libro de grandine vernacule conscripto (Lips. 1832. 8.).

2. Verba *ἐν τοῖς εὐδιεινοτέροις τόποις, αἱ δὲ χιόνες* prima manu omittit E. — *χιόνες δ'* omisso articulo A. Er. — Deinceps *οὐχ ἕνα* pro *οὐθένα* F. Cam. — *ὅν* omittunt E. F. ut infra codices F. H. §. 14 huius capitis.

3. Pro *ἐνδιατρίψασαι* Cam. P. Cas. qui nostram lectionem in margine commemoravit, scripserunt *ἐνδιατρίβουσι*, quod minime necessarium. Cfr. Schaefer ad Plutarch. Tom. V. p. 81. Wellauer ad Aesch. *VII duc.* 731. Boeckh *Explicat.* Pind. *Ol.* I, 9. Dissen ad Pind. *Isthmic.* IV, 33. — Mox *ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ὕδατος* omisso *καί* H. N. — *χρυσός διὰ μικρομέρειαν.* Ut enim Plinius ait *Hist. natur.* XXXIII, 3: *nec aliud* (metallum) *laxius dilatatur, aut numerosius dividitur, utpote cuius unciae in septingenas et quinquagenas pluresque bracteas, quaternum utrobique digitorum sparguntur*, unde factum est, ut Lucretius IV, 730 sq. illam compararet cum aranea:

Tenuia, quae facile inter se iunguntur, in auris
Obvia cum veniunt, ut aranea bracteaque auri.

Adde Martial. VIII, 33, 3 sq.

Hac fuerat nuper nebula tibi pegma perunctum,
Pallida quam rubri diluat unda croci.

et cfr. omnino Beckmann *Beiträge zur Gesch. der Erfindung.* IV. p. 559 sqq. — De voc. *ψακάδες* cfr. ad I, 9, 7.

4. 5. *δέ* pro *γάρ* exhibent A. Er. G. qui tamen *γάρ* correxit. — Pro *ἔμεινεν* N. praebet *γέγονεν*, supra tamen posito *ἔμεινεν*. — Mox *τοῦτο* pro *τούτου* E. *τοῦτο τῷ πάθους* Cam. *τούτου τοῦ πάθους* S. *τοῦτο τοῦ πάθους αἴτιον εἶναι τούτου* P. Cas. Caeterum significat Anaxagoram, quod patet ex sequentibus. — *ἀποστῇ* pro *ἀπωσθῇ* N. De re vide quae monuimus supra ad I, 3, 10. — Pro *πήγνυσθαι* h. l. Cam. exhibet *πήγνεσθαι* et infra §. 19. *πήγνωσθαι.*

6. *χαλάζας* pro *χάλαζαν*, quod vulgo legitur, recepimus ex E. Cam. S. Cas. *γρ.* De re vide dissertationem meam supra laudatam p. 451 sqq. *Meteorol. vet. Graec. et Rom.* VI, 30. p. 149. not. 4. — *καί* post *ὥσπερ* omittit E. — Ad verba *ὥσπερ καὶ τὴν χιόνα ὁρῶμεν ..... γινομένην* cfr. *Problem.* XXVI, 15. p. 942, a: *χιὼν οὐδέποτε ἔνια ὄρη λείπεται.* Tetigi eandem rem *Meteorol. veter.* XI, 53. p. 215, ubi adscribenda erant verba Senecae *Epistol.* LXXIX, 4, qui quaerit ab amico, ut ipsi scribat, *quantum ab ipso ore montis* (Aetnae) *nives absint, quas ne aestas quidem solvat: adeo tutas esse ab igne vicino.*

7. Cum tota paragrapho cfr. Lucret. VI, 156 sqq.:

Denique saepe geli multus fragor atque ruina
Grandinis in magnis sonitum dat nubibus alte.
Ventus enim quom confercit, franguntur in arctum
Concretei, montes nimborum et grandine mixtei.

Luculentissimum exemplum attulit Kämtz in Schweigger *Journ.* LVI. p. 393 (Morier *second journey through Persia.* London 1818. 4. p. 309—310, cuius verba ipse l. l. p. 464 integra adscripsi). Audiri talem strepitum confirmat etiam Alexander ab Humboldt *Voyage aux régions équinox.* Tom. VI. p. 352.

8. *πολλὴ καὶ τὸ μέγεθος ἄπιστος.* Quod praesertim in India fieri docet Diodorus Siculus I, 41. p. 51: *ἐν τοῖς πρὸς βορρᾶν ἐστραμμένοις μέρεσι τῆς Ἰνδικῆς ὡρισμένοις καιροῖς καὶ χάλαζαν ἄπιστον τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλῆθος καταρράττειν.* Omnino in calidioribus regionibus maioris formae grando delabi solet, veluti in Syria et Aegypto (Volney *Voyages en Syrie et en Égypte.* Vol. I. p. 322), in Arabia (Niebuhr *Reisebeschreibung* I. p. 432). Si quem arrideat nosse plura ingentis vixque credibili magnitudine grandinis delapsae exempla, is adeat: *Philosophical. transact. abridged* Vol. IV. p. 172. Gilb. *Annal.* XLVI. p. 75 (si tamen vera est fabula!) Lampadius *Atmosphärolog.* §. 241. *Edinburgh Journal of Science.* Octbr. 1828. p. 354. *Annales de Chim. et de Phys.* XXXIX. p. 425 sqq. Froriep *Notiz.* XXII. p. 154.

Collins *Account of New-South-Wales* p. 445. Péron *Voyage de découvertes aux terres australes* Tom. I. p. 418, aliosque quos recensere longum est. Non tamen sine fructu comparabit etiam, quas ex medio aevo collegit narrationes Neikter *Nov. Act. Upsaliens.* Vol. VI. p. 281. Recte Aristoteles *τοῖς σχήμασιν οὐ στρογγύλη* addit. Quo enim maior grando, eo magis eius figura a sphaerica abhorret, quam nunquam plane induit, unde male Epicurus *Plac. Philosoph.* apud Plutarch. III, 4. Tom. IV. p. 601: *στρογγυλαίνεσθαι τὴν χάλαζαν καὶ τὸν ὑετὸν ἀπὸ τῆς μακρᾶς καταφορᾶς ὑποπεπλησμένον*, et male Seneca *Quaest. nat.* IV, 3: *Quare autem rotunda sit grando, etiam sine magistro scire potes, quum adnotaveris, stillicidium omne conglomerari.* — Obiter moneamus, Epicurum suam de grandine sententiam in altera sua epistola (§. 26. p. 38. ed. Schneider) ita sive aperuisse sive non aperuisse: *χάλαζα συντελεῖται καὶ κατὰ πῆξιν ἰσχυροτέραν, πάντοθεν δὲ πνευματωδῶν περίστασιν* [*περιϊσταμένων* coniecit Schn.] *τινῶν καὶ κατὰ μέρισιν καὶ τῆξιν μετριωτέραν ὑδατοειδῶν τινων* [*περιϊσταμένων*] *ὁμοῦ ῥῆξιν ἅμα τήν τε σύνωσιν αὐτῶν ποιουμένην· καὶ διὰ ῥῆξιν πρὸς τὸ κατὰ μέρη συνίστασθαι πηγνύμενα καὶ κατὰ ἀθρότητα. Ἡ δὲ περιφέρεια οὐκ ἀδυνάτως μὲν ἔχει γίνεσθαι, πάντοθεν τῶν ἄκρων ἀποκοπτομένων, καὶ ἐν τῇ συστάσει πάντοθεν, ὡς λέγεται, καὶ τὰ μέρη ὁμαλῶς περιϊσταμένων εἴτε ὑδατοειδῶν τινων εἴτε πνευματωδῶν.* — *αὐτοῖς* pro *αὐτῆς* N. qui mox etiam exhibet *γινομένης*. — *πλησίον γενομένης τῆς πήξεως* P. S. Cas. qui vulgatam scripturam exhibet in margine. — *ἐκεῖνοι* i. e. *οἱ Ἀναξαγόρειοι*, quemadmodum vocantur Platoni *Cratylo* p. 409, a (p. 86 ed. Heindorf), unde intelligas, quo iure dixerit Baco *Nov. Organ.* I, 71: „*Antiquiores illi ex Graecis, Empedocles, Anaxagoras, Leucippus, Democritus, Parmenides, Xenophanes, Philolaus, reliqui, — scholas, quod novimus, non aperuerunt: sed maiore silentio et severius et simplicius i. e. minore cum affectatione et ostentatione ad inquisitionem veritatis se contulerunt. Itaque et melius, ut arbitramur, se gesserunt; nisi quod opera eorum a levioribus*

istis, qui vulgari captui et affectui magis respondent ac placent, tractu temporis exstincta sint: tempore, ut fluvio, leviora et magis inflata ad nos devehente: graviora ac solida mergente. Cfr. Lobeck *Aglaopham.* I. p. 157.

9. *μεγίστας* pro *μεγάλας* praebent F. H. N. ut fere infra dixit I, 13: *διὸ καὶ τὰ ῥεύματα τῶν ποταμῶν ἐκ τῶν ὀρῶν φαίνεται ῥέοντα καὶ πλεῖστοι καὶ μέγιστοι ῥέουσιν ἐκ μεγίστων ὀρῶν.* Sapit tamen explicatoris manum ista lectionis varietas, et videtur mihi *μεγάλας* Aristoteles dixisse idcirco, ut absoluta quaedam, non relativa magnitudo (ut ita dicamus) exprimatur. — Deinde *εἰσὶ καὶ αἱ* F. — *οὐ στρογγύλαι* N. — *τοῦτο δ' ἐστὶ σημεῖον* F. H. N. Cam. — *μάκρον* pro *μακράν* H. N.

10. *ἀνωθεῖσθαι* A. Sed supra §. 5: *ὅταν ἀπωσθῇ τὸ νέφος εἰς τὸν ἄνω τόπον μᾶλλον ὄντα ψυχρόν,* unde simul intelligitur non probandam esse lectionem codicum F. N. *τὸ ψυχρόν* pro *τὸν ψυχρόν* exhibentium.

11. Articulum ante *ψυχρῷ* omisimus codicem E. secuti. vide ad I, 3, 5. — *διὸ .... πάγοις.* Idem de fontibus ex terrae visceribus prosilientibus monuere Hippocrates *de aëre, aquis et locis* §. 36. Cor. *de nat. pueror.* III. p. 25, 3 (Foës) aliique, quos excitavi *Meteorol. vet.* XI, 55. p. 222 sq. — Dogma de antiperistasi caloris et frigoris amplius excoluit Strato Lampsacenus, Theophrasti in cathedra successor, cuius tale decretum est apud Senecam *Quaest. nat.* VI, 13: *Frigidum et calidum semper in contraria abeunt, et una esse non possunt: eo frigidum confluit, unde vis calida discessit: et invicem ibi calidum est, unde frigus expulsum est. Hoc, quod dico, verum est: sed utrumque in contrarium agi, ex hoc tibi appareat. Hiberno tempore, quum supra terram frigus est, calent putei, nec minus specus, atque omnes sub terra recessus: quia eo se calor contulit, superiora possidenti frigori cedens: qui quum in inferiora pervenit, et eo se quantum poterat, ingessit, quo densior, hoc validior est: huic alius supervenit, cui congregatus ille iam et in angustum pressus loco cedit. Idem e contrario evenit, quando vis maior*

frigidi illata in cavernis est. Etiam Cleanthes apud Ciceronem *de nat. deor.* II, 9 docet: *ex puteis iugibus aquam calidam trahi, et id maxime hibernis fieri temporibus, quod magna vis caloris terrae continetur cavernis, eaque hieme sit densior ob eamque causam calorem insitum in terris contineat arctius.* — *ἀλαίαις* Cam. — *καί* ante *τὰ κάτω* inserunt F. Cam. *τὰ κάτω τῆς γῆς* sunt loca subterranea. — *ὥραις* omittit E. — *κύκλῳ* deest in cod. N. Est autem *ἡ κύκλῳ θερμότης*, qui circumcirca est calor, quem §. 13: *τὸ ἔξω θερμόν* vocat. Quod monuimus, ne quis de calore cogitet, astrorum circa terram orbiculari revolutione provocato, de quo supra egimus. Ita *ἡ κύκλῳ χώρα περὶ τὸν Πόντον οἰκουμένη* apud Xenophont. *Anabas.* V, 6, 20. *παχύ* pro *ταχύ* exhibet Cam. γρ Cas. solito errore. cfr. Sturz *Empedocl. Agrigent.* p. 309. — *ἐκ νέφους* omisso articulo F. H. N. — Denique verba *ὁτὲ δὲ χάλαζαν* desunt in cod. E. F. H. et prima manu in N.

12. *διὸ καὶ .... λαβρότερα.* Cfr. inter alios Schübler *Grundsätze der Meteorologie.* p. 114 (IX. p. 164). — *γίνεσθαι* pro *γίνονται* N. — *καὶ ὕδατα λαμπρότερα* E. — Mox *λέγεται* supra tamen posito *γίνεται* F. Ipsum *γίνεται* exhibent H. N. *γίνονται* A.

13. *αὐτό* omisimus cum cod. E. quamvis in hisce similibusque locis contra nitatur Bernhardy ad Dionys. Perieg. p. 782 sq. — *κατέλθῃ* supra posito *ἐμπέσῃ* F. Ipsum *ἐμπέσῃ* exhibet Cam. γρ Cas. — *δέ τι* pro *δ' ἔτι* H. N. — *δέ* post *ὕδωρ* addit F. Quamvis *δέ* in apodosi apud omnes fere scriptores, inde ab Homero *Odyss.* XXI, 273. 274:

οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σπεῖσάν τ' ἔπιόν θ' ὅσον ἤθελε θυμός,
τοῖς δὲ δολοφρονέων μετέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς

non ita rarum sit, prae caeteris vero tritum Aristoteli (cfr. Vater ad Aristot. *Rhet. Animadvers.* p. 9. Schneider ad Aristot. *Polit.* III, 7, 1. Tom. II. p. 201 ibique Göttling ad I, 1. p. 291. Zell ad *Ethic. Nicom.* I, 1, 4. Tom. II. p. 5), non recepimus tamen lectionem, optimorum codicum

auctoritate destituti. — Mox θάττων ᾖ ἡ πῆξις E., minus exquisite, qua de re supra monitum.

14. ἐν τοσῳδὶ χρόνῳ A. Er. Cam. ut supra I, 3, 9 τὸ τοσονδὶ καὶ μικρὸν ὕδωρ. Positum est pro ἐν τοσῷδε μόνον χρόνῳ „tantillo temporis spatio", ut alibi τοσοῦτον pro τοσοῦτον μόνον. cfr. Viger. p. 153. Lobeck ad Sophocl. *Aiac.* p. 334. — ὂν post μετέωρον omittunt F. H. ut supra §. 2. — Articulum ante πῆξις omittit E. iniuria — γίνεται pro γίνηται quod pr. H. P. praebent infimi est aevi. Vide quae monuit Bernhardy ad Dionys. p. 851 contra Friedemann *de med. pentametr. syllaba* p. 296 sq. — η της pro τῆς E.

15. Pro ἐγγύτερον Cam. γρ Cas. praebent ἐγγυτέρα, quod minime necessarium. Cfr. ad I, 3, 10.

16. ἀέρι pro ἔαρι E. ut supra §. 1.

17. δέ τι pro δ᾽ ἔτι H. N. A. Er. Cam. ut §. 13. — ταχύτητα N. — προτεθερμαίνεσθαι A. Er.

18. διὸ . . . . . πρῶτον. Qua de re longe aliter explicanda, nimirum aquae citiore evaporatione in sole, quam in umbra cfr. Galen. *Comment. ad libr. VI. Epidemicor. Hippocr. Comm.* 4 et 6 p. 469 sq. et quae post Beckmannum *Beitr. zur Gesch. der Erfindung.* Vol. IV. p. 167 sqq. monuimus in *Meteorol. vet. Graec. et Roman.* IV, 14. p. 93 sq. Adde Schneider *Eclog. phys.* Tom. I. p. 262 sqq. II. p. 148 sq. — θερμόν pro ὕδωρ H. N. et prima manu F. τὸ ὕδωρ omisit A. — οἱ περὶ τὸν Πόντον . . . Cum narratione illa cfr. Plutarcheam (*de primo frigido* c. 12. Tom. IV. p. 846 ed. Wyttenb.): ὅθεν οἱ βάρβαροι διαβαίνουσι πεζῇ προβαλόντες ἀλώπεκας. ἂν γὰρ μὴ πολὺς ἀλλ᾽ ἐπιπόλαιος ὁ πάγος ᾖ, αἰσθανόμεναι τῷ ψόφῳ τοῦ ὑποῤῥέοντος ἀναστρέφουσιν. ἔνιοι δὲ καὶ θηρεύουσιν ἰχθῦς, ὕδατι θερμῷ τοῦ πάγου παραλύοντες καὶ χαλῶντες, τότε τὴν ὁρμιὰν δεξαμένων, quem tamen aquae calidae usum longe esse alium quam quem commemorat Aristoteles nemo non videt. Alia de piscium venatione in Ponti glacie refert Theophrastus *de pisc. in sicco degent.* §. 8. p. 828. — περιέχουσι pro περιχέουσι P. — πήγνωσθαι Cam. — μο-

λύβδῳ Cas. Vide Interpp. ad Moerid. p. 246 ed. Koch. — Congelatum esse Pontum Euxinum antiquis temporibus et ex hoc loco patet et ex Herodoto notum est IV, 28 et Strabone II. p. 126, B. Argumentum inde repetiere nonnulli, qui climatum mutationem inde a Graecorum Romanorumque aetate ad nostram factam esse contendunt, v. c. Mann (*Commentat. Acad. Theodor. Palat.* Vol. VI. Phys. p. 82—111. Gren *Journal der Physik* II. p. 231 sqq. quem refutatum ivi *Meteorol. vet. Graec. et Rom.* XI, 56. p. 224—254 et in peculiari dissertatione supra laudata ad I, 3, 17. p. 449—504) et, quem nunc addo, Gronau in *Neue Schriften der Berlin. Gesellsch. Naturf. Freunde* IV. p. 59 sqq. Falsos tamen esse duplici argumento potest comprobari: neque enim saepe Pontum Euxinum glacie permeabili fuisse antiquitus contectum ex Tauri apud Gellium *Noct. Att.* XVII, 8. p. 766 et Macrob. *Saturnal.* VII, 12. p. 436 verbis, in quibus res fere negatur, consequitur; neque minime id deinceps aut nostra ipsa aetate accidit, auctoribus Cedreno, Zonara, Cantemirio, aliis. Cfr. Pallas *Reise in die südlichen Statthalterschaften des Russ. Reiches.* Vol. II. p. 284. Olivier *Voyages dans l'Empire Othoman.* I. p. 224. Addimus etiam Marianum Scotum (*Chronic.* lib. III. aet. VI. p. 439, 40 apud Pistor. *Scriptt. Rer. Germ.* Tom. I. ed. Francof. ad Moen. 1613. fol.): *Anno* 32 *regni Caroli fuit magnum gelu et amarissimum, quo pelagus Ponti usque ad* 100 *milliaria in Oriente in glaciem versum est, habens cubitos a superficie in profundum quinquaginta.*

19. *ταῖς ὥραις καὶ ταῖς χώραις* inverso ordine F. H. N. Cam. S. ut supra I, 11, 3: *ὥρας ἢ χώρας.* At recurrit, quem reliqui servarunt ordinem, infra II, 7: *οὔτε γὰρ χῶραι οὔτε ὧραι.* A. pro *χώραις* iterum praebet *ὥραις.* — *γίνεται δὲ περί* omisso *καί* E. — *Ἀρραβίαν* F. H. N. Vide Bernhardy ad Dionys. *Perieg.* 24. p. 530. Eustathius ad eiusd. poët. v. 927. p. 284 haec monet: *βούλονται πολλοὶ ἀναδιπλοῦν τὸ ρ, ὡς ἀπὸ τῆς α στερήσεως καὶ τοῦ ῥάπτω, ῥάψω, κἀντεῦθεν τὴν τῶν Ἀράβων κλῆσιν, οἷον συρράπτουσιν, ὡς μὴ ῥαπτομένων*

ἱμάτια, περιτυλισσομένων δὲ ὑφάσματα. καὶ διὰ τοῦτο κατ' ἀνάγκην φασὶν ἐν τῷ Ἄραψ κεῖσθαι τὸν τοῦ ρ διπλασιασμόν, ὡς καὶ ἐν τῷ ἄρρηκτος, καὶ ἄρρητος καὶ ἀρραγὴς καὶ ἐν τοῖς ὁμοίοις. Ἡσίοδος μέντοι ἐν τῷ κούρην Ἀράβοιο, ἐξ οὗ καὶ ἡ Ἀραβία κεκλῆσθαι δοκεῖ, δι' ἑνὸς ἀμεταβόλου καὶ συστολῆς τῆς ἀρχούσης καὶ αὐτὸς ἐμφαίνει δεῖν γράφειν τοὺς Ἄραβας. καὶ ὁ τὰ ἐθνικὰ δὲ γράψας ἐν ἑνὶ ἀμεταβόλῳ γράφει αὐτούς. Quae sequuntur spectant ad poëtarum usum. — De re cfr. imprimis Theophrastum *de causs. plantar.* III, 3, 3. p. 445 et quae monuimus ipsi *Meteorol. vet. Graec. et Rom.* VI, 17. p. 105, ubi addendus erat Ctesias apud Phot. *Biblioth.* p. 68 ed. Hoeschel: ὅτι βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ ὑετοὶ οὐκ εἰσὶν ἐν τῇ Ἰνδικῇ, ἄνεμοι δὲ πολλοί· καὶ πρηστῆρες πολλοὶ καὶ ἁρπάζουσιν ὅ,τι ἂν λάβωσιν et p. 66: ὅτι οὐχ ὕει, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ ποτίζεται ἡ Ἰνδική. — Articulum ante Αἰθιοπίαν omisimus cum cod. E. cfr. ad I, 3, 5. cll. huius. capitis §. 11. — καὶ περὶ τὴν Αἰθιοπίαν Cam. Solet tamen in altero enuntiationis membro omittere praepositionem Aristoteles. cfr. Zell ad Aristot. *Ethic. Nicom.* X, 4, 5. Tom. II. p. 442, quamvis aliter sentiat Schneiderus ad *Politic.* IV, 12, 4. Tom. II. p. 270. cfr. I, 13, 23 et de aliis scriptoribus Schaefer *Apparat.* ad Demosthen. Tom. V. p. 569. 760. ad Plutarch. Tom. IV. p. 291. Tom. V. p. 481.

20. ἐστίν omittunt H. N.

Cap. XIII.

Postquam Aristoteles in illa operis parte, quam hucusque tractavimus, de duplici vapore disseruit, quot et qualia phaenomena sicci vaporis incensione in suprema aëris regione provocentur, quae humidi in loco terrae propiore condensatione, iam ad ventos et reliqua transit phaenomena, quae sicci vaporis ope in eodem loco, qui telluris superficiei propior, fiant. Explicata igitur veterum sententia, ex qua ventus nihil esset aliud, nisi aër commotus, eam refellere studet, imprimis contra opinionem illorum pugnans, qui omnes ventos tamquam unum esse flatum arbitrarentur, qui ex eodem fonte manaret, sicut omnes

fluvios ex uno eodemque fonte. Qua occasione oblata plura de fontium, fluviorum marisque natura deque rebus ad geographiam physicam pertinentibus intermiscet et, sicuti ait Olympiodorus, *μεγάλην πλάνην πλανᾶται.* Ad ventos deinde redit II, 4 sqq. Eam autem, quam breviter tetigimus sententiam, ab Hippocrate Coo iam esse propositam, monuerunt Alexander, Olympiodorus (vide excerpta) et re vera reperimus eandem in libro *de flatibus* (*Opp.* Sect. III. p. 79, 22 ed. Foës): *ἄνεμος ἠέρος ῥεῦμα καὶ χεῦμα.* Quocum consentiunt plurimi: Anaxagoras apud Diogenem Laërtium II, 3, 4, qui etiam causam ventorum bene addidit esse rare factionem aëris, vi caloris a sole provocati: *ἀνέμους γίγνεσθαι λεπτυνομένου ἀέρος ὑπὸ τοῦ ἡλίου* — Anaximander apud Plutarchum *Plac. philos.* III, 7. Tom. IV. p. 605 et apud Achillem Tatium *Isagog. in Arat.* 33, ubi dicit: *Ἀναξίμανδρος τοίνυν ῥύσιν ἀέρος τὸν ἄνεμον εἶπε, τινὲς δὲ ἀναθυμίασιν ἀέρος. ἄλλοι δὲ διαφέρειν ἄνεμον λέγουσιν αὔρας. ἄνεμον γὰρ εἶναι ῥύσιν ἀέρος, αὔραν δὲ ἀναθυμίασιν γῆς. καὶ τοὺς μὲν ἐκ νεφῶν λέγουσιν εἶναι ἀνέμους καὶ καλοῦσιν ἐκνεφίας, τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς γῆς φερομένους ἀπογείους, τοὺς δὲ ἀπὸ ποταμῶν ἐνυδρίας, τοὺς δὲ ἀπὸ κόλπων κολπίας, ἀπὸ δὲ ὀρῶν ὀρίας ἢ ὀρεστίας.* Quibus verbis Anaximandri sententiam non meram contineri, extra omnem dubitationem positum est, sed confusam cum placitis Aristotelicis. Accedunt Theophrastus *de ventis* §. 29: *ἀὴρ — ἡ δὲ τούτου κίνησις ἄνεμος* (cfr. *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* III, 11. p. 58 sqq.). — Lucretius (*de rer. natur.* VI, 685): *Ventus enim fit, ubi est agitando percitus aër;* Varro (apud Servium ad Virg. *Aeneid.* VI, 361): *Nihil enim vetat, ut docti dixerunt, nisi aër multus fluens transversus;* Vitruvius (*de archit.* I, 6): *Ventus est fluens aëris unda;* Seneca *Quaest. nat.* V, 1): *Ventus est aër fluens in unam partem;* Plinius *Histor. nat.* II, 44): *Ventus non alius intelligitur, quam fluxus aëris;* Ampelius (*Lib. memorial.* c. 5): *Venti fiunt ex aëris motu et inclinatione;* Gellius *Noctt. Att.* II, 30): *Aquilones venti quique ex eadem regione aër fluit —;* Ma-

crobius (*Saturnal.* VII, 8. p. 426): *Aër motu in ventum solvitur, et liquidior se factus agitatu flatus efficitur;* Isidorus (*Origg.* XIII, 11): *Ventum aërem esse commotum et agitatum;* Arnobius (*adv. gentes* VI, p. 116): *Omnes ventos aëris fluorem esse pulsi.* Hinc patet, comparatis II, 4—6, ab Aristotele non profecta esse verba, quae leguntur in *Problem.* XXIII, 11. p. 932, b: *ἔστι γὰρ τὸ πνεῦμα σύνωσις ἀέρος,* sed aut a Theophrasto, aut ab alio quodam scriptore. Quodsi enim, quemadmodum arbitratur Weisse (*Aristoteles von der Seele und von der Welt.* Leipz. 1829. 8. p. 404), Aristoteles probasset opinionem eorum, qui dicerent *τὸν καλούμενον ἀέρα κινούμενον μὲν καὶ ῥέοντα ἄνεμον εἶναι,* improbasset eorum, qui contenderent, *συνιστάμενον τὸν ἀέρα πάλιν γίνεσθαι νέφος καὶ ὕδωρ,* non addidisset verba *καὶ τὸν ἄνεμον εἶναι κίνησιν ἀέρος.* Utramque vero sententiam falsam esse vult, quod aperte elucet ex iis, quae mox sequuntur et melius etiam patebit ex iis, quae ad libri secundi partem illam, qua de ventis agitur, a nobis exponentur. Possit fortasse contra afferri locus ex *Meteorol.* IV, 9: *ἐστὶ δὲ πνεῦμα ῥύσις συνεχὴς ἐπὶ μῆκος ἀέρος.* Sed ibi definitionem flatus (*πνεύματος*) proponere noluit, sed indicare tantum quid illo in loco sub flatu, quem ibi *θυμιάσει* opponit, intelligere voluit. Caeterum hinc intelligas iam ante Aristotelem divulgatam esse illam sententiam, aëris concretione et condensatione fieri nubes, quam deinde amplexi sunt posteriores, veluti Plinius (*Hist. nat.* II, 42): *Nubes liquore egresso in sublime aut ex aëre coacto in liquorem gigni,* Virgilius *Aen.* V, 20: *In nubem cogitur aër,* (quod tamen poëtae facile condonaveris), Macrobius (*Somn. Scipion.* I, 22. p. 79): *Aër terreni frigoris exhalatione densatus in nubem cogitur,* Isidorus *Origg.* XIII, 7. p. 1146. Adde Elmenhorst ad Arnob. p. 123, ad Apuleium *de mundo* p. 77. — Quibus praemissis transeamus ad singula, postquam monuimus etiam idcirco Aristotelem ventum *ἀέρος κίνησιν* explicare non potuisse, quia sic sonum definiat *de anima* II, 8.

1. *πνευμάτων πάντων* inverso ordine N. *πάντων τῶν σωμάτων* Cam. — *θαλάσσης* N. — Deinde *διαπορήσαντες* pro

προαπορήσαντες exhibent F. H. N. — Pro *περὶ ἄλλων, οὕτω* E. A. praebent *περὶ ἄλλου τινὸς καί.* — *οὕτως καί* exhibet Cam. cfr. ad I, 3, 10. — *τοιοῦτον λεγόμενον* inverso ordine H. N. — Denique pro *εἴπειεν*, quod exhibent F. A. E. Bekk. exhibuimus cum E. N. *εἴποιεν* cfr. Göttling ad Arist. *Polit.* p. 334. 336. *εἴποι ἄν*, quod proxime accedit, praebent H. Cam. P. S. Cas.

2. *τόν* ante *καλούμενον* omittit Cam. — *ὄντα κίνησιν ἀέρος* pro *εἶναι κίνησιν ἀέρος* habent H. N. corr. E. pr. man. F.

3. *σαφῶς* pro *σοφῶς* F. — *ἄνεμον* omisere H. N. — Recte se habere consecutionem temporum *συμπέπτωκε .... εἶναι* patet ex iis, quae exposuit Stallbaum ad Platon. *Phileb.* p. 146. — *τὸν ἀέρα κινούμενον* omisso articulo E. F. *πάντα δοκεῖν. δοκεῖ δὲ διαφέρειν* A. Cam. et *γρ.* Cas. in margine. Vulgatam defendit codicum auctoritas et Bag. Ad *διαφέρειν* supple *τὸν ἄνεμον* et *οὐδὲν διαφέροντα* verte: quamvis alias nihil differat. — *τυγχάνει* pro *τυγχάνῃ* N. *τυγχάνει ῥέων* A. Cam. S. *τυγχάνοι ῥέον* Cas. — *εἶναι ποταμὸν ἕνα πάντας* N. P. *ἕνα εἶναι ποταμόν* A. Cam. S. Cas.

4. *ἐκ μιᾶς ἀρχῆς.* Utrum ventus sicut aqua ex fonte quodam emaneat, an secus, quaerit etiam *Problem.* XXVI, 36. p. 944, b. quo ex loco haec verba adscribamus: *πότερον τὸ πνεῦμα ἀπὸ πηγῆς τινος φέρεται ὥσπερ τὸ ὕδωρ· καὶ ταύτης οὐκ ἔστιν ἀνωτέρω ἐνεχθῆναι; ἢ οὔ; καὶ πότερον ἀπὸ ἑνὸς σημείου, ἢ ἀπὸ πλείονος τόπου; ἔνια μὲν οὖν ἐστιν ὅμοια, ἃ καὶ ἐπὶ τῶν ὑδάτων συμβαίνει γίνεσθαι. τότε γὰρ ὕδωρ, ὅταν εἰς τὸ κάταντες φέρηται, θᾶττον ῥεῖ, ἢ ὅταν ἐν τῷ ἐπιπέδῳ καὶ ὁμάλῳ λιμνάζῃ· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ πνεύματα.* Deinde sequuntur ista, quae adscripsimus ad I, 3, 17. Vide, quae monuimus *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* p. 66, ubi quam tetigimus fabulam de Orithyiae raptu, satis notam ex Platonis *Phaedr.* p. 229 C illustravit Sturz ad Pherecyd. *fragm.* p. 164 sq. Praeterea ibi addendus erat locus Schol. Apollon. Rhod. I, 826: *ψυχρὰ γάρ ἐστιν ἡ χώρα· διὸ κἀκεῖθεν τοὺς ἀνέμους πνεῖν ἐμυθεύσαντο. Διονυσοφάνης δὲ βόρον φησὶν εἶναι ἐν τῇ Θρᾴκῃ, ἐξ οὗ φυσήματα ἀνέμων γίνεσθαι καὶ μυθευθῆναι οὕτω Θρᾴκην*

ἀνέμων οἰκητήριον et qui ne haec verba neglexit Bernhardy *Eratosthen.* p. 37 sqq. *ἅπαντες* sc. *ποταμοί.* — *τάχ' ἂν λέγοιεν ἄν τι* E. H. N. A. Cam. P. S. Cas. *τάχα λέγοιεν ἄν τι* Bag. *fortasse dicerent utique aliquid.*

5. Scribendum esse arbitror *εἰ δὲ μὴ ὁμοίως ἐνταῦθα κἀκεῖ.* Recte enim sensum verborum expressit Vicomercatus, cum dicat p. 78: *Qua quidem in re aliquid dicerent, si et fluviorum omnium unum esset principium, eodemque modo et omnium ventorum: sed omnium fluviorum idem principium non esse, quemadmodum nec omnium ventorum.* Alexander fol. 87, a: *εἰ μὲν γὰρ οἵ τε ποταμοὶ πάντες ἐκ μιᾶς ἀρχῆς ῥέουσι καὶ τὰ πνεύματα ὁμοίως, εἶεν ἄν τι λέγοντες οἱ ἄνεμόν τε ἕνα τοὺς πάντας λέγοντες καὶ ποταμὸν ἕνα ὁμοίως πάντας. εἰ δ' ὡς ἐπὶ τῶν ποταμῶν, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀνέμων καὶ ἐκ διαφερουσῶν ἀρχῶν ἡ ῥύσις ἡ τοῦ ἀέρος, δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἔστιν εἷς ποταμὸς οἱ πάντες, διὰ τὴν αὐτὴν οὐδ' ἂν εἷς ἄνεμος εἴη.* — *κόμψευμα* Gellius et Macrobius vertunt scitamentum. — *εἴη ἂν* H. N. inverso ordine. — *ψεῦδος* pro *ψευδές* positum, ut in notissimo illo *ἀληθὲς καὶ ψεῦδος*, de quo cfr. Heindorf ad Platon. *Cratyl.* p. 385 C. — *ἡ ἀρχὴ αὐτῶν πόθεν* inverso ordine A. Cam. Er. P. S. Cas. quem fere probaverim. — *αὐτῶν* sc. *τῶν πνευμάτων*, unde mox ad *ῥέοντα* addit *τὸν ἄνεμον.* — Deinde *ἄρ'* omittit F. — *πρότερον* pro *πότερον* E. — *κερωθῇ* in margine adscriptum reperit G. absque sensu. — Verbis *οἷον ἐξ ἀσκῶν ἀφιέμενον* alludit ad versus Homericos *Odyss. κ'*, 19 sqq.:

> *δῶκέ μοι ἐκδείρας ἀσκὸν βόος ἐννεώροιο,*
> *ἔνθα δὲ βυκτάων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα.*

De ventis, quales a pictoribus finguntur, loquitur etiam *de animal. mot.* c. 2: *μαρτύριον δὲ τούτου τὸ ἀπορούμενον, διὰ τί ποτε τὸ πλοῖον μὲν ἔξωθεν, ἄν τις ὠθῇ τῷ κοντῷ τὸν ἱστόν, ἤ τι ἄλλο προσβάλλων μόριον, κινεῖ ῥᾳδίως. ἐὰν δ' ἐν αὐτῷ τις ὢν τῷ πλοίῳ τοῦτο πειρᾶται πράττειν, οὐκ ἂν κινήσειεν, οὔτ' ἂν ὁ Τιτυός, οὔθ' ὁ Βορέας πνέωσιν ἔσωθεν ἐκ τοῦ πλοίου, εἰ τύχοι τις πνέων τὸν τρόπον τοῦτον, ὃν οἱ γραφεῖς ποιοῦσιν· ἐξ αὐτοῦ γὰρ τὸ πνεῦμα ἀφιέντα γράφουσιν.* Quibus

verbis simul probatur lectio ἀφιέντας, cuius in locum ἀφιέντες legit Bag. vertens *emittentes*, notantibus etiam Morellio et Cas. in margine: ἀφίενται exhibent E. F. H. P. Cam. S.

6. τισιν pro τισίν exhibuimus cum A. Cam. De hac Anaxagorae sententia cfr. Senecam *Quaest. natur.* III, 6: *Quidam existimant, quidquid ex imbribus terra concipit, in flumina rursus emitti. Et hoc argumenti loco ponunt, quod paucissima flumina sunt in his locis, in quibus rarus est imber. Ideo siccas esse aiunt Aethiopiae solitudines, paucosque inveniri in interiore Africa fontes, quia fervida caeli natura sit, et paene semper aestiva* et q. s. Eandem amplexus est Vitruvius *Architect.* VIII, 1, eaque nunc auctore Mariotte (*Oeuvres* I. p. 326 sq.) invaluit, ut ab omnibus derideretur, qui aliam proponere auderet. — Schneiderus *Eclog. phys.* XI, 3. p. 179 inverso ordine, nescio an calami lapsu: οὕτω τισὶν ἔχειν δοκεῖ. — ἀνενεχθέν Alex. Aldi fol. 87, a. — ῥεῖν οἷον recepimus ex E. A. probante Bag. qui vertit: *fluere ut ex alvo magna* Vicom. *tamquam ex magno ventre fluere* et ita infra §. 24: γίνεσθαι τὰς ἀρχὰς τῶν ποταμῶν ὡς ἐξ ἀφωρισμένων κοιλιῶν. Reliqui codd. et editiones omittunt οἷον. Sententiam Anaxagorae exposuit etiam Origenes *Philosoph.* c. 8: τοὺς δὲ ποταμοὺς καὶ ἀπὸ τῶν ὄμβρων λαμβάνειν τὴν ὑπόστασιν καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐν τῇ γῇ· εἶναι γὰρ αὐτὴν κοίλην καὶ ἔχειν ὕδωρ ἐν τοῖς κοιλώμασιν. Locum laudat Schaubach *Anax. Clazom. fragm.* p. 178. — πάντα pro πάντας Cam. γρ. Cas. marg. — μιᾶς omisso ἐκ F. H. N. — Pro ἐκ τοῦ χειμῶνος N. exhibet ὑπὸ τοῦ χειμῶνος. cfr. I, 10, 6. — συναχθέν pro συλλεχθέν A. — Eadem ἀρχάς praebet pro ὑποδοχάς. Utramque lectionem agnovit Bag. Aldinam in margine commemorans. — τούτων ποταμῶν E.

7. διὸ καὶ μείζους ..... οὐκ ἀενάους. cfr. Columell. *de re rust.* XI, 3, 8: *Ut certam perennitatis puteus habeat fidem, tum demum effodiendus est, cum Sol ultimas partes Virginis obtinebit, id est, mense Septembri ante aequinoctium auctumnale: siquidem tunc maxime explorantur vires fontium, cum ex longa siccitate aestatis terra caret*

humore pluviali. — De fontibus periodicis abunde egit Beckmannus ad Antigon. Caryst. c. 178. ad Aristot. *de mirabil. auscult.* c. 55. p. 113. — *ἀεί* omittit E. — *ἀεννάους* hic et paulo post F. H. N. A. Cam. S. Cas. sed in soluta oratione ubique restituendum esse *ἀέναος*, docuit Bernhardy ad Dionys. *Perieges.* 1055. p. 806, quem adi post Schellenberg ad Antimachi *Relliq.* p. 71. Heindorf ad Platon. *Phaedr.* p. 238, Boeckh ad Pindar. p. 482 sq. et Hermann ad Eurip. *Ion.* v. 117. p. 13. *ἀένναος* iubente metro est apud Aristophan. *Ran.* 1316. ed. Dindorf. — *εἶναι* omittit Bag. — *διά* omittit E. — *παραναλίσκεσθαι* N. — Idem codex exhibet *τὸν ὄμβρον* pro *τὸ ὄμβριον.* — *ἐν* ante *τῷ χειμῶνι* deest in E. — *ὅσους* pro *ὅσοις* E. *ὅσων* A. — *τούτους δή* F. A. Cam. P. S. Cas. *δέ* prorsus omisere H. N. — *φθίνειν* pro *φθάνειν* N.

8. Vix opus est, ut moneamus, egregie falsum esse hac in re Aristotelem, quod instrumentorum ratio, quibus nunc utimur et quae sive ombrometra, sive hyetometra sive udometra aut alio denique nomine vocare solemus, satis superque probat. Necesse enim erat, quod non animadvertit philosophus, cavere, ne quid aquarum ex adiacentibus locis posset adfluere. — Pro *ἐλλείποι* F. prima manu exhibet *ἐλλείπει*, N. *ἐλλίποι.* F. praebet etiam *ἐνδεχόμενον* pro *δεχόμενον.*

9. *ἀλλὰ δῆλον μὲν ὅτι καὶ συμβαίνει καὶ* N. *ὅτι καὶ συμβαίνει πολλά* omissis *μὲν καὶ* A. Cam. P. Cas. *ἀλλὰ δῆλον ὅτι συμβαίνει μὲν καὶ πολλά* F. H. S. P. Nos fecimus cum E. qui *μέν* prorsus omittit, et post *γῆς* maiore distinximus interpunctione. — *πολλαχοῦ* F. H. N. — Sensum verborum bene explicuit Alexander fol. 87, a: *ὅτι εἶναι μέν τινας καὶ τοιαύτας κοιλότητας ἐν τῇ γῇ χωρητικὰς ὕδατος οὐδὲν θαυμαστόν, ἀφ' ὧν πληρωθεισῶν τοῦ χειμῶνος ἀπόρρυσιν γίνεσθαί τινα.* Verba *οὐ μήν* omittit E. — *νομίζει* pro *νομίζοι* E. F. N. — *ὁ ἀτμίζων ἀήρ.* cfr. ad I, 3, 15. — *ὕδωρ τὸ ἀποκεκριμένον* F. — Verbis *ἀλλὰ καὶ γίνεσθαι συνεχῶς* respicit ad superiora illa *καὶ τοῦτ' ἐνδελεχὲς ἐθέλει γίνεσθαι κατά γε τὴν τάξιν.* I, 9, 6, ubi de generatione aquae in superiore loco eiusque reditu ad

terram loquitur. — Eorum, quae sequuntur, paulo obscurior est significatio. Bene tamen explicuit Vicomercatus p. 80, a: *Immo vero, si aqua intra terram non in dies oriatur, sed iam in ea habeatur, qualis ea est, quae aliquorum sententia in locis eius cavis colligitur, magnisque lacubus subterraneis servatur, non propterea ex ea, ut ex principio, fluvios emergere.*

10. ὅτι δέ pro ἔτι δέ H. — Deinde ἐν τῷ ὑπὲρ τῆς γῆς τόπῳ F. H. N. P. S. — Mox Koenigmann *Geogr. Aristot.* p. 28 suspicatur, pro συνιστάμεναι legendum esse συνίστανται et post τέλος inserendum δέ, atque ita legisse videtur etiam Vicomercatus. Ex iis vero, quae leguntur apud Alexandrum fol. 87, b fere insignius corruptum esse hunc locum suspicor. Ait enim: ἀλλ' ὥσπερ ἐν τῷ ὑπὲρ γῆς τόπῳ κατὰ μικρὰ αἱ ῥανίδες συνιστάμεναι πρῶτον, εἶτα ἀλλήλαις μιγνύμεναι τελευταῖον μετὰ πλήθους καταφέρονται καὶ ποταμόν τινα ῥέοντα ποιοῦσιν, οὕτω καὶ ἐν τῇ γῇ ἐκ μικρῶν ῥανίδων. Unde aliquis hunc locum ita refingendum esse censeat: τέλος μετὰ πλήθους καταφέρονται καὶ ποιεῖ ποταμόν τινα ῥέοντα τὸ ὑόμενον ὕδωρ. — αὐταί pro αὗται H. A. S. *ipsae* Bag. Cas. qui nostram lectionem in margine commemoravit. Probavit etiam Schneider *Eclog. phys.* XI, 5. p. 180. — Cum deinceps omnes codices praebeant πηδώσης E. F. H. N. et A. Cam. P., πιδώσης S. Cas., πιδυούσης margo cod. E., Schneiderus *Eclog. phys.* Tom. II. p. 103 aut διαπηδώσης aut πιδυούσης scribendum esse censuit (cfr. eundem ad Vitruv. VIII, 1, 2. p. 96). Sylburgius haec adnotavit: „*Ut hic* πηδώσης *per* ι *scriptum est, ita et* διαπιδῶσι *paulo post: ea forsan ratione, qua* πίδαξ *et* πιδύειν. *Sed per* η *malim* πηδώσης *et* διαπηδῶσι, *ut etiam in Cam. et Basil. Isengr. scriptum est. Olympiodorus quoque legit* πηδώσης *i. e.* ὀργώσης πίδακας ἐμβάλλειν: *sed addit, quosdam codices habere* ἰδιώσης *id est* ἱδρώσης. *Vetus interpres (ut Morellius adnotavit) legit* πηδύσεις *seu* πιδύσεις *scaturigines, quo modo forsan legendum etiam apud Olympiodorum* ἰδίσεις *et* ἱδρύσεις *sudationes.*" Olympiodori verba haec sunt (fol. 23, a):

τινὰ τῶν βιβλίων οὕτως ἔχει, ἕτερα ἰδιώσης· ἀλλ' εἰ μὲν ἰδιώσης ἀντὶ τοῦ ἱδρώσης, ὥς φησι καὶ Ὅμηρος· ἴδιον ὡς ἐνόησα, δεδάκρυντο δέ μοι ὄσσε. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου σώματος διεξιὼν ὁ ἀτμὸς ἱδρὼς γίνεται, οὕτως ἔχει κἀπὶ τῆς γῆς· εἰ δὲ ἔχει πηδώσης, ἀντὶ τοῦ ὀργώσης πίδακας ἐκβάλλειν. τί δέ ἐστι πίδακας; καὶ ὁ ποιητὴς λέγει πολυπίδακας. Quae egregie corrupta esse, nemo est quin videat: at quamvis in medela verbis adferenda multum desudaverim, nihil ex iis effingere valui, quod non ab omni verisimilitate prorsus abhorreret. Puto tamen duas Olympiodori animadversiones in unam esse conflatas: alteram pro *πηδώσης* in aliis libris repertum esse *πιδώσης*, alteram tam *ἱδρούσης*, quam *ἰδιούσης* fuisse lectum. Sed nihil certi ea de re mihi constat, nisi unum illud, iam tum temporis lectionis varietatem fuisse ambiguam. Alexander legit *ἱδρούσης*, cum dicat fol. 87, b: *συνάγουσι τὸ ἐκ τούτου διαλειβόμενον ὕδωρ, ὥσπερ ἱδρῶτά τινα τῆς γῆς ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων γενόμενον εἰς ἕν.*

11. *δὲ* post *δηλοῖ* omittendum censuit Schneiderus l. l. — Ad *συνάγουσιν* suppleas *τὸ ὕδωρ*, quod desumendum ex vocabulo *ὑδραγωγίας*. — Pro *ἰδιούσης* quod probat Alexander fol. 88, a. exhibent *ἱδρούσης* F. H. A. Cam. P. S. Cas. probante Schneidero *Eclog. phys.* XI, 5. p. 180. — *ὀρέων* pro *ὀρῶν* F. H. — Cum tota § cfr. *de part. anim.* III, 5. p. 668, a.

12. *μικρός* pro *πυκνός* exhibet N. *πυκνός* omittit A. neque vertit Bag. — *ἐπικεκραμένοι* absque sensu E. A. Cam. γρ. Cas. — *διαπηδῶσι* N. A. Cam. P. Er.

13. *γάρ* omittunt H. N. — *πρινή* N. — Ut *κοιλήν* oppositum est vocabulo *κυρτήν*, ita *ὑπτίαν* vocabulo *πρηνῆ*. Posteriora vocabula de manus utraque superficie usurpari solent. Paulo aliter est apud Theophrastum *Hist. plant.* II, 6, 1. p. 56: *τὴν γὰρ ἔκφυσιν οὔτ' ἐκ τῶν ὑπτίων καὶ κοιλῶν ποιεῖται, καθάπερ τινές φασιν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἄνω.* Alexander fol. 88, a: *οὐδὲν γὰρ διαφέρει ἢ κοιλὴν καὶ ὑπτίαν ποιεῖν τὴν γῆν, δεχομένην τὸ ἄνωθεν κατιὸν ὕδωρ καὶ φυλάττουσαν, ἢ πρηνῆ καὶ κυρτὴν ἔχουσαν τὴν περιφερείαν, ὡς σπογγιὰν δυναμένην εἰς αὐτὴν τὸ ὕδωρ δέχεσθαι, ὡς μὴ περιρρεῖν.* Longe aliam sen-

tentiam habuit Seneca *Quaest. nat.* III, 7: *Quid quod flumina quaedam erumpunt saxis et montibus? His quid conferent pluviae, quae per nudas rupes deferuntur, nec habent terram, cui insideant?* — ἶσον A. Cam. S. ut fere semper. — Post ὄγκον addunt διὰ πυκνότητα A. Cam. P. S. Cas. — τοῦ σώματος Cam.

14. διόπερ καθάπερ recepimus ex E. A. P. S. probante Schneidero l. l. XI, 6. p. 181. Bekk. cum reliquis διὸ καθάπερ quod infra recurrit II, 8, 35. — πλεῖστοι pro μέγιστοι pr. manu F. — ὀρέων E. A. ut supra §. 11. — θεωμένοις ἡμῖν Olympiod. Aldi fol. 24, a. γῆς περιόδους cfr. infra II, 5: διὸ καὶ γελοίως γράφουσι νῦν τὰς περιόδους τῆς γῆς. *Rhetor.* I, 4. p. 1360, a. Imprimis adi epistolam Eustathii commentariis ad Dionys. Perieget. praemissum p. 77 sq. ed. Bernhardy: ἰστέον γάρ, ὅτι περίοδος γῆς καὶ περιήγησις ταὐτὸν νοοῦσι καὶ εἰς μίαν ἔννοιαν ἔρχονται· διὸ καὶ ὁ Ἀμασεὺς γεωγράφος συχνὰ περὶ τὰς τοιαύτας λέξεις εἴλεῖται, οὐ μόνον γεωγραφίαν τὴν ἑαυτοῦ ἐπιστήμην ἀξιῶν καλεῖσθαι, ἀλλ' οὐδὲ περιήγησιν καὶ περίοδον λέγεσθαι ἀπαξιῶν. καὶ οὕτω μὲν περίοδος γῆς καὶ περιήγησις εἰς ἕνα κατὰ πολυωνυμίαν συνάγονται νοῦν, καί εἰσιν ὀνόματα γενικά, ἔχοντα ὑφ' ἑαυτοῦ τήν τε γεωγραφίαν καὶ τὴν χωρογραφίαν, ἤτοι τοπογραφίαν et q. s. Caeterum spectare videtur h. l. Aristoteles περιόδους γῆς ab Eudoxo (cfr. Ideler *de Eudoxo Cnidio* p. 12) et Scylace conscriptas, monente Schneidero ad Aristot. *Histor. animal.* praef. p. XL. Etiam Democritus γῆς περίοδον conscripserat teste Agathemere I, 1. p. 2. Huds. ἑξῆς Δημόκριτος καὶ Εὔδοξος καὶ ἄλλοι τινὲς τῆς γῆς περιόδους καὶ περίπλους ἐπραγματεύσαντο. Adde Marx ad Ephor. p. 189. — ἀνέγραψα N. ἀνεγράψαμεν F. — ὅσον pro ὅσων N.

15. Difficultates movet gravissimas, qui sequitur mons Parnassus. Vicomercatus p. 82, a, postquam nonnulla de Parnasso Graeciae monte attulit, ita pergit: *Sed hoc ad praesens nihil attinet. Illud vero nobis sat est, in Asia Parnasum non esse: ut intelligamus eum montem, cuius nunc Aristoteles meminit, Parnasum non esse, non Paropamisum, qui in*

Asia situs est, cum praesertim nec ad ortum brumalem Parnasus habeatur, sed in eadem prope parte, in qua Aristoteles scribebat, nec flumina illa, quae commemorantur, ex eo fluant: quin potius Bactrus ex Paropamiso oriatur. Facilis autem lapsus fuit ex Paropamiso in Parnassum. Nisi Aristoteles Paropamisum Parnasum nominaverit, quomodo et Dionysius in libello de situ orbis hunc in modum [v. 737]:

χώρην εὐρυτέρην κρημνοῖς ὑπὸ Παρνησοῖο.

Loquebatur autem de Bactris. Quod forte voluit Olympiodorus, cum alium esse Parnassum in Asia tradidit. Nam et de Paropamiso dubitationes exsistunt. Etenim etsi in Asia situs est, Bactrumque flumen ex se mittit, ad ortum tamen brumalem vix esse dici potest, quando ad Graeciae ortum est, in eodem prope parallelo. Praeterea Choaspen ex eo erumpere nullibi legitur: quamquam nonnulli putant Coam esse, quem Ptolemaeus in alium Coam ex Caucaso fluentem influere tradidit: siquidem Strabo [X. p. 1021 B. Alm.] *Choaspem in Choam fluvium* [potius in Cophem, sive, ut alii vocarunt, in Cophena] *sese immittere meminit. Araxes etiam ex monte Periarde, qui in Armenia est, fluit, non ex Paropamiso.* [cfr. Strabon. XI. p. 766 C: ὁ Ἀράξης τραχὺς ἐκ τῆς Ἀρμενίας ἐκπίπτων. cfr. p. 800 A. p. 803 C. Sed nihil is de Periarde monte]. *Multo minus Tanais fluvius in eo oritur, quippe qui ex Rhipaeis montibus in Sarmatia descendere traditur, Europamque ab Asia dividit: ut mirandum etiam videatur, quemadmodum dixerit Tanaim in Maeotidem paludem influere ab Araxe divisum, cum Araxes, ut diximus, ex Periarde in Armenia maiori oriatur, quae longe magis ad meridiem est, quam montes Rhipaei. Indus praeterea ex Imao monte ortum habet. Quare, etsi quod ad Parnassum attinet, possint Geographi, quorum descriptionem Aristoteles sequitur, defendi, Paropamisum non Parnasum ab eo scriptum esse affirmando, in fluviorum tamen origine tradenda lapsos esse perspicuum videtur. Quod mirandum sane non est: cum nec ipsi, ut tradit, quae descripserunt, vidissent, sed ab aliis accepissent, nec adhuc*

Geographia esset satis exculta, sed rudis et imperfecta, ut scientiarum omnium initia esse consueverunt. Quamquam de Indo dici potest, ex Paropamiso fluere dictum esse, quoniam Imaus, e quo fluit, illi sit adnexus. Plinius ait [Histor. natur. VI, 23, 20] illum in iugo Caucasi montis, quod vocatur Paropamisus adversus Solis ortum effundi. Sed decipi videtur: siquidem Caucasus ad occasum magis situs est, atque ab Imao Indus, ut dictum est, fluit. [At Caucasus idem Plinio dicitur mons, qui vulgo Imaus audit. cfr. Arrian. V, 5. Diodor. Sicul. XVII, 83 et adnotationem Holstenii ad Dionys. *Perieges.* 714. p. 717 ed. Bernhardy] —Haec Vicomercatus. Olympiodori verba huc pertinentia haec sunt: *ἀποροῦσι δέ τινες, τί δή ποτε τὸν Παρνασὸν τῆς Ἀσίας λέγει. οὗτος γὰρ πλησίον ἐστὶ Δελφῶν, οἱ δὲ Δελφοὶ τῆς Ἑλλάδος, ἡ δὲ Ἑλλὰς τῆς Εὐρώπης. παρ' ἱστορίαν δοκεῖ εἶναι τὸ λεγόμενον. λέγομεν οὖν ὅτι οὐκ εἶπε τὸν Παρνασὸν Ἀριστοτέλης εἶναι τῆς Ἀσίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ διαιρεῖν ποταμούς· πλὴν τοῦτο ἀτοπώτερον. πῶς γὰρ ἐνδέχεται τοῦτο γενέσθαι μεταξὺ τῶν δύο ἠπείρων οὔσης θαλάσσης. ἔστιν οὖν ὥς ἐμοὶ δοκεῖ ἴσως ἕτερον ὄρος Παρνασὸς καλούμενον· οὐ γὰρ τοῦτο λέγει πλησίον Δελφῶν. φησὶ γὰρ οὗτός ἐστιν ἐν τῷ πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ· ὑπερβάντες γὰρ τοῦτο ὁρῶμέν φησι τὴν ἐρυθρὰν θαλάσσην:* qua in re egregie falli Olympiodorum in propatulo est. Ad Dionysii versum laudatum monet Eustathius p. 239 ed. Bernhardy: *ὅτι Παρνησοῦ τινος ὄρους Βακτρίου ἐνταῦθα ὁ Διονύσιος μέμνηται καὶ ζητητέον εἴτε οὕτω γραπτέον αὐτό, ὁμωνύμως τῷ Εὐρωπαίῳ Παρνασῷ, εἴτε καὶ Παρπαμισὸν ὀνομαστέον αὐτό· οὕτω γὰρ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχουσι. μεμνήσεται δέ που καὶ ὁ Περιηγητὴς ὄρους Παρπαμισοῦ* (Intelligit v. 1097, ubi nunc iterum exhibetur *Παρνησσοῖο*). Quae quoquo modo sese habeant, addidit tertium, qui utrumque nomen commutaverit, Michaëlem Psellum Holstenius, qua de re adi Bernhardy ad illum locum p. 728. At quemadmodum apud Pompon. Mel III, 7, 6 codices variant inter *Paropaniso*, *Paropamiso*, *Calonparnasso*, *Caroparnasso*,

Caroparnaso, Caropernaso, unde sine opera effingas *Parnaso* sive *Parnasso*, omissis syllabis, quae sensu carent, ita etiam h. l. iam antiquitus fieri potuit. Neque minus in versu Dionysii: quid enim Michaël ille Psellus ineptiverit curare nolumus. Paropamisum certe intellexit Aristoteles, ex quo Indum fluxisse tum Plinius l. l. tum Pomponius Mela l. l. tum alii plures confirmant. — Variant codd. et editi in scriptura nominis *Παρνασοῦ*, alii enim simplici, alii gemino σ exhibent vocabulum. *Παρνασοῦ* praebent A. P. Er. Cam. S. Cas. (Paropamiso in marg. Bagol.) At *Παρνησός* scribendum esse censet Brunckius ad Apollon. Rhod. II, 705. Latinos nunquam Parnassum, sed semper Parnasum scripsisse contendit Brouckhusius ad Propert. II, 23, 13. Adde quos laudat Tzschucke ad Pompon. Vol. II. Part. II. p. 194. Similiter de scriptura nominis Paropamisi dubitatur, utrum sic, an duplici σ sit efferendum. Cum σ geminato est in codd. Curtii VI, 4, 31 et apud Stephanum Byzantinum s. v. De *Νῦσα*, *Κρῖσα* et similibus cfr. Wass. ad Thucyd. II, 69 et quae de aliis eius modi vocabulis post Blomfield. ad Aeschyl. *Prometh.* 505. 751. *Choëphor.* 555 et Schneiderum *Elementarlehre der lat. Sprache* p. 441 sq. de latinis disserentem, monuit Bernhardy ad Dionys. *Perieg.* 337. p. 604, qui simplex σ ubique defendit. Unde mox *Ταρτησός* exhibui. De *Πῖσα*, *Πίσα*, *Πείσα* et *Πίσσα* adi Dindorf. ad Aristoph. *Ran.* 1243. et adde omnino Eustath. ad Hom. *Odyss.* XIX, p. 432. p. 706, 46 ed. Bas. — *πάντως* Cam. minus apte, ut bene monet S. — *τὸ ὄρος μέγιστον* F. *μέγιστον τὸ ὄρος* H. N. — *ἡ* ante *ἔξω* omittit E. — *θάλασσα* N. — *ἡ ἔξωθεν θάλασσα* Olympiod. Aldi fol. 24, a. — De rubro mari non cogitasse Aristotelem, patet ex II, 5: *τὴν ἔξω Λιβύης θάλατταν τὴν νοτίαν.* Vide quae disseruit Koenigmann *Geogr. Aristot.* p. 112 sqq. et quae post Kappium ad Aristot. *de mundo* III, 6 et 10 monuimus ipsi *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* p. 5. not. 4. — *τοῖς ἐντεῦθεν.* Ad incolas provocat etiam infra in fine huius capitis *ἣν καλοῦσιν οἱ ἐκεῖ θάλατταν* et II, 3: *ὡς οἱ ἐκεῖ μυθολογοῦσι.*

16. De Bactro et Choaspe, cuius aquam unice bibere solebat rex Persarum, omnia nota: sub Araxis autem nomine procul dubio intellexit Iaxartem, quem etiam Herodotus I, 202 et IV, 40 isto nomine appellaverat et post Aristotelem Callisthenes apud Strabonem XI. p. 803 C. Dionys. *Perieg.* 739, ubi cfr. quae monuit Bernhardy p. 728. — Deinde perperam corrigere voluit ῥέων μέν pro μέρος ὤν Koenigmann *Geogr. Aristotel.* p. 144. not. 349. Nihil enim inter utramque interest lectionem. — Secundum vulgarem eamque iustam opinionem, quam sequitur inter alios Pomponius Mela, Tanais deiiciebatur a Rhipaeis montibus Asiamque dispescuit ab Europa. cfr. Lucan. III, 273 sq. Atque ita etiam iudicavit Herodot. IV, 45. Adde Strabon. XI. p. 553 A. XII. p. 831 B. — καὶ Ἰνδός omisso articulo E.

17. Inverso ordine ῥέουσιν ἄλλοι τε πολλοί E. A. Er. P. Cam. S. Cas. Koenigmann *Geogr. Aristot.* p. 144. not. 348 cur corrigendum esse censuerit πολλοί in ποταμοί, equidem non intelligo. — Φάσις A. P. Cam. S. Cas. Alexander fol. 88, a. et eodem modo nonnulli codd. apud Dionys. Perieg. v. 691, editumque est apud Strabon. II. p. 147, C. De Phasi flumine cfr. omnino Coray ad Hippocrat. *de aëre, aq. et locis* Tom. II. p 230. 232.

18. μέν omittunt A. Cam. Er. Altitudinem Caucasi nimiam esse, quam proposuit Aristoteles, facile potest demonstrari. Dicit enim ab introitu Ponti eius cacumen cerni posse, idque illustrari tertiam noctis ab exoriente sole partem, tertiamque ab occidente, unde consequitur, tertiam tantum non attingi radiis solaribus. Quodsi tamen aliquis velit verba ista ita interpretari, ut τὸ τρίτον μέρος sit illa noctis pars, qua radiis illustretur, cuius dimidia computanda sit a solis exortu, dimidia ab occasu (id quod grammatica verborum ratio, si quid sentio, non permittit) hoc quoque ineptum esse mathematicis argumentis evincamus. Sit enim



ADOPQ meridianus Caucasi circulus, PM $= \varphi$ elevatio poli, OH $=$ h, altitudo montis, AD $= \delta$, declinatio solis: erit DG dimidia pars arcus diurni, GE dimidia arcus nocturni a sole descripti, quando NGM dicimus horizontem Caucasi. AC $=$ r erit radius terrae (neglecta eius forma sphaeroidica), unde consequitur

$$DF = r \cos. \delta$$
$$CF = r \sin. \delta$$

FT est distantia chordae, quae respondet arcus nocturni EG dimidiae parti, a centro F, unde habemus:

$$FT = FC. \text{ tg } \varphi$$
$$= r \sin. \delta. \text{ tg } \varphi.$$

Designetur dimidia nocturni arcus pars indice $\frac{1}{2}$ n, erit

$$r \cos. \tfrac{1}{2} n. \cos. \delta = r \sin. \delta. \text{ tg } \varphi$$
$$\cos. \tfrac{1}{2} n = \text{tg } \delta \text{ tg } \varphi \ldots\ldots (\odot).$$

Inde invenietur $\frac{1}{2}$ n. Partiamur GE in tres partes aequales et esto GS pars eiusmodi tertia, erit GS $= \frac{1}{6}$ n. Sol igitur

maue apparebit in cacumine H, quando veniet in itinere suo ad punctum S: i. e. quando $\frac{1}{2}$n totius itineris erit sub horizonte: eodemque modo noctu, quando pariter ab occasu distat ab horizonte. Hinc efficietur, ut omnino $\frac{1}{3}$ n cerni queat noctu in vertice Caucasi. Ponatur planum per punctum S et OH, quod ex sphaera secabit maximum circulum, qui horizontem transibit puncto U. Unde consequitur SU altitudinem esse solis perpendicularem infra horizontem, quam inveniamus necesse est. Iam ponatur circulus declinationis trans punctum S et per PS, unde nobis datur triangulum sphaericum OPS, in quo erunt:

$$OP = 90^\circ - \varphi,\ PS = 90^\circ - \delta,\ OPS = 180^\circ - \tfrac{1}{3}n,$$
$$OS = 90^\circ + US \text{ et } \cos. OS = -\sin. US$$

unde:

$$-\sin. US = \cos. OP . \cos. PS + \sin. OP . \sin. PS . \cos. OPS$$
$$= \sin. \varphi . \sin. \delta - \cos. \varphi . \cos. \delta . \cos. \tfrac{1}{3}n$$

$$\sin. US = \cos. \varphi . \cos. \delta . \cos. \tfrac{1}{3}n - \sin. \varphi . \sin. \delta \ (♂).$$

Hinc reperimus US.

Sed necesse est corrigatur haec altitudo duplicata refractione, quae vocetur S. Deinceps posuimus centrum solis esse in puncto S, quamvis solis diameter, qualis apparet, est 31′ 57″. Subtrahantur igitur 15′ 58″ ab altitudine US. Itaque angulus inter radium terrae CS et CO erit

$$OCS = 90^\circ + US - 25 - 15' \, 58''.$$

Tempore posito sol apparet in directione radii CS prolongati, distantia = R a centro terrae. Si primum temporis momentum adsequi volumus, quo in cacumine H cernitur, ducenda est linea, quae tangat terram, ideoque arcum OFS, et transeat per punctum H.



Hinc existet triangulum CHS', in quo CW = r, CS' = R, CS'H aequalis parallaxi solis horizontali = 8'', 5, HCS = 90° + US — 25 — 15' 58'', CH = r + h. Unde habebimus

$$CHS = 90° - US + 25 + 15' 58'' - 8'', 5$$

et cum sit in triangulo CHW:

$$CH. \sin. CHS = r, \text{ sive}$$

$$r + h = \frac{r}{\sin. CHS}, \text{ erit:}$$

$$h = \frac{r(1 - \sin. CHS)}{\sin. CHS.}$$

Sit k complementum anguli CHS, sive:

$$k = US - 25 - 15' \, 58'' + 8'', 5$$

unde consequitur:

$$h = \frac{2 \, r. \sin. 2\frac{1}{2} \, k}{\cos. k}$$

Computatio igitur erit talis, positis:

$$\delta = 23^\circ \; 49' \; 20'',$$

ita ut sol sit in puncto solstitii aestivalis, quod maxime opportunum erit Aristotelis vindicatori,

$$\varphi = 43^\circ \; 30'.$$

$$\begin{aligned} \log. \, tg \, \delta &= 9{,}6449464 \\ \log. \, tg \, \varphi &= 9{,}9772500 \\ \hline \log. \cos. \tfrac{1}{2} n &= 9{,}6221964 \\ \tfrac{1}{2} n &= 65^\circ \, 13' \, 47'' \\ n &= 130^\circ \, 27' \, 34'' \\ \tfrac{1}{3} n &= 43^\circ \, 29' \, 11'' \end{aligned}$$

Sit deinde $m. \cos. N = \cos. \delta. \cos. \frac{1}{3} n$

$$m. \sin. N = \sin. \delta$$

unde consequitur $tg \, N = \dfrac{tg \, \delta}{\cos. \frac{1}{3} n}$, $m = \dfrac{\sin. \delta}{\sin. N}$

$$\sin. US = \frac{\sin. \delta}{\sin. N}. \cos. (\varphi + N).$$

Cum esset:

$$\begin{aligned} \log. \, tg. \, \delta &= 9{,}6449464 \\ \log. \cos. \tfrac{1}{3} n &= 9{,}8606601 \\ \hline \text{erit } \log. \, tg. \, N &= 9{,}7842863 \\ & \phantom{= 9{,}7842}423 \\ \hline & \phantom{= 9{,}7842}440 \end{aligned}$$

ideoque $N = 31^\circ \; 19' \; 19''$ et $(\varphi + N) = 74^\circ \, 49' \, 19''$

$$\lg. \sin. N = 9{,}7158750.$$

$$\begin{aligned} \text{Deinde } \log. \cos. (\varphi + N) &= 9{,}4180020 \\ \log. \sin. \delta &= 9{,}6062740 \\ \hline & 9{,}0242760 \\ \log. \sin. N &= 9{,}7158750 \\ \hline \text{unde} \quad \log. \sin. US &= 9{,}3084010 \\ & \phantom{= 9{,}308}3604 \\ \hline & \phantom{= 9{,}3084}406 \end{aligned}$$

Hinc habemus: US = 11° 44′ 14″

US + 8″, (5) — 15′ 58″ — 9′ 8″ =

US — 24′ 58″ = 11° 19′ 16″ = k, unde $\frac{1}{2}$k = 5° 39′ 38″.

Sit 2 r = 1719 milliar. = 24000. 1719 ped.: erit

$$\log.\ 2r = \left\{\begin{array}{l}4{,}3802112\\3{,}2352759\end{array}\right\}$$

$$2\log.\ \sin.\ \tfrac{1}{2}k = 7{,}9880596$$

$$5{,}6035467$$

$$\log.\cos.\ k = 0{,}9914665$$

$$\log.\ h = 5{,}5120802$$

$$704$$

unde h fiet aequalis 325147′, quod ineptum esse nemo profecto negabit. Caucasi enin altitudo foret 13$\frac{1}{2}$ milliarium geographicorum. Et si recte interpretamur Aristotelis verba, quod noluimus, altitudo ter circiter maior prodiret. — Haec fere sufficiant lectoribus legum mathematicarum non prorsus imperitis. — Caeterum patet ex hisce, vix nocta fuisse Eratostheni Aristotelis Meteorologica. Quod si enim fuissent, procul dubio ineptam, quam h. l. de Caucasi montis altitudine proposuit opinionem refellisset, nobisque ea, quae contra monuisset, essent servata aut a Strabone, qui hanc Eratosthenicae geographiae partem excerpsit XI. p. 497, aut a Scholiasta Apollonii Rhodii II, 1247, qui eandem tetigit. Simili hyperbola de monte Casio utitur Plinius *Histor. natur.* VI, 22: *Super eam* [Antiochiam] *mons eodem, quo alius, nomine Casius. Cuius excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras solem aspicit: brevi circumactu corporis, diem noctemque pariter ostendens. Ambitus ad cacumen XIX M. pass. est, altitudo per directum IV.* Cfr. de hoc monte Strabon. XVI. p. 1102 C sq. et Volney *Voyages en Syrie et Égypte* Vol. I. p. 264. Adde Beckmann ad Arist. *de mirab.* c. 111. p. 226. — ἔχει pro ἔχον Cam. γρ. Cas. — Praeterea cfr. Herod. I, 203: ἔθνεα δὲ ἀνθρώπων πολλὰ καὶ παντοῖα ἐν ἑωυτῷ ἔχει ὁ Καύκασος.

19. Ταρτησσός exhibuimus cum N. Cam. vide supra ad I, 13, 15. et ita optimi codices apud Dionys. *Perieges.* v. 337. Huc quoque ducit lectionis varietas in Claudiano *de Nupt.*

Honor. v. 161, ubi scribendum *Tartesia tigris.* — De Istri origine conferatur Herodotus IV, 49: *ῥέει γὰρ δὴ διὰ πάσης τῆς Εὐρώπης ὁ Ἴστρος ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν, οἳ ἔσχατοι πρὸς ἡλίου δύσμεων μετὰ Κύνητας οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ· ῥέων δὲ διὰ πάσης τῆς Εὐρώπης ἐς τὰ πλάγια τῆς Σκυθίας ἐσβάλλει.* Adde II, 33: *Ἴστρος ..... ποταμός, ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν καὶ Πυρήνης πόλιος, ῥέει μέσην σχίζων τὴν Εὐρώπην. οἱ δὲ Κελτοί εἰσι ἔξω Ἡρακλήϊων στήλεων. ὁμουρέουσι δὲ Κυνησίοισι, οἳ ἔσχατοι πρὸς δυσμέων οἰκέουσι τῶν ἐν Εὐρώπῃ κατοικημένων. τελευτᾷ δὲ ὁ Ἴστρος ἐς θάλασσαν τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου, τῇ Ἰστρίην οἱ Μιλησίων οἰκέουσι ἄποικοι.* Arrian. *Exped. Alex.* I, 3, 1: *ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἴστρον, ποταμῶν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην μέγιστον ὄντα καὶ πλείστην γῆν ἐπερχόμενον καὶ ἔθνη μαχιμώτατα ἀπείργοντα· τὰ μὲν πολλὰ Κελτικά, ὅθεν γε καὶ αἱ πηγαὶ αὐτῷ ἀνίσχουσιν.* Quod Seneca ait (*Quaest. nat.* VI, 7, 1): *Danubius — Europam Asiamque disterminat,* prorsus ineptum est: Aristoteles quod dicit *δι' ὅλης* (*ῥεῖ*) *τῆς Εὐρώπης*, Herodoto dicitur *μέσην σχίζει τὴν Εὐρώπην.* cfr. Koenigmann l. l. p. 115. not. — Istrum in Hercyniis sylvis oboriri voluit auctor libri *de mirabil. auscultatu* c. 105. p. 839, b, ubi fabulam narrat, Danubium exonerari non solum in Pontum, sed etiam in mare Adriaticum, quam tamen iam exprobravit Theopompo Strabo VII. p. 488. cfr. I. p. 98. Eandem secutus est Aristoteles *Hist. animal.* VIII, 13. p. 598, b (cuius verba repetiit Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 298. p. 144. Adde Plin. *Hist. nat.* III, 18. IX, 15), ubi cfr. quae monuit Schneider Tom. III. p. 629, unde mirum h. l. nullam fieri mentionem illius rei, in qua exponenda auctorem fortasse secutus est Arist. Scylacem Caryandensem, qui (*Geogr. minor.* ed. Hudson Vol. I. p. 7) ait: *μετὰ δὲ Ἐνετούς εἰσιν ἔθνος Ἴστροι καὶ ποταμὸς Ἴστρος· Οὗτος ὁ ποταμὸς καὶ εἰς τὸν Πόντον ἐκβάλλει ἐνδιασκεύως* [*ἐν Δέλτα σκευῆς ὡς* Gronov.] *εἰς Αἴγυπτον.* Eiusdem Scylacis auctoritate usus est Aristoteles *Polit.* VII, 13, quamvis verba, ad quae ibi respicit in Scylacis periplo nunc non magis reperiantur, quam ista, ad quae provocat Herodotus

IV, 44. — τόπον pro πόντον E. F. eadem confusione, qua alibi reperitur τόπον pro κόλπον cfr. Abresch ad Aeschyl. I. p 232. et τόπον pro ποταμόν. cfr. Schaefer ad Schol. Apollon. Rhod. I, 1165. p. 431.

20. ὀρέων E. A. Er. ut supra. — ἀρκυνίων correxit E. Ἑρκυνίων plerosque scribere testatur S. auctore Strabone IV. p. 317 B. p. 444 B. Dionys. Perieg. 286. Stephano Byzantino s. v. Ἑρκύνιον ὄρος. Satis mira sunt Caesaris verba *de bell. Gall.* VI, 24: *Itaque ea, quae fertilissima sunt Germaniae loca circum Hercyniam silvam, quam Eratostheni et quibusdam Graecis fama notam esse video, quam illi Orcyniam appellant, Volcae Tectosages occupaverunt.* Quibus ex verbis satis defendi posse videtur scriptura Ἀρκυνίων. — πλάτει pro πλήθει A. cfr. §. 17. καὶ πλήθει καὶ ὕψει P. S. Cas. — Deinceps ταύτην pro τήν P. i. e. sub illa ipsa caeli plaga, quae est supra maxime septentrionalem orbis cogniti partem, ut recte Koenigmann l. l. p. 114. Ita poëta Italorum Tasso Rhenum sub ipsa ursa positum ait (*Gerusalemme liberata* XIV, 34) cfr. *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* XI, 56. p. 232. — Rhipaeos montes primus h. l. commemorat Aristoteles, quos utrum Carpathorum montes esse voluerit, an Werchoturios, an denique alios, non liquet. cfr. Kotzebue *Preussens ältere Geschichte* (Riga 1808. 8.) Tom. I. p. 22. Iam Strabo VII. p. 452 C deridet istos, qui de Rhipaeis montibus cogitarent: διὰ δὲ ἄγνοιαν τῶν τόπων τούτων, οἱ τὰ Ῥιπαῖα ὄρη καὶ τοὺς Ὑπερβορείους μυθοποιοῦντες, λόγου ἠξίωνται. Adde VII. p. 458 C: ἀπὸ δὲ τούτων ἐπὶ τοὺς συγγραφέας βαδίζει (Eratosthenes) Ῥιπαῖα ὄρη λέγοντας καὶ τὸ Ὠγύγιον ὄρος, καὶ τὴν τῶν Γοργόνων καὶ Ἑσπερίδων κατοικίαν καὶ τὴν παρὰ Θεοπόμπῳ Μεροπίδα γῆν, παρ' Ἑκαταίῳ δὲ Κιμμερίδα πόλιν, παρ' Εὐημέρῳ δὲ τὴν Παγχαΐαν γῆν, παρ' Ἀριστοτέλει δὲ ποταμίους λίθους ἐξ ἄμμου ἐκ δὲ τῶν ὄμβρων τήκεσθαι. Istrum ex Rhipaeis montibus defluere voluit Apollon. Rhod. IV, 287, ubi vid. Schol. Paris. Tom. II. p. 291. Schol. vulg. p. 590.

21. ὁ μὲν pro οἱ μέν E. — Αἴγων Olymp. Aldi. — Ὀνύσης A. Cam. Νύσης P. S. Bag. — De Nyse et Aegone fluminibus

equidem nihil aliunde compertum habeo; de Chremete vero Koenigm. l. saepe laudato p. 154. not. 385 opinionem proposuit, esse eum eundem, quem Hanno *Peripl.* p. 3 (Hudson *Geogr. gr. minor.* Vol. I.) Chreten vocavit: *ἐντεῦθεν εἰς λίμνην ἀφικόμεθα διά τινος ποταμοῦ μεγάλου διαπλεύσαντες, Χρέτης*, ubi *Χρεμέτης* (potius *Χρεμέτου*) correxit Bochartus *Geogr. sacr.* I, 37. col. 643. Istum fluvium eundem esse, quem hodie vocamus Zaire, voluit Dureau de la Malle (*Géogr. phys. de la mer noire et de l' intérieur de l' Afrique.* Paris 1807. 8. p 126): perquam sane inepte, cum Hanno ultra Cernen (*Cap. Bojador*) non transiisset. Neque magis potest esse fluvius, qui nunc audit Niger sive Joliba, ad quem procul dubio tendunt verba Plinii *Histor. nat.* V, 9: *Originem (ut Iuba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauretaniae non procul oceano habet* [Nilus], *lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem. Ibi pisces reperiuntur alabetae — — crocodilus quoque. Inde ob argumentum hoc Nili ortus creditus* *), huc non trahenda cum Koenigmanno l. l. not. 386, quamvis Hanno etiam ex lacu isto venisset in aliud flumen magnum latumque, quod crocodilis hippopotamis-

---

*) Conferas miram Vitruvii (VIII, 2, 6 sqq) narrationem in qua nisi fallor prima vice Nigri nomen occurrit. Leguntur ibi haec: *In Maurusia, quam nostri Mauretaniam appellant* [oritur] *ex monte Atlante Dyris, qui ortus ex septentrionali regione progreditur per occidentem et lacum Heptagonum, et mutato nomine dicitur Nigir, deinde ex lacu Heptabolo sub montes desertos subterfluens per meridiana loca manat et influit in paludem, quae appellatur ...... circumcingit Meroën, quod est Aethiopum meridianorum regnum: ab hisque paludibus se circumagens per flumina Astansobam et Astaboam et alia plura pervenit per montes ad catarrhactam, ab eaque se praecipitans per septentrionalem pervenit inter Elephantida et Syenem Thebaicosque in Aegyptum campos, et ibi Nilus appellatur. Ex Mauretania autem caput Nili profluere ex eo maxime cognoscitur, quod ex altera parte montis Atlantis sunt alia capita item profluentia ad occidentem oceanum, ibique nascuntur ichneumones, crocodili et aliae similes bestiarum pisciumque naturae praeter hippopotamos.* Haec Vitruvius. Addas interpp. ad Pompon. Melam. I, 9.

que scateret, *εἰς ἕτερον ποταμὸν μέγαν καὶ πλατύν, γέμοντα κροκοδείλων καὶ ἵππων ποταμίων.* Ut meam fusius aperiam sententiam, tota mihi videtur istius fluvii Chremetae notitia fluxisse ex narrationibus, quas vulgavit Euthymenes Massiliensis, qua de re vide, quae prodita sunt in fragmento *de Nili incrementis* (*περὶ Νείλου ἀναβάσεως*) edito olim absque auctoris nomine ab Henrico Stephano, deinde Herodoti editionibus adiuncto, denique a Schweighaeusero ad calcem libri II Athenaei excuso, ubi haec leguntur: *Εὐθυμένης δὲ ὁ Μασσαλιώτης φησίν, αὐτὸς πεπλευκὼς τὴν ἔξω θάλατταν ἐπιρρεῖν ὡς ἐπὶ τὴν Λιβύην, ἐστραμμένην δὲ εἶναι πρὸς βορέαν τε καὶ ἄρκτους. καὶ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον κενὴν εἶναι τὴν θάλασσαν· τοῖς δ' ἐτησίαις ἀνωθουμένην ὑπὸ πνευμάτων πληροῦσθαι καὶ ῥεῖν ταῖς ἡμέραις ταύταις· παυσαμένων δὲ τῶν ἐτησίων ἀναχωρεῖν. εἶναι δὲ αὐτὴν καὶ γλυκεῖαν καὶ κήτη παραπλησία τοῖς ἐν τῷ Νείλῳ κροκοδείλοις καὶ τοῖς ἱπποποτάμοις ἔχειν.* Plut. *Plac. phil.* IV, 1 (Tom. XII. p. 439 Hutten): *Εὐθυμένης ὁ Μασσαλιώτης ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης γλυκείας κατ' αὐτὸν* (e regione Nili) *οὔσης νομίζει πληροῦσθαι τὸν ποταμόν.* Lyd. *de mens. Iul.* c. 2. p. 112. Denique Seneca ait (*Quaest. nat.* IV, 2, 21): *Euthymenes Massiliensis testimonium dicit: Navigari, inquit, Atlanticum mare. Inde Nilus fluit maior, quamdiu Etesiae tempus observant: tunc enim eiicitur mare instantibus ventis. Quum resederint, et pelagus conquiescit minorque descendenti inde vis Nilo est. Caeterum dulcis maris sapor est, et similes Niloticis belluae.* Quis audeat omnia ista, quae et Pytheas et Euthymenes Massilienses enarraverunt, apertis nugis adnumerare? At ex eodem fonte aut ex simili quodam mihi originem cepisse videtur ista de Chremete, maximo quodam Africae fluvio notitia, quem etiam Aristoteles fortasse Nili bracchium arbitrabatur, quo ducunt verba *Νείλου τὸ ῥεῦμα τὸ πρῶτον* *). Caeterum nescio an

*) Non tamen negligenda censeo, quae de mutationibus, quas terrae faciem fluminumque cursum in illa Africae parte subiisse vero simile est, ingeniose disputavit Car. Ritterus *Erdkunde* Vol. I. p. 1028 sq.

hic quoque Meteorologicorum sit locus, in quo plura verba de Nili incrementis (quae sane commemorari poterant) iniuria temporum aut interciderunt, aut altera nos uti recensione iterum suspicari sinunt. Nam Proclus ad Platonis *Timaeum* p. 37 ed. Basil. ait: *Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι αὔξεται ὁ Νεῖλος ἀπὸ ὄμβρων τινῶν εἰς αὐτὸν ἐκχεομένων, ὡς εἴρηται διαῤῥήδην ὑπὸ Ἐρατοσθένους. — Ἐρατοσθένης δὲ οὐκέτι φησὶν οὐδὲ ζητεῖν χρῆναι αἰτίαν τῆς αὐξήσεως τοῦ Νείλου, σαφῶς καὶ ἀφικομένων τινῶν εἰς τὰς τοῦ Νείλου πηγάς, καὶ τοὺς ὄμβρους τοὺς γινομένους ἑωρακότων, ὥστε κρατύνεσθαι τὴν Ἀριστοτέλους ἀπόδοσιν.* (Collige Strabonem XVII. p. 1138 B.) Quae Aristotelis sententia, ubi nunc reperiatur et quo loco aptior commemorari potuerit, discere velim. Atqui Theophylacti Simocattae aetate nihil ea de re ab Aristotele scriptum innotuit. Is enim Meteorologica reliquaque physica scripta Aristotelis legisse videtur (cfr. *Histor.* VII. 6 p 257 Venet. p. 173 Paris.): at in toto isto capite, in quo de Nilo flumine, eius fontibus et incrementis agit (VII, 17), veterumque scriptorum sententias, quotquot fere aliunde novimus, recenset, nullam Aristotelis mentionem facit. — *θάλασσαν* F., uti solet. — *εἰς τὴν ἐξωτέρω θάλασσαν* videtur legisse Bag. *qui in exterius mare fluit.* — *Ἀγροῦ* pro *Ἀργυροῦ* E. scripturae compendio. Diversus est ab argenteo Hispaniae monte, ex quo Baetis profluere dicebatur. cfr. Strabon. III. p. 221 A. A posterioris aevi scriptoribus Mons lunae vocabatur. Vide Olympiodorum. — Caeterum, quod h. l. tradit de Nili fontibus, videtur differre ab iis, quae ipse Aristoteles prodidit *Hist. animal.* VIII, 14, 2 p. 369 ed. Schneider, ubi de gruibus: *μεταβάλλουσι γὰρ ἐκ τῶν Σκυθικῶν εἰς τὰ ἕλη τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου, ὅθεν ὁ Νεῖλος ῥεῖ.* Etiam sequentia addere placet: *ἔστι δὲ ὁ τόπος οὗτος, περὶ ὃν οἱ Πυγμαῖοι κατοικοῦσιν· οὐ γάρ ἐστι τοῦτο μῦθος, ἀλλ' ἔστι κατὰ τὴν ἀλήθειαν γένος μικρὸν μέν, ὥσπερ λέγεται, καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ἵπποι. τρωγλωδύται δ' εἰσὶ τὸ γένος,* quem locum ante oculos habuit Plinius *Histor. natural.* IV, 35, 30: *Quidam et Pygmaeorum gentem prodiderunt inter paludes, ex quibus Nilus oriretur.* Ex pa-

ludibus Nilum prorumpere etiam posterioris aevi scriptores retulerunt. Cum enim de paludibus stagnisque Africae iam Herodotus II, 29 et 32 sermonem fecisset, quicum consentiunt Agatharchides apud Hudsonum *Geograph. minor.* I. p. 37 sq. et Strabo XVII. p. 1134 B, res aliquando pro comperto habebatur, *cum centuriones duos emisisset Nero, Nili caput exploratu, qui redeuntes „equidem", aiebant, „pervenimus ad immensas paludes, quarum exitum nec incolae noverant, nec sperare quisquam potest, ita implicitae aquis herbae sunt, et aquae nec pediti eluctabiles, nec navigio, quod nisi parvum et unius capax, limosa et obsita palus non ferat. Ibi, inquit, vidimus duas petras, ex quibus ingens vis fluminis excidebat.* Seneca *Quaest. nat.* VI, 8. Ipse tamen Seneca dubitat, an re vera hac ratione Nili fontes fuerint reperti, cumque eo alii complures, unde Lucanus *Pharsal.* X, 295 sqq.:

Arcanum natura caput non prodidit ulli
Nec licuit populis parvum te Nile videre:
Amovitque sinus et gentes maluit ortus
Mirari, quam nosse tuos . . .

et Claudianus:

Qui rapido tractu mediis elapsus ab Austris
Flammiferae patiens zonae, Cancrique calentis
Fluctibus ignotos nostrum percurrit in orbem,
Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quaerendus ratione latet, nec contigit ulli
Hoc vidisse caput.

Adde Tibullum I, 7, 23 sq.:

Nile pater, quanam possem te dicere causa,
Aut quibus in terris occuluisse caput?

Omnino adi, quae composuit Gessner. ad Claudian. XLVII. p. 648. post Spanhem. in Callimachi *Hymn. in Del.* 207. et adde Theophylact. Simocatt. *Histor.* VII, 17. p. 267—270 ed. Venet. (p. 184 — 191 ed. Paris.) cfr. Ukert *Geogr. der Gr. und Römer* II, 1. p. 41. et Hennike *Comment. de Geogr. Africae Herodotea.* Gotting. 1788. —

Nili fontes medio aevo Iesuitae Lusitani iam sibi videbantur reperisse. cfr. Collesso ad Martial. *Spect. lib.* ep. 3. p. 5. (ed. in usum Delphini).

31. *ἐπεὶ ὅτε ὁ χρόνος* H. N. S. *γρ.* Cas. *οὔτε χρόνος ὑπολείπει* Er. nescio an bene. — *ὑπολείψει* F. H. N. *γρ.* Cas. — Caeterum videtur alludere ad illud Anaxagorae dictum, quem *πρὸς τὸν εἰπόντα, εἰ τὰ ἐν Λαμψάκῳ ὄρη ἔσται ποτὲ θάλαττα, φασὶν εἰπεῖν, ἐάν γε ὁ χρόνος μὴ ἐπιλίπῃ*, narrante Diogene Laërtio II, 10. p. 86 ed. Meibom. quo non usum esse miror Schaubachium p. 177 in doctrina eius de mari exponenda. Adde Polybium IV. p. 308 D: *Φαμὲν δὴ χώννυσθαι μὲν καὶ πάλαι καὶ νῦν τὸν τόπον· χρόνῳ γε μὴν ὁλοχερῶς ἐγχωθήσεσθαι, τήν τε Μαιῶτιν καὶ τοῦτον μενούσης γε δὴ τῆς αὐτῆς τάξεως περὶ τοὺς τόπους καὶ τῶν αἰτίων τῆς ἐγχώσεως ἐνεργούντων κατὰ τὸ συνεχές. ὅταν γὰρ ὁ μὲν χρόνος ἄπειρος ᾖ, τὰ δὲ κοιλώματα πάνυ ᾖ πάντως ὡρισμένα, δῆλον ὡς κἂν τὸ τυχὸν εἰσφέρηται πληρωθήσονται τῷ χρόνῳ.* — *ποταμός*

omittunt F. H. N. — *ῥεῖν* correxit E. *ῥεῖ* A. Er. Cam. P. S. Cas. — *ῥεύσει* et deinde *ἔσται* pro *ἦν* coniecit Koenigmann *Geogr. Aristotel.* p. 107. not. 270, quod minime necessarium. Quodsi enim ista accident aliquando, eadem fuisse verisimile est, cum mundus sit aeternus. — *αὐτῷ* pro *αὐτῶν* E. — *ποταμῶν ἁρμόσει* H. N. *ποτ. ἁρμόσειε* F.

32. Pro *εἴπερ* F. Cam. *εἴπερ καί*. N. *καὶ εἴπερ καί*. — *ἀεὶ αὐτοί*, omisso articulo E.

33. *θαλάσσης* N. — *ἀπολιπούσης* A. Er. Cam. P. S. Cas. — *οὐκ ἀεί τ' αὐτά* Er. — *χερσεύει* F. H. — *διότι* pro *διὰ τί* E. A. Er. — *εἰσίν* omittit F.

COMMENTARIUS IN METEOROLOGICORUM

LIBRUM SECUNDUM.

Cap. I.

Priora tria capita arctissime cum iis cohaerent, quae inde ab I, 13, 6 disseruit. Absolvit enim in his hydrographiam, tres potissimum tractans quaestiones: primam, num fontes mare habeat; secundam, quae fuerit eius generatio et num omnino generata sit; tertiam denique, quae salsedinis eius sint causae. Vides igitur iam antiquitus tractatam esse famosam illam quaestionem, cur maris aqua sit salsa, quae ad nostra fere saecula usque tot hominibus disputandi ansam praebuit, inepta profecto, cum potius quaerendum sit cum Lichtenbergio, quo modo factum sit, ut reliqua aqua, praeter marinam, sit dulcis, id quod optime explicare possumus verbis utentes auctoris libri *de plantis* (II, 2. p. 823, b), in quo, etsi non talis, qualem hodie habemus, ab Aristotele conscriptus esse potest, multa tamen Aristotelica procul dubio, quidquid contra moneat Sprengelius *Histor. rei herbar.* I. p. 60 — 62, qui sine idonea causa Theodorum Metochitam auctorem esse censuit *), remanserunt. Ait is l. l.: *Ξηραίνει γὰρ ὁ ἥλιος τὰ*

*) Ad librum Aristotelis *de plantis* I, 7 provocatur in *Geoponic.* III, 3, 4, ubi vid. Niclas p. 223 sq. quamvis non satis accurate fiat totusque praeterea locus in MSS. Palatinis desideretur. Aristotelem scripsisse libros de plantis extra dubitationem positum videtur, cum ipse saepenumero ad illos provocet. Abd-Allatif c. 2. refert Aristotelem de persea (lebakh) disseruisse,

μέρη τῆς ὑγρότητος τῆς γλυκείας. ἀπομένει δέ, ὅ ἐστιν ἐκ τοῦ γένους τῆς γῆς. Unde patet, cum fluminum fontes originem debeant aquae vaporibus in supero loco concrétis indeque ad terram redeuntibus, dulcem praebeant aquam necesse esse. Sed de his hactenus.

1. *ἔτι δὲ περὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς ἑνώσεως λέγομεν.* Olymp. fol. 28, b in textu.

2. Fons Oceani auctore Hesiodo *Theogon.* 282. 785—792, quem secuti sunt Pindarus *fragm.* apud Clement. Alexandrin. *Stromat.* V. p. 542, Callimachus *Lavacr. Pallad.* v. 5, aliique in occidentali Europae parte situs erat: Herodotus versus orientem eos quaerit IV, 8. Recte de fonte locuti sunt veteres poëtae, qui fluvium eum esse arbitrabantur, perperam posteriores, quibus iam mare erat externum, veluti Aeschylus *Prom.* 431, Pherecydes apud *Schol.* Apollon. Rhod. IV, 1396 et Athenaeum *Deipn.* XI, 6, Pindarus *Pyth.* IV, 447, Sophocles *Trachin.* 58, Lucianus *Tragop.* 91, Quintus Calab. X, 197, Valerius Flaccus IV, 90, Statius *Theb.* III, 409, Silius Ital. XIII, 554, antiquiores hac in re secuti. Cfr. omnino dissertationem Vossii de Oceano veterum in libro vernacule conscripto: *Götting. Magazin. Jahrg.* I. *Part.* II. p. 297 sqq. — Pro *αὐτοῖς* N. *αὐτῶν.* F. H. Bas. S. *αὐτῆς.* Olymp. Aldi fol. 28, b in textu *αὗται.* *ῥίζαι γῆς καὶ θαλάττης* spectat ad Xenophanem. cfr. *de caelo* II, 13: *οἱ μὲν γὰρ διὰ ταῦτα ἄπειρον τὸ κάτω τῆς γῆς εἶναί φασιν ἐπ᾽ ἄπειρον αὐτὴν ἐρριζῶσθαι λέγοντες, ὥσπερ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, ἵνα μὴ πράγματ᾽ ἔχωσι ζητοῦντες τὴν αἰτίαν.* Adde Plut. *Plac. philos.* III, 9. p. 85, ubi fere eadem leguntur. — *τραγικός* et *σεμνός* de gravi re ab ipso Aristotele usurpantur *Rhetor.* III, 3: *εἰσὶ γὰρ καὶ μεταφοραὶ ἀπρεπεῖς, αἱ μὲν διὰ τὸ γελοῖον*

---

unde Sylvestre de Sacy (*Rélation d'Égypte traduite de l'Arabe* p. 77) non immerito coniicit Arabem illum Aristotelicos de plantis libros adhuc ante oculos habuisse. Idem ille monet Nicolai (Damasceni fortasse) commentarium in istos libros exstitisse ab Honaïn in Arabicam linguam conversum.

(χρῶνται γὰρ καὶ οἱ κωμῳδοποιοὶ μεταφοραῖς), αἱ δὲ διὰ τὸ σεμνὸν ἄγαν καὶ τραγικόν. — Inde dicitur τραγικῶς λέγειν cfr. Ast ad Platon. *Polit.* III, 19. p. 472, inde σεμνοὶ λόγοι, qui quid significent explicat Gell. *Noct. Att.* IX, 10. Non absimilis denique est usus verbi σεμνύνειν, quem post Valkenar. ad Eurip. *Hippolyt.* p. 176. Spanhem. ad Iulian. *Caesar.* p. 54 ed. Heus. explicuit Stallb. ad Platon. *Phileb.* p. 75. — οὗτοι pro οὕτω A. Er. — περί om. E. — συνεστάναι F. N. — οἴονται pro ὡς ὄντα A. Bag. in margine al. putant, cum ipse vertat tanquam existentem. — Gesn. scribere voluit περὶ τούτων συστῆναι τὸν τούτου χάριν· ὥστε οἴονται τιμιώτατον καὶ ἀρχήν, quod non intelligo.

3. σοφότεροι Olymp. Aldi. — τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν oppositum est verbis περὶ τὰς θεολογίας. — ξηραινομένην ad γῆν relatum Olymp. fol. 28, b. — Post καί supple τὰ πνεύματα. Etiam Anaxagoras solis lunaeque conversiones aëri compresso et condensato tribuit. Cfr. Schaubach. *fragm. Anaxag.* p. 169 sqq. Magis etiam cum nostro loco congruunt verba Hippocratis *de flat. Opp.* sect. III. p. 79, 30. ed. Foës. (1595. fol.) ἀλλὰ μὴν καὶ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων ὁδὸς διὰ τοῦ πνεύματός ἐστι*). — λοιπόν pro λειφθέν A. — Ex verbis διὸ ..... ξηράν intelligimus, iam ante Aristotelem propositam fuisse sententiam, maris aquas continuo diminui, quam tamen argumentis labefactare conatur. Ipse quidem, quamvis concedat hic litora erodi et mare in terras incedere, illic terrae particulas addi, atque ita continuo formam superficiei telluris immutari, censet tamen magnitudinem maris et telluris in universum eandem manere et tellurem id recuperare a mari, quod perdiderit, mare a terra. At acutiores hac de re disputationes apud veteres scriptores non reperimus, ne illis

*) De toto loco cfr. *Meteorol. vet. Gr. et Rom. Introd.* not. 7. p. 6. Qua in nota cum tractarem etiam Plutarchi locum *de fac. in orbe lun.* p. 923 C, in quo vestigia reperiuntur systematis gravitationis a Newtono propositi: non debebam omittere, quae disseruit Bake ad Cleomed. p. 276.

quidem in locis, ubi plures recensent eius modi mutationes, ut aliquid universalius inde concludere eos voluisse fere arbitreris Qualis mens videtur fuisse Ovidio *Metam.* XV, 287 sqq. cum diceret:

Fluctibus ambitae fuerant Antissa Pharosque
Et Phoenissa Tyrus: quarum nunc insula nulla est
Leucada continuam veteres habuere coloni:
Nunc freta circumeunt. Zancle quoque iuncta fuisse
Dicitur Italiae: donec confinia pontus
Abstulit, et media tellurem repulit unda.
Si quaeras Helicen et Burin, Achaidos urbes,
Invenies sub aquis, et adhuc ostendere nautae
Inclinata solent cum moenibus oppida mersis.

4. *ἔνιοι δέ φασι θερμαινομένης ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῆς γῆς* inverso ordine omissoque *αὐτῶν* Olymp. Aldi fol. 29, a. — Hanc sententiam habuisse Empedoclem patet ex II, 3, 12 ubi vid. Comm.

5. Inverso ordine *εἶναί φασι τὴν γῆν* F. et aliter *τὴν γῆν αἰτίαν εἶναί φασι* Olymp. fol. 29, a, qui paulo deinceps *διὰ* ante *τῆς τέφρας* omittit. — Verba *ἁλμυρὸν ..... τρόπον* omittit E. — Post *ἠθούμενον* A. Er. addunt *ὕδωρ*. — *μιχθείσης αὐτῆς* A. Er. S. G. qui tamen correxit *αὐτῇ*. — *τῆς τοιαύτης* H. N. male. cfr. ad I, 8, 10. — *πηγὰς τῆς θαλάττης* ut mox §. 9 exhibent F. H. N. Olymp. fol. 29, a. A. Er.

6. Aquarum eandem divisionem habet Seneca *Quaest. nat.* III, 2: *Aut stant omnes aquae, aut fluunt; aut colliguntur, aut varias habent venas.* — *γάρ* ab initio om. E. — *περί γε τὴν γῆν* F. — *εἰρήκαμεν πρότερον.* sc. I, 13, 6 sqq. — *ταμιευομένων* pro *ταμιευόμενον* E. — Mox *ἔν* correxit E. *ἦν* H. A. Er. corr. N. — Verbum finitum *ἀπαντᾷ* recepimus ex E. N. A. Er. Cam. Alex. fol. 91, b. *γρ* Cas occurrit Bag. Reliqui (P. S. Bekk.) cum F. H. *ἀπαντᾶν*. — *πρῶτον* F. P. Cas. qui in margine nostram lectionem commemorat, et ita denique Schneiderus *Eclog. phys.* XI, 1. p. 178.

7. *πλήθει καὶ ὀλιγότητι διαφέροντα* cfr. ad I, 4, 1. — *πάντα* omisit E. — Illud *οἷον* amat Arist. cfr. II, 4:

προσαγορεύειν αὐτὴν οἷον καπνόν et sexcenties. — *τῶν ῥυτῶν γάρ* pro *πάντων γάρ* voluit G. — *ἀνωτέραν* Cam. pro *ἀνωτέρω*. — *τὰ πηγαῖα* h. l. synonymum est vocabuli *φρεατιαῖα*, ut *πηγή* vocabuli *φρέαρ* apud Plutarchum *Quaest. Sympos.* VI, 4. Tom. XI. p. 256 Hutten: *ὅταν οὖν ὑποπλασθῇ ὑπὸ τῆς πηγῆς τὸ ὕδωρ ἐν τῷ ἀέρι προθερμανθέν, περιψύχεται ταχέως*. cfr. Coray ad Hippocrat. *de aëre, aquis et locis* Tom. II. p. 118.

8. *κρηνιαῖα* H. N. et mox *ποτάμια* F. H. N. — *ἐργασαμένης* Alex. fol. 91, b in repetitione verborum Aristotelis, sed in interpretatione *ἐργασομένης*. sperante vertit Bag. non speraturo. Exhibent praeterea partic. aor. A. Cam. Er. P. S. Cas. Schneider. l. l. XI, 2. p. 179. — *τοσαῦται καὶ τοιαῦται* inverso ordine F. H. N. Bag. tot et tales. Sed infra §. 15: *τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα*. — *τῶν* ante *ὑδάτων* omittunt H. N.

9. *θάτερα πεπόνθασιν* praebet N. cfr. ad I, 3, 1.

10. *κεχωρισμένη* et *περιοικουμένη* legit Bag. cum vertat et separata ab hoc et circumhabitata in circuitu. *τῆς ταύτης* pro *τε ταύτης* exhibet N. — Quod h. l. commemoratur Hyrcanium mare nullum aliud esse potest, nisi quod nunc vocamus *Aralsee.* Inde corrigenda sunt, quae exposuit v. Hoff *Gesch. der Veränd. auf der Erdoberfl.* I. p. 117, a nemine veterum scriptorum commemorari illud mare, praeterquam ab Ammiano Marcellino XXIII, 6, 59 et Ptolemaeo *Geogr.* VI, 12. p. 160 quorum esset lacus Oxia sive Oxiane, auctore Sainte-Croix *Examen critique des hist. d'Alex.* (ed. II. Paris. 1804) p. 715. Hinc etiam patet iterum ineptire Dureau de la Malle, quod toties cum fecisse supra plus semel ostendimus, cum Hyrcanium mare a Caspio nono demum nostrae aerae saeculo separatum esse contenderet. Straboni, Plinio aliisque Hyrcanium mare non diversum est a Caspio. Cfr. ex. gr. Strabon. II. p. 182 C: — *ἡ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένη γῆ περίρρυτος οὖσα, δέχεται κόλπους εἰς ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης κατὰ τὸν Ὠκεανὸν πολλούς, μεγίστους δὲ τέσσαρας· ὧν ὁ μὲν βόρειος, Κασπία*

καλεῖται θάλαττα, οἱ δ' Ὑρκανίαν προσαγορεύουσιν. XI. p. 773 A: — Κασπίας θαλάττης — — καλεῖται δὲ αὕτη ἡ θάλαττα καὶ Ὑρκανία et aliis locis, quam pluribus. — Si vera esset lectio in sola vetere latina interpretatione obvia (in nullo enim codice, in nulla editione reperitur), non nisi de uno mari esset cogitandum, cum *καί* inter utrumque nomen, tunc mere esset epexegeticum. Caeterum, ut quisque primo videt obtutu, exorta est illa lectio, cum nemo sciret, quo alterum mare referret. Aristoteles regiones circa Caspium mare bene novit, ut plus semel observandi nobis occasio oblata est: cum deinde post Alexandri M. expeditionem earundem regionum cognitio manca fieret, propter scriptorum, qui geographicum argumentum tractaverunt, ingentem ambitionem, novandique studium: omnia ista obliterata sunt et nostris demum temporibus ex tenebris, quo tamdiu latuerunt, iterum emersere *).

*) Egregia humanitas ac benevolentia Alexandri ab Humboldt, quam saepenumero expertus iustis ego laudibus extollere non valeo, mecum nonnulla communicavit, quae ad Caspium mare lacumque, quem Aralsee vocamus, pertinent.

1) Oxianum lacum Iul. Klaproth censet esse lacum Karakoul, quem transit fluvius Serafshan, qui postquam urbem Boccharam praeterfluxit, incidit in Oxum (Djihoun).

2) Iam Ebn-Haukal, qui vixit in fine saeculi decimi, Edrisi et Abulfeda lacum Aral cognoverunt. cfr. St. Croix *Examen critique* p. 716.

3) Herodotus I, 202 aperte hunc lacum indicat, cum quadraginta ostia tribuit Araxi, quem Iaxartem esse supra monuimus ad I, 13, 16, quorum unum sit in littore maris Caspii, reliqua in paludibus (*ἕλεσι*).

4) In mappa geographica Sanutii, anno 1323 p. Chr. confecta, duo maria Caspia reperiuntur, quorum alterum mare Yrcanum sive de Sara (Saray) vocatur absque insulis et orientem versus cum mari tenebroso Asiae orientalis communicans, alterum mare Caspium ab omni parte terminatum. Quacum mappa consentit Cardinalis Alliacus. Anno 1558 Ienkinson (v. Purchas III. p. 236) descripsit lacum Aral. Utrum duplex illud Caspium mare ex h. l.

Ne quem articulus offendat, semel tantum positus, is cfr. ad I, 3, 5. — *ὥστ᾽ οὐκ ἂν ἐλάνθανον τοὺς περιοίκους αἱ πηγαί* voluit Accorambonus *Vera mens Arist.* p. 479.

11. Pro *εἶπον* N. exhibet *ὅπου* — *κἀκεῖ* pro *κἀκεῖσε* habent E. A. Er. — *πολεῖ* pro *πολλῷ* Olymp. fol. 29, a, qui et mox post *ἄδηλον* addit *ποιεῖν*. — Pro *ᾗ δέ*, vulgari lectionis varietate, de qua conferendus Brunckius ad Apollon. Rhod. III, 1062. p. 330. IV, 1169. p. 384, *εἰ δέ* praebent Alexander fol. 92, a. A. Er. P. S. Cas. At Cam. habet *ᾗ δέ*, quamvis nihil de diversitate lectionis moneat S. — Ista *ταλάντωσις* in litoribus fretisque maxime conspicua, videtur esse fluxus et refluxus maris. Similem enim de accessu et recessu maris sententiam Aristotelis refutavit apud Strabonem III. p. 229, A Posidonius: *ἤδη καὶ τὸν Ἀριστοτέλη φησὶν ὁ Ποσειδώνιος οὐκ ὀρθῶς αἰτιᾶσθαι τὴν παραλίαν* (sc. *τῆς Ἰβηρίας*) *καὶ τὴν Μαυρουσίαν τῶν πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων. παλιρρεῖν γὰρ φάναι τὴν θάλατταν διὰ τὸ τὰς ἄκρας ὑψηλάς τε καὶ τραχέας εἶναι καὶ ταπεινὰς τὰς πλείστας, ὀρθῶς λέγων.* Qua de re ubi locutus sit Aristoteles hodie neque scimus neque possumus divinari, nisi in altera Meteorologicorum recensione, in qua occasio erat oblata infra II, 3. Obiter rem tetigit II, 8, 7. Cum vero ipse Posidonius, etsi reliqui Stoici hoc phaenomenon inter paradoxa retulerant, referente Diogene Laërtio VII, 123, a luna id pendere docuisset, iterum agnoscas Stoicum scriptorem, Posidonio iuniorem, cum auctor libri *de mundo* dicat: *πολλαὶ δὲ ἀμπώτεις λέγονται καὶ κυμάτων ἄρσεις συμπεριοδεύειν ἀεὶ τῇ σελήνῃ κατά*

---

et Plinii VI, 13 originem traxerit, an ex obscura quadam notitia, ambigit Alex. ab Humboldt.

5) Oxiam paludem nullam aliam esse, quam qui nunc lacus Aral vocatur, iam ante St. Croix et d'Anville suspicatus est Bayer *Act. Petropolit.* I. p. 398.

6) Arrianus Iaxartem vocat Tanaim, quod inde explicandum, quia Alexandri aetate utriusque fluminis ripae ab Alanis (Ossetis Caucasi) habitabantur, quorum in lingua Tan, Dan, Don, *aquam* significat. Cfr. Klaproth *Tabl. hist.* p. 131.

τινας ὡρισμένους καιρούς. c. 4. Quam sententiam deinde iure amplexi sunt posteriores. Cfr. Florid. ad Apul. p. 731. Beckmann ad Aristot. *de mirabil. auscult.* c. 56. p. 113. Davis. ad Ciceron. *de nat. deor.* II, 7. Bake ad Cleomed. II, 1. p. 416. — τὴν ἐν τῷ πλατεῖ (scribit πλατῷ) πελάγει μικρὰν ταλάντωσιν voluit Accorambonus p. 479.

12. γῆς prima manu omisit E. — Deceptus duplici ῥεῖ F. in contextu verba: καὶ τῶν ποταμῶν ...... Πόντον ῥεῖ omisit, sed in margine addidit. — Articulum ante ποταμῶν prima manu omisit N. — τὸ Αἰγαῖον Alex. fol. 92, a in textu et in interpretatione, N. A. Er. S. Cas. — τὰ δ' ἤδη pro πάντα δ' ἤδη τά H. N. — De palude Maeotide in Pontum, deque Ponto in Aegeum mare fluentibus, adi etiam Agathemerum *Geogr. Epitom.* II, 14. p. 57 ed. Hudson, qui Aristotelis verba ante oculos habuit, cum diceret: Πρὸς δὲ τὴν Εὐρώπην [ὅρος] ὁ Τάναϊς ποταμὸς εἰς τὴν Μαιῶτιν ἐμβάλλων λίμνην, ἣ δὲ εἰς τὸν Εὔξεινον ἐκφέρεται Πόντον, οὗτος δὲ εἰς τὴν Προποντίδα, ἣ δὲ εἰς τὸν Ἑλλήσποντον, μεθ' ὃν τὸ Αἰγαῖον ἐπὶ μεσημβρίαν ὁμοίως ἀναπέπταται πέλαγος et, qui docte hisce de rebus disseruit Ritterum *Vorhalle* p. 166. — Dignus, qui adscribatur locus est Macrob. *Saturn.* VII, 12. p. 436: *Quod Herodotus historiarum scriptor contra omnium ferme, qui haec quaesiverunt, opinionem scripsit, mare Bosporicum, quod et Cimmerium appellant, earumque partium mare omne, quod Scythicum dicitur, id gelu constringi ac consistere, aliter est, quam putatur. Nam non marina aqua contrahitur, sed quia plurimum in illis regionibus fluviorum est ac paludum in ipsa maria influentium, superficies maris, cui dulces aquae innatant, congelascit: et incolumi aqua marina videtur in mari gelu, sed de advenis undis coactum. Hoc et in Ponto fieri videmus, in quo frusta quaedam et, ut ita dixerim, prosiciae gelidae feruntur contractae de fluvialium vel palustrium undarum multitudine. — Plurimum autem aquarum talium influere Ponto et totam superficiem eius infectam esse dulci liquore praeter quod ait* Sal-

*lustius**): *mare Ponticum dulcius quam caetera, est hoc quoque testimonio, quod si in Pontum vel paleas vel ligna seu quaecunque alia natantia proieceris, foras extra Pontum feruntur in Propontidem, atque in mare, quod alluit Asiae oram; cum constet in Pontum influere maris aquam, non effluere de Ponto. Meatus enim, qui solus de Oceano receptas aquas in maria nostra transmittit, in freto est Gaditano, quod Hispaniam Africamque interiacet et sine dubio inundatio ipsa per Hispaniense et Gallicanum littora in Tyrrhenum prodit, inde Hadriaticum mare facit, ex quo dextra in Parthenium, laeva in Ionium et directim in Aegeum pergit, atque ita ingreditur Pontum. Quae igitur ratio facit, ut rivatim aquae de Ponto fluant, cum foris influentes aquas Pontus accipiat? Sed constat utraque ratio, nam superficies Ponti propter nimias aquas, qua de terra dulces influunt, foras effluit: deorsum vero intro pergit influxio. Unde probatum est, natantia, quae, ut supra dixi, iaciuntur in Pontum, foras pelli; si vero columna deciderit, introrsum minari. Et hoc saepe usu probatum est, ut graviora quaeque in fundo Propontidis ad Ponti interiora pellantur.* — Haec Macrobius**). De Ponti aquis in Propontidem influentibus adi praeterea Marsigli *Histoire physique de la mer* p. 45 et Beaufort *Karamania or a brief description of the South Coast of Asia-Minor* (London 1817) p. 39. 86.

13. *διὰ τὸ τῶν* omisso *τε* Cam. P. S. Cas. Alex. fol. 92, a. — *τοῦτο συμβαίνει* inverso ordine N. — *τὸ Εὔξεινον* P. ut

*) In libro de Ponto Euxino. cfr. Wernsdorf *de Carminibus Avieni* in *Poët. Latin. minor.* Vol. V. Part. II. p. 661 sq.

**) Quae verba cum *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* XI, 56. not. 96. p 248 sq. explicare conarer, tres ea propter causas memoratu dignissima dixi. Et, quod ad primum attinet argumentum iam conferas, quae diximus ad I, 12, 18: in secundi argumenti explicationis gratiam, quae ad I, 14, 28 monuimus: quae de tertio dixi, sufficiunt ad refellendam v. Hoffii opinionem, duplex in fretis flumen alterum alteri impositum, prorsus negantis *Gesch. der Veränderung. auf der Erdoberfl.* Vol. I. p. 158 sq. II. p. VI sq.

§. 12. *τὸ Αἰγαῖον.* — *αὐτῆς χώραν* inverso ordine F. — De re cfr. *Probl.* XXIII, 6. p. 932, a: *ὁ δὲ Πόντος ἐστὶ λιμνώδης διὰ τὸ πολλοὺς ποταμοὺς εἰς αὐτὸν ῥεῖν.* — *βραδυτῆτα* pro *βραχύτητα* absque sensu E. — *ἔτι* pro *ἐκεῖ* recepimus ex E. H. N. A. Er. — Articulum ante *Αἰγαῖος* delevimus cum E. A. Cam. Er. P. S. Cas. Alex. fol. 92, a. — Etiam articulum ante *Τυρρηνικός* omisimus cum F. N. cfr. ad I, 3, 5 et paullo ante §. 10. — Pro *Τυρρηνικός* N. exhibet *τυραννικός.* — De re cfr. Straton. apud Strabon. I. p. 85 C: *καὶ βραχύτατα μὲν εἶναι τὰ περὶ τὸν Πόντον· τὸ δὲ Κρητικὸν καὶ Σικελικὸν καὶ Σαρδῷον πέλαγος σφόδρα βαθέα.* Aristotelis haec opinio, terram occasum versus minus minusque editiorem fieri et mare, quo magis pergas, profundius, originem dedit isti, quam hodie etiam plurimi geologorum retinent, opinioni, omnia montium iuga occidentem et austrum versus in planities abire. Quas scholasticae, quae medio aevo viguit, philosophiae reliquias Alex. ab Humboldt tollere conatus est. Cfr. *Voyage aux régions équinox.* Tom. II. p. 293. — De Sardoo mari cfr. Bernhardy ad Dionys. Perieg. v. 82. p. 545.

14. *βαθέα* pro *βραχέα*, supra tamen posito *βραχέα* F. *βραχῆ* in textu et in interpretatione Olymp. Aldi fol. 29, a. — Mare extra Herculis columnas grave remigantibus *διὰ τὸν πηλόν* etiam alii adnotant, veluti Scylax *Peripl.* init.: *Ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἐμπόρια πολλὰ Καρχηδονίων καὶ πηλὸς καὶ πλημμυρίδες καὶ πελάγη.* Ruf. Fest. Avien. *Ora maritim.* 116 sqq.:

— — haec adibant aequora:
Quae Himilco Poenus mensibus vix quatuor,
Ut ipse semet re probasse retulit
Enavigantem, posse transmitti adserit:
Sic nulla late flabra propellunt ratem,
Sic segnis humor aequoris pigri stupet.
Adiicit et illud, plurimum inter gurgites
Exstare fucum et saepe virgulti vice
Retinere puppim

Cfr. v. 192 sqq.:

Confundi at illic aequor immundo a luto,
Memorant vetusti; semper atque sordibus
Ut facculentos gurgites haerescere.

Adde v. 209 sqq. ubi iterum de luto illo sermo fit. Unius addam, quae nusquam hanc in rem vidi excitata, verba Iornandis *de reb. Getic.* c. 1. (Muratori *Rer. Italar. Script.* Tom. I. p. 191): *Oceani vero intransmeabiles ulteriores fines non solum non describere quis aggressus est, verum etiam nec cuiquam licuit transfretare, quia resistente ulva et ventorum spiramine quiescente, impermeabiles esse sentiantur et nulli cogniti, nisi soli ei, qui eos constituit.* Et de ulva maris superficiem tegente extra Herculis columnas iam bene disseruit Theophrastus *Hist. plant.* IV, 7, 1. p. 141: ἐν δὲ τῇ ἔξω (θαλάττῃ) τῇ περὶ Ἡρακλείας στήλας τό τε πράσον, ὥσπερ εἴρηται, φύεται et paullo ante IV, 6, 4. p. 138: γίνεται δὲ ἐν μὲν τῇ περὶ Ἡρακλείας στήλας θαυμαστόν τι τὸ μέγεθος, ὥς φασι, καὶ τὸ πλάτος μεῖζον ἢ παλαιστιαῖον. Est Fucus natans sive Gargasso, de quo sermo est. — Pro ἄπνοα E. exhibet ἄποια. Olympiodor. fol. 29, a pro ἄπνοα δ' ἐστὶν in textu praebet ἁπλᾶ δ' οὔκ ἐστιν et in interpretatione scribit: ὅθεν καὶ οὐχ ἁπλοῦς ἐστι δια τὰ βράχη (sic!). — Ad verba ὡς ἐν κοίλῳ τῆς θαλάττης οὔσης cfr. *Problemat.* XXVI, 5. p. 940, b: ἢ — — διὰ τὸ εἰς τὴν θάλατταν ἀθροισθῆναι τὸν ῥυέντα ἀέρα, τοῦ δὲ μὴ εἰς τὴν γῆν τοῦτο συνίστασθαι καὶ τοῦ ἀνακάμπτειν ἀπιόν, αἴτιον, ὅτι ἡ θάλαττα ἐν κοίλῳ ἐστίν, ὁ δὲ ἀήρ, ὥσπερ τὸ ὕδωρ ῥεῖ ἀεὶ εἰς τὸ κοιλότατον. — Regiones versus Boream sitas esse altissimas ipse Aristoteles monet *Problem.* XXVI, 15. p. 942, a, ubi quaerit: διὰ τί βορέαι πλεῖστοι πνέουσι τῶν ἀνέμων; et respondet: ἢ διὰ τὸ πρὸς τούτῳ τὴν οἰκουμένην τῷ τόπῳ ὑποκεῖσθαι ὄντι ὑψηλῷ. Adde Virg. *Georg.* IV, 242 sq.:

Mundus ut ad Scythiam Rhipaeosque arduus arces
Consurgit, premitur Libyae devexus in Austros.

Adi *Meteorol. veter. Graec. et Roman.* VI, 19. not. 4. p. 111. Etiam Empedocles dixit boreales plagas esse magis elevatas,

quam australes apud Plutarch. *Plac. philos.* II, 8. p. 51. Cfr. Corsini *Dissertat.* I. p. XIX. — *τὰ δ' ἔξω* sc. *τῶν ἀρκτῴων μερῶν.* — *βαθέα μᾶλλον πελάγη* inverso ordine F.

15. *μετεωρολογῶν* P. — *ὑπὸ τὴν γῆν* addito articulo F. H. N. — De re cfr. dissertationem I. H. Vossii *Ueber die Gestalt der Erde* in libro periodico: *Neues deutsches Museum* 1790. p. 837 et omnino Wernsdorf *Excurs. in Poët. latin. minor.* Tom. V. Part. III. p. 1433—1444, ubi etiam commemoratur eandem sententiam medio aevo habuisse *Geographum Ravennatem* p. 745 Gron. Cosmam Indicopleust. apud Montfaucon *Collect. nov. Patrum* Tom. II. p. 113 sq.

16. *οὕτως φαίνεται* A. Cam. ut et II, 2, 6. Cfr. ad I, 3, 10.

Cap. II.

1. Articulum ante *αἰτία* omittit E. — Minime differunt *ἁλμυρότης* et *πικρότης*. De variis enim saporum (*χυμῶν*) generibus disserens Theophrast. *de causs. plant.* VI, 4 p. 590 sqq. haec habet verba, quae sola transscribo, cum totum caput sit conferendum: *αἱ δὲ ἰδέαι τῶν χυμῶν ἑπτὰ δοκοῦσιν εἶναι, καθάπερ καὶ τῶν ὀσμῶν καὶ τῶν χρωμάτων* *). *Τοῦτο δ' ἐάν τις τὸν ἁλμυρὸν οὐχ ἕτερον τιθῇ τοῦ πικροῦ, καθάπερ καὶ τὸ φαιὸν τοῦ μέλανος· ἐὰν δὲ χωρίζῃ, συμβαίνει τοῦτον ὄγδοον εἶναι. Γλυκὺς γὰρ καὶ λιπαρὸς καὶ πικρὸς καὶ αὐστηρὸς καὶ δριμὺς καὶ ὀξὺς καὶ στρυφνὸς ἀριθμοῦνται. προστίθεται δὲ καὶ ὁ ἁλμυρὸς ὄγδοος. Οἴονται δέ τινες καὶ τὸν οἰνώδη δεῖν. ἔν τε γὰρ τοῖς καρποῖς ὑπάρχει πλείοσι, καὶ ἐκ τῆς γῆς ἀναπιδύει τις ἐνιαχοῦ τοιοῦτος χυμός. Ἔτι δ' οὐδ' ὡς ὁ γαλακτώδης εἰς τὸν γλυκὺν ἂν τεθείη (καὶ γὰρ ὁ τοιοῦτος ἐν ἐνίοις ὡς εἶδος ἂν τίθοιτο τοῦ γλυκέος), οὕτω τὸν οἰνώδη τῶν ἄλλων τινὶ προσνεῖμαι ῥάδιον, ἀλλ' ἰδία τις ἡ φύσις καθ' αὑτὴν ἐπιδεχομένη καὶ τὸ γλυκὺ καὶ τὸ στρυφνὸν καὶ αὐστηρόν.*

---

*) Qua in re magistrum Aristotelem secutus est *de sensu* c. 4. qui locus non in memoriam mihi venerat, cum *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* scriberem, cfr. II, 10. not. 6. p. 50.

Ἀλλὰ γὰρ τοῦτο μὲν οὐδὲν ἴσως διαφέρει πρὸς τὴν τῶν ἄλλων θεωρίαν. ὁ δὲ ἀριθμὸς ὁ τῶν ἑπτὰ κυριώτατος καὶ φυσικώτατος. Reliqua apud ipsum Theophrastum legantur. Cfr. etiam Plutarch. *Quaest. nat.* p. 616. Aristoteles *de sensu* c. 4. ait: τὸ δὲ ἁλμυρὸν καὶ τὸ πικρὸν σχεδὸν τὸ αὐτό. — σχεδὸν γὰρ ἴσα καὶ τὰ τῶν χυμῶν εἴδη καὶ τὰ τῶν χρωμάτων εἰσί. ἑπτὰ γὰρ ἀμφοτέρων εἴδη ἄν τις θείη, ὥσπερ εὐλόγως τὸ φαιὸν μέλαν τι εἶναι. — Verba καὶ πικρότητος omisit prima manu E.

2. De tota paragrapho cfr. *Phys.* IV, 5. p. 212, b. — Statim ab initio δόξει pro δόξειε E. Male. cfr. Theophrast. *de igne* §. 30. p. 715: τοῦτο μὲν οὐκ ἂν ἀλόγως δόξειε συνεργεῖν πνεύματι πνεῦμα, quamvis adsentiat Bag. vertens: videbitur enim rationabile esse et corpus totius aquae. Unde patet eum etiam legisse post εἶναι verba: καὶ σῶμα τοῦ πάντος ὕδατος, et ita exhibent A. Er. Alex. Aldi fol. 92, b nisi quod καί omittunt. — εὔλογον ἄν inverso ordine N. — Prorsus diversa est lectio apud Olympiodorum Aldi fol. 30, b qui praebet: δόξειε γὰρ ἂν εὔλογον, εἰ καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων ἐστὶν ὄγκος καὶ ἀρχὴ διὰ τὸ πλῆθος. — τε ante μεριζόμενον omisit E, qui deinde exhibet μετεωριζόμενον absque sensu. — πῦρ pro πυρός invenitur apud E. A. Alex. Aldi in repetitione verborum Arist. — ἐν τοῖς ἀνωτέρω τόποις habuit Bag. cum vertat: in superioribus locis. — Mox τόν pro τὸ exhibet F. τὸν μετὰ τοῦ πυρὸς τόπον A. Alex. fol. 92, b et G. p. 23, qui tamen correxit, sed mox pro κεῖται voluit κινεῖται, non inepte. — Denique ζεῖ pro ζητεῖν E.

3. φαίνεται ἄλλο inverso ordine F. — καί post ὥσπερ omisimus cum N. Omnes reliqui et codd. et editiones exhibent quidem: sed ferri nequit propter antegressam negationem. — φέρεται pro φαίνεται prima manu F. solita confusione. cfr. V. L. ad II, 2, 5. II, 5, 12.

4. δέ pro δή H. N. — καί ante ἀρχή omittunt F. H. N. — τινες omittit F. — Deinde ante οὐκ Olymp. Aldi fol. 30, b inserit οὖν et ante ἀρχή vocabulum ἄρα. — συνεστός dedi-

mus cum P. Bekk. Omnes reliqui et scripti et editi *συνεστώς*. — *τοῦτο* ante *πότιμον* omisit F. — *ἐστίν* post *παντός* deest apud F. H. N. — *τὸ δ' αἴτιον .... ἔσται.* Aristoteles eam in disputando rationem sequitur, quam et alias servat, ut primum controversias ponat deinceps expediendas. Cuius rei rationem reddit *Metaphys.* B, 1. p. 995, a: *Ἀνάγκη πρὸς τὴν ζητουμένην ἐπιστήμην ἐπελθεῖν ἡμᾶς πρῶτον, περὶ ὧν ἀπορῆσαι δεῖ πρῶτον. — ἔστι δὲ τοῖς εὐπορῆσαι βουλομένοις προὔργου τὸ διαπορῆσαι καλῶς· ἡ γὰρ ὕστερον εὐπορία λύσις τῶν πρότερον ἀπορουμένων ἐστί, λύειν δ' οὐκ ἔστιν ἀγνοοῦντας τὸν δεσμόν. ἀλλ' ἡ τῆς διανοίας ἀπορία δηλοῖ τοῦτο περὶ τοῦ πράγματος. ᾗ γὰρ ἀπορεῖ, ταύτῃ παραπλήσιον πέπονθε τοῖς δεδεμένοις· ἀδύνατον γὰρ ἀμφοτέρως προελθεῖν πάσας πρότερον, τούτων τε χάριν καὶ διὰ τὸ τοὺς ζητοῦντας ἄνευ τοῦ διαπορῆσαι πρῶτον ὁμοίους εἶναι τοῖς ποῖ δεῖ βαδίζειν ἀγνοοῦσι, καὶ πρὸς τούτοις οὐδ' εἴ ποτε τὸ ζητούμενον εὕρηκεν ἢ μὴ γινώσκειν· τὸ γὰρ τέλος τούτῳ μὲν οὐ δῆλον, τῷ δὲ καλῶς προηπορηκότι δῆλον. ἔτι δὲ βέλτιον ἀνάγκη ἔχειν πρὸς τὸ κρῖναι τὸν ὥσπερ ἀντιδίκων καὶ τῶν ἀμφισβητούντων λόγων ἀκηκοότα πάντων.* — Exempla quaerentibus offert Zell ad Arist. *Ethic. Nicom.* VI, 12, 3. Tom. II. p. 241. VII, 1, 5. p. 253. — *καὶ ἅμα περὶ θαλάττης* G. — *τὴν πρώτην* omittit E.

5. Pro *περιτεταμένου* N. exhibet *τεταμμένου* — *τούτων* pro *πάντων* F. H. N. Cam. *γρ.* Cas. omisit vocabulum Olymp. fol. 30, b, qui deinde *πολλοί* exhibet pro *πλεῖστοι*. — *ὡς πλεῖστοι τοῦτο λέγουσιν* H. N. — *δέ* post *φερομένου* omisit E. — *γενέσεως καὶ φθορᾶς* omisso *τε* F. — *τε* post *λεπτότατον* om. E. N. — Verba *καὶ γλυκύτατον* omittit N. — *φαίνεται* pro *φέρεται*. E. Alex. fol. 92, b. A. Er. cfr. §. 3. — *καταφέρεται* pro *κάτω φέρεται* exhibent E. H. N. A. Alex. — *εἰς τὴν γῆν* pro *πρὸς τὴν γῆν* F.

6. *βούλεται ποιεῖν* verte: *facere solet.* De hoc verborum *βούλεσθαι* et *ἐθέλειν* usu cfr. praeter Ast ad Platon. *Phaedr.* p. 235, Reiz. ad Viger. p. 736 et Zell ad Aristot. *Ethic. Nic.* III, 1, 15. p. 85, qui Aristotelicam loquendi

rationem exemplis illustravere. Adde Pierson. ad Moerid. p. 348, a ed. Koch. — Inverso ordine *ποιεῖν βούλεται ἀεί* exhibet F. — *οὕτως* A. Cam. cfr. ad I, 3, 10. II, 1, 16. — *ὡς εἴρηται πρότερον*. cfr. I, 9. — Lepide in hanc sententiam abiit Anacreontici carminis poëta (XIX, 3 sq.):

Πίνει θάλασσα δ' αὔρας
ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν.

ubi Brunckius correxit *θάλασσ' ἀναύρους*. Poëtae iungamus poëtam. Lucanus enim X, 258 ait:

Nec non Oceano pasci Phoebumque polumque
Credimus.

At serio eandem protulerat Heraclitus, ad quem mox procedit Aristotelicus sermo. (Cfr. Plut. *Plac. Philos.* II, 17. p. 58 Cors. Diogen. Laërt. IX, 9. 10. Stob. *Eclog. phys.* I. p. 510. 524 sqq.), et post Heraclitum Stoici, qui sicuti alia quamplurima (Bake *Posidon.* p. 26 not. 6) etiam hoc dogma mutuum accepere ab Heraclito. Adi Macrob. *Saturnal.* I, 23: *Nam cum ait Homerus* (*Iliad. α'*, 423 sqq.):

Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθίζος ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ ἅμα πάντες ἕποντο,
Δωδεκάτῃ δέ τοι αὖθις ἐλεύσεται Οὔλυμπόνδε

Iovis appellatione Solem intelligi Cornificius scribit, cui unda Oceani velut dapes ministrat. Ideo enim, sicut et Posidonius et Cleanthes affirmant, Solis meatus a plaga, quae usta dicitur, non recedit, quia sub ipsa currit oceanus, qui terram ambit et dividit. Omnium autem physicorum adsertione constat calorem humore nutriri. Posidonius etiam lunam dixit e dulcibus aquis ali. Cfr. Diogen. Laërt. VII, 145: *τὴν δὲ σελήνην* [*τρέφεσθαι*] *ἐκ ποτίμων ὑδάτων ἀερομιγῆ τυγχάνουσαν*. Adde Porphyr. *de antro Nymphar.* p. 257 ed. Holstein: *τοῖς δ' ἀπὸ τῆς στοᾶς ἥλιον μὲν τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιάσεως ἐδόκει, σελήνην δ' ἐκ τῶν πηγαίων καὶ ποταμίων ὑδάτων, τοὺς δ' ἀστέρας ἐξ ἀναθυμιάσεως τῆς ἀπὸ τῆς γῆς.* Senec. *Quaest. nat.* VI, 16, 2 ait: *Totum hoc caelum, quod igneus aether, mundi summa pars claudit, omnes hae stellae, quarum finiri non potest*

numerus, omnis hic caelestium coetus, et, ut alia praeteream, hic tam prope a nobis agens cursum sol, omni terrarum ambitu non semel maior, alimentum ex terreno trahunt, et inter se partiuntur, nec ullo alio scilicet, quam halitu terrarum sustinentur. Cfr. II, 5, 1. II, 6, 1 et saepius. Plin. *Hist. nat.* II, 9: *Sidera vero haud dubie terreno humore pasci, quia orbe dimidio nonnunquam maculosa cernatur* [luna], *scilicet nondum suppetente ad hauriendum ultra iusta vi: maculas enim non aliud esse, quam terrae raptas cum humore sordes.* Balbus apud Ciceron. *de nat. deor.* II. p. 46: *Sunt autem stellae natura flammeae. Quocirca terrae, maris, aquarum vaporibus aluntur iis, qui a sole ex agris tepefactis, et ex aquis excitantur: quibus altae, renovataeque stellae, atque omnis aether, refundunt eadem, et rursum trahunt indidem, nihil ut fere intereat aut admodum paululum, quod astrorum ignis et aetheris flamma consumat.* — Nostrum locum respexit Plut. *Plac. Phil.* l. l. Ἀριστοτέλης μὴ δεῖσθαι τὰ οὐράνια τροφῆς· οὐ γὰρ φθαρτά, ἀλλ' ἀΐδια et eadem fere Stobaeus *Eclog. phys.* I. p. 450. 512. — τὸν ἥλιον τρέφεσθαι ὑπέλαβον inverso ordine N.

7. γε om. F. A. Er. Cam. Alex. Aldi. P. S. Cas. — καί om. H. ante φασί ponunt A. Er. Cam. Alex. P. S. Cas. — αὐτῶν pro αὐτόν A. Alex. — Est Heraclitus, de quo loquitur Aristoteles, uti mox videbimus. Sed et hanc opinionem habuere Stoici. Cfr. Plut. *Plac. phil.* II, 23. p. 64: οἱ Στωϊκοὶ κατὰ τὸ διάστημα τῆς ὑποκειμένης τροφῆς διέρχεσθαι τὸν ἥλιον· ὠκεανὸς δὲ ἡ γῆ, ἧς τὴν ἀναθυμίασιν ἐπινέμεται. De uno Cleanthe loquitur Stob. *Eclog. phys.* I. p. 532: Κλεάνθης ἄναμμα νοερόν, τὸ ἐκ θαλάττης τὸν ἥλιον. Περὶ δὲ τῶν στροφῶν (ita Heeren. fort. τροπῶν) φασι (sc. οἱ Στωϊκοί, quamvis solius Cleanthis nomen praecesserit) κατὰ τὸ διάστημα τῆς ὑποκειμένης τροφῆς. ὠκεανὸς δ' ἐστὶν καὶ ἡ γῆ, ἧς τὴν ἀναθυμίασιν ἐπινέμεται. — τρόπους pro τόπους A. Er. inepte. — Articulum ante τροφήν omiserunt F. E. A. — συμβαίνειν deest in codice F.

8. ζῇ pro ζῆν Olymp. Aldi fol. 30, b. — Eandem senten-

tiam tetigit Theophrastus *de igne* §. 4. p. 706: *τοῦτο γὰρ ἦν καὶ τὸ παρὰ τῶν παλαιῶν λεγόμενον, ὅτι τροφὴν ἀεὶ ζητεῖ τὸ πῦρ, ὡς οὐκ ἐνδεχόμενον αὐτὸ διαμένειν ἄνευ τῆς ὕλης.* — Deinceps *τροφὴ εἶναι* pro *τροφὴν εἶναι* F. — *τὸν ἀναγόμενον* exhibet N. — *ἡ* omittit E. — *δι' ἧς τὸ εἰκὸς λαβόντες*, veluti etiam Hippocrates *de flat.* Opp. Sect. III. p. 79, 30 ed. Foës, quo de loco cfr. *Meteorol. vet. Gr. et Rom. Introd.* not. 7. p. 6.

9. *γάρ* omittit E. — Ex hoc loco patet Aristotelem flammam non tamquam rem, sed tanquam actum accepisse*). — Articulus ante *Ἡράκλειτος* deest in F. H. N. — Alexander fol. 93, a cum dicat: *οὐ μόνον, ὡς Ἡράκλειτός φησι, νέος ἐφ' ἡμέρῃ ἂν ἦν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἄλλος ἐξαπτόμενος τοῦ πρώτου ἐν τῇ δύσει σβεννυμένου, ἀλλ' αἰεί τε καὶ συνεχῶς νέος καὶ ἄλλο τε ἄλλος ἐγίνετο, ὥσπερ καὶ αἱ φλόγες ἐν τῷ γίνεσθαι τὸ εἶναι ἔχων*, procul dubio ante oculos habuit Platonis verba (*de re public.* IV. p. 498, b) haec: *πρὸς δὲ τὸ γῆρας ἐκτὸς δή τινων ὀλίγων ἀποσβέννυνται πολὺ μᾶλλον τοῦ Ἡρακλειτείου ἡλίου, ὅσον αὖθις οὐκ ἐξάπτονται.* Heraclitus enim solem et reliqua sidera non tam corpora esse censuit, quam *φαινόμενα κατ' ἔμφασιν*, qua de re vide, quae exposuit Schleiermacher *Mus. der Alterthumswissensch.* Tom. I. p. 392 sqq. Etiam Metrodorus Chius solem, cum oriatur, accendi, cum occidat, exstingui voluit. Cfr. Plutarch. *fragm.* Vol. V. p. 499. ed. Wyttenb. (ed. in 4.), et post eum idem statuit, quamvis diversa paululum ratione Epicurus, tradentibus Plutarcho *Amator.* p. 764 C et Cleomede *Meteor.* II, 1. p. 107 ed. Bake. — *φησί* omittit F. — *αἰεί* F. Alex.

10. *ὁμοία τοῖς θερμαινομένοις ὕδασιν.* cfr. ad I, 3, 4. — *ἐστιν* omittit F. ante *ὕδασιν* ponunt H. N. — *ὑποκείμενον* pro *ὑποκαόμενον* legunt A. Alex. qui explicat *τὸ ὑποκαῖον καὶ θερμαῖνον τὸ ὕδωρ.* Vicom. qui vertit: subiectus ignis. — Pro *πᾶν* H. N. exhibent *πᾶς ὁ ἥλιος.*

---

*) *Er hielt die Flamme nicht für ein Ding, sondern für einen Process.*

11. Variant in ordine verborum codd. ἄστρων αὐτοὺς παριδεῖν exhibet H. ἄστρων αὐτοῖς παριδεῖν N. παριδεῖν αὐτοὺς ἄστρων F. — σωτηρίαν verte: *conservandi modum*, quo modo saepe usurpatur vocabulum in libro *de mundo* v. c. c. 5, 13: ταῦτα δὲ πάντα ἔοικεν αὐτῇ πρὸς ἀγαθοῦ γινόμενα τὴν δι' αἰῶνος σωτηρίαν παρέχειν. c. 6, 6: σύμπασιν αἴτιος γίνηται σωτηρίας. 6, 12: αἴτιον γίνεσθαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς σωτηρίαν. 6, 21: συνέχων τὴν τῶν ὅλων ἁρμονίαν τε καὶ σωτηρίαν. Est nostrum *Erhaltung*. — Caeterum, si non Heraclitus, tamen Stoici eundem conservandi modum, reliquis tribuere sideribus. — ὑγρᾶς οὔσης πρῶτον inverso ordine F. καὶ ante τῆς γῆς omittunt Alex. P. S. Cas. — Articulus ante γῆς deest apud P. — κώνου pro κόσμου N. — περὶ γῆν omisso τὴν F. — θερμαινόμενον pro θερμαινομένου praebet N. θερμενον exhibet E. — τε post πνεύματα omittit E.

12. ἀποδίδωσι pro ἀποδιδῷ F. — ὥραν pro χώραν F. — Alexander legit λειφθέν pro ληφθέν, cum explicet ὑστετῆσαν. Sed et Bag. omne acceptum. — ἄνοθεν P. — Posterius οὔτε omittit Cam. — γιγνομένου καὶ τρεφομένου καὶ φθειρομένου prima manu exhibuit F. De verbo φθείρεσθαι idem valet, quod de verbo φθίνειν monuimus ad I, 14, 3. — Verba εἰς ὕδωρ omittit E.

13. Quod de evaporatione valuit, idem de congelatione affirmaverunt veteres. Cfr. Aristotel. *fragm. Problemat.* apud Gellium *Noct. Attic.* XIX, 5: παντὸς ὕδατος πηγνυμένου τὸ λεπτότατον διαπνεῖται καὶ κουφότατον ἐξατμίζει. Hippocrat. *de aëre, aq. et loc.* §. 50. Cor. *Opp.* Sect. III. p. 68, 30 Foës.: ὑπὸ τῆς πήξιος ἀφανίζεται καὶ ἀναξηραίνεται τὸ κουφότατον καὶ λεπτότατον, οὐ τὸ βαρύτατον καὶ παχύτατον. — πόσιμον pro πότιμον N. — καί ante γλυκύ omisit F. — ἀπομένει pro ὑπομένει N. — τοῦτο γὰρ εἰκὸς ἀπορηθῆναι οἰητέον praebet F. — γε pro τε habet E. prorsus omittit H. — ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων, addito καί F. H. N.

14. καὶ τὸ πότιμον addito articulo N. — τήν ante κουφότητα omittit F. — καθάπερ ἐν τοῖς τῶν ζῴων σώμασιν. et q. s. Cfr. *Problem.* II, 3, ubi quaerit, cur sudores

sint salsi, et respondet: ἢ διότι γίνεται ὑπὸ κινήσεως καὶ θερμότητος ἀποκρινούσης ὅσον ἀλλότριον ἔνεστιν ἐν τῇ προσφύσει τῆς τροφῆς πρὸς αἷμα καὶ τὰς σάρκας; τοῦτο γὰρ τάχιστα ἀφίσταται διὰ τὸ μὴ οἰκεῖον εἶναι καὶ ἔξω ἐξικμάζει. Ἁλμυρὸς δ' ἐστὶ διὰ τὸ γλυκύτατον καὶ κουφότατον εἰς τὸ σῶμα ἀνηλῶσθαι, τὸ δὲ ἀλλοτριώτατον καὶ ἀπεπτότατον ἀπολύεσθαι. Τὸ τοιοῦτον δὲ ἐν μὲν τῇ κάτω ὑποστάσει οὖρον καλεῖται, ἐν δὲ σαρκὶ ἱδρώς. ἄμφω δὲ ἁλμυρὰ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. Theophrast. *de sudorib.* §. 2. p. 811: ἁλμυρὸς μὲν οὖν γίνεται, διότι τὸ ἀλλότριον ἐκκρίνεται πρὸς φύσιν τῆς σαρκὸς ἐξανηλωμένου τοῦ γλυκυτάτου καὶ κουφοτάτου. τὸ γὰρ τοιοῦτον ἐν μὲν τῇ ὑποστάσει τῇ κατὰ τὴν κύστιν οὖρον, ἐν δὲ τῇ σαρκὶ ἱδρὼς καλεῖται. Ista vero τροφὴ εἰσελθοῦσα per os ingreditur: cutis enim vasa resorbentia ignota erant Aristoteli, quamvis exsorbentia, quae ἐξικμαζόμενα, ἐξατμίζοντα vocavit, probe eum novisse constet. Cfr. *Hist. animal.* III, 10, 4. p. 110: Τῶν συνεχῶν δ' ἐστὶ τὸ δέρμα ἐν ἅπασι τοῖς ζῴοις, καὶ ταύτῃ διαλείπει, ᾗ καὶ οἱ κατὰ φύσιν πόροι ἐξικμάζονται, καὶ κατὰ τὸ στόμα καὶ κατ' ὄνυχας. *de generat. animal.* V, 3. *de partt. animal.* IV, 4. De resorbentibus vasis veteribus prorsus ignotis adi Cruikshank *Geschichte und Beschreibung der einsaugenden Gefässe, übersetzt von* Ludwig. (Leipz. 1789. 8.) p. 13 sq. — σύστασιν pro σύνταξιν habent Alexander fol. 93, b. S. Cas. εἰσῆλθε pro ἦλθε F. Cam. S. — Denique articulum ante μερῶν omittunt Cam. Cas.

15. ὥσπερ οὖν κἀκεῖ ἄτοπον scripsimus cum E. Alex. A. Er. Cam. P. S. Cas. Bag. sicuti igitur ibi inconveniens erit. Accedit cod. F. qui pro κἀκεῖ praebet ἄτοπον, priore tamen vocabulo supra posito. H. N. Bekk. omittunt ἄτοπον. — Articulum ante ποτίμου τροφῆς omittit P. — κοίλην pro κοιλίαν N. — ὑπολαμβάνῃ F.

16. ἔστι μὲν γὰρ addito μέν Alex. Aldi. A. Cam. P. S. Cas. — πάντες pro ἅπαντες praebent Cam. P. Cas. — ῥῆσις pro ῥύσις mendo typographico Alex. Aldi. — τόπου τῆς γῆς inverso ordine Alex. Bag. locum terrae. A. Cam. P. S. Cas.

17. In antiquam istam quaestionem, quo tanta aquae copia ruat, inter veteres inquisiverunt praesertim Lucretius V, 262 sqq. et Seneca *Quaest. natur.* III, 4 sqq. — ἀπλέτων et scripti et editi pro ἀπλήτων s. ἀπλάτων, quod Moeris Atticista scribendum censet. Et ita etiam apud alios occurrit Atticos scriptores. Cfr. Heindorf ad Platon. *Soph.* p. 246 C Pierson. ad Moerid. p. 22, b sq. ed. Koch. In *Histor. animal.* VIII, 27, 6 Schneiderus praetulit ἄπλατον. Caeterum ἄπλετος de quavis copia apud Aristotelem et posterioris aevi scriptores usurpari solet. Cfr. Bernhardy ad Dionys. Perieget. p. 550. — μὲν οὐθέν inverso ordine F. — Deinceps ἀποβλέψαντι (ita enim scribere voluit Bekk. cum moneret in cod. E. esse ἐπιβλέψαντι) pro vulgato ἐπιβλέψαντι recepimus ex E. A. Er. Alex. fol. 93, b. Accusativum ἐπιβλέψαντα F. H. N. exhibent.

18. πλάτος τι pro πλάτος τε Alex. — χρόνῳ omittit Cam. — διαφθείρει pro διαφέρει N. inepte. — διαμεῖναι Alex. A. Cam. P. S. Cas. cum codice F. qui ἄν ante διαμ. ponit. — περιτείνειν pro περιτείνειεν absque sensu Alex. Aldi. — ἅμα διανοουμένοις *uno temporis momento.*

19. δή post ποταμούς ponit F. — συνεχῶς μὲν γάρ addito μέν ut §. 16 Alex. A. Cam. P. S. Cas. — κἂν δ' ἀδήλως pro καὶ ἀδήλως N. — Locus Platonis est *Phaedon.* p. 111 C sqq. Nos adscribimus haec verba: *τοῦτο, ὅπερ Ὅμηρος εἶπε, λέγων αὐτό· Τῆλε μάλ', ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον* (*Iliad.* Θ', 14.), *ὃ καὶ ἄλλοθι καὶ ἐκεῖνος καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ποιητῶν Τάρταρον κεκλήκασιν. εἰς γὰρ τοῦτο τὸ χάσμα συῤῥέουσί τε πάντες οἱ ποταμοί, καὶ ἐκ τούτου πάλιν πάντες ἐκρέουσι. γίνονται δὲ ἕκαστοι τοιοῦτοι, δι' οἵας ἂν καὶ τῆς γῆς ῥέωσιν. ἡ δ' αἰτία ἐστὶ τοῦ ἐκρεῖν τε ἐντεῦθεν καὶ εἰσρεῖν πάντα τὰ ῥεύματα, ὅτι πυθμένα οὐκ ἔχει οὐδὲ βάσιν τὸ ὑγρὸν τοῦτο, αἰωρεῖται δὴ καὶ κυμαίνει ἄνω καὶ κάτω. καὶ ὁ ἀὴρ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ περὶ αὐτὸν ταὐτὸν ποιεῖ. ξυνέπεται γὰρ αὐτῷ καὶ ὅταν εἰς τὸ ἐπέκεινα τῆς γῆς ὁρμήσῃ, καὶ ὅταν εἰς τὸ ἐπὶ τάδε. καὶ ὥσπερ τῶν ἀναπνεόντων ἀεὶ ἐκπνεῖ τε καὶ ἀναπνεῖ ῥέον τὸ πνεῦμα, οὕτω καὶ ἐκεῖ ξυναιω-*

ρούμενον τῷ ὑγρῷ τὸ πνεῦμα δεινούς τινας ἀνέμους καὶ ἀμηχάνους παρέχεται, καὶ εἰσιὸν καὶ ἐξιόν. ὅταν τε οὖν ὁρμῆσαν ὑποχωρήσῃ τὸ ὕδωρ εἰς τὸν τόπον τὸν δὴ κάτω κολούμενον, τοῖς κατ' ἐκεῖνα τὰ ῥεύματα διὰ τῆς γῆς εἰσρεῖ τε καὶ πληροῖ αὐτά, ὥσπερ οἱ ἐπαντλοῦντες. ὅταν δὲ αὖ ἐκεῖθεν μὲν ἀπολίπῃ, δεῦρο δὲ ὁρμήσῃ, τὰ ἐνθάδε πληροῖ αὖθις. τὰ δὲ πληρωθέντα ῥεῖ διὰ τῶν ὀχετῶν καὶ διὰ τῆς γῆς, καὶ εἰς τοὺς τόπους ἕκαστα ἀφικνούμενα εἰς οὓς ἕκαστος ὁδοποιεῖται, θάλαττάς τε καὶ λίμνας καὶ ποταμοὺς καὶ κρήνας ποιεῖ. ἐντεῦθεν δὲ πάλιν δυόμενα κατὰ τῆς γῆς, τὰ μὲν μακροτέρους τόπους περιελθόντα καὶ πλείους, τὰ δὲ ἐλάττους καὶ βραχυτέρους, πάλιν εἰς τὸν Τάρταρον ἐμβάλλει. τὰ μὲν πολὺ κατωτέρω ἢ ἐπηντλεῖτο, τὰ δὲ ὀλίγον. πάντα δὲ ὑποκάτω εἰσρεῖ τῆς ἐκροῆς· καὶ ἔνια μὲν καταντικρὺ ᾗ εἰσρεῖ ἐξέπεσεν, ἔνια δὲ κατὰ τὸ αὐτὸ μέρος. Huc spectant verba Stobaei *Eclog. phys.* I, 41. p. 636, ubi de explicationibus accessus recessusque maris agit: Πλάτων ἐπὶ τὴν αἰώραν φέρεται τῶν ὑδάτων. εἶναι γάρ τινα φυσικὴν αἰώραν διά τινος ἐγγείου τρήματος περιφέρουσαν τὴν παλίρροιαν, ὑφ' ἧς ἀντικυμαίνεσθαι τὰ πελάγη, et paulo obscurius Plut. *Plac. philos.* III, 17. p. 93. Addamus denique Senecam, qui eandem sententiam tetigit *Quaest. natur.* III, 8: *Quidam existimant, quemadmodum in exteriore parte terrarum vastae paludes iacent, magni et navigabiles lacus, quemadmodum ingenti spatio terrae maria porrecta sunt, infusa vallibus: sic interiora terrarum abundare aquis dulcibus, nec minus illa stagnare, quam apud nos Oceanum et sinus eius: immo ea latius, quo plus terra in altum patet. Ergo ex illa profunda copia isti amnes egeruntur: quos quid miraris, si terra detractos non sentiat, quum adiectos maria non sentiant?* Ante oculos habuisse eandem narrationem Asclepiodotum bene iam monuit Heynius ad Virgil. Tom. I. p. 552. ed. II, in fabula nimirum illa, quam retulit Seneca *Quaest. nat.* V, 15: *demissos quam plurimos a Philippo in metallum antiquum olim destitutum, ut explorarent, quae ubertas eius esset, qui status, an aliquid futuris reliquisset vetus avaritia: descendisse illos cum*

33 *

multo lumine, et multos duraturos dies: deinde longa via fatigatos, vidisse flumina ingentia et conceptus aquarum inertium vastos, pares nostris, nec compressos quidem terra supereminente, sed liberae laxitatis non sine horrore visos. — Quamvis minime negaverim antiquis temporibus plures fortasse philosophos hanc sententiam habuisse, uti etiam recentiore aetate re vera eandem sibi persuasit Woodwardus, quem refutatum ivit de Luc, ut operae pretium videretur Aristoteli et Senecae eam refellendi: id tamen certum est, Platonem hanc narrationem ethici argumenti gratia, quod in iis, quae excipiunt verba a nobis adscripta, amplius exornat, tantum finxisse, sicuti notae isti de Atlantide fabulae, quam in *Timaeo* et *Critia* proposuit et omni dictionis splendore ac dulcedine excoluit et exornavit, eadem originis ratio subest (cfr. v. Hoff *Gesch. der Veränder. auf der Erdoberfl.* Vol. I. p. 185 sqq.), quidquid physici nonnulli nostra etiam aetate proferre conentur, ut argumentis, quae omnia, quotquot adlata, parum valida sunt, eam stabiliant ac firment.

20. *ὡς ἄλληλα μὲν συντέτρηται* omissis *ἅπαντα* et *εἰς* Alex. Aldi fol. 94, a. A. Er. — *δέ* post *ἀρχή* deest in cod. N. — *ἀναδίδωσι*, sensu intransitivo, ut *ἐπιδίδωμι, ἀποδίδωμι, ἀνταποδίδωμι*, aliaque eiusdem verbi composita. cfr. ad I, 14, 29 et adde Wyttenbach. ad Platon. *Phaedon.* p. 72 A. (p. 179). — Post *ἐπίρρυσιν* Alex. addit *καὶ ἀπόρρυσιν.* — *ἐφ' ἑκάστῳ* pro *ἐφ' ἕκαστα* H. Alex. A. S. Cas. qui tamen in margine *γρ. ἕκαστα.* — Mox *ὑδάτων* pro *ῥευμάτων* F. Cam. *γρ.* Cas. — Verbum finitum *ἔχει* praebet N. — Denique pro *εἰλεῖσθαι* cod. E. exhibet *ἕλκεσθαι*, minus bene: Alex. Aldi, mendo typographico *εἰλῆσθαι.*

21. *κινουμένου δ' ἀεὶ ἄνω* addito *ἀεὶ* F. Cam. quod uncis incluserunt P. Cas. — *ἔκχυσιν* pro *ἐπίχυσιν* E. — Deinceps *οἷον* pro *οἷαν* F. H. N. — *ἤρξατο* pro *ἤρξαντο* F. H. N. A. Cam. P. S. Cas. qui tamen in margine *γρ. ἤρξαντο.* cfr. ad I, 3, 1. — *καί* ante *κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον* deest in F. H. N. — Etiam pro altero *ἤρξαντο* F. H. N. exhibent singularem. — *πρὸς τὸ ἄναντες* addito articulo F. — *πάλιν* pro *πᾶσιν* N. — *καὶ χρόας*

scripsimus cum E. cfr. ad I, 3, 5. II, 1, 10 et s. Rell. omnes καὶ τὰς χρόας. — ἂν ante τύχωσι deest in F. — Caeterum cfr. *de sens.* c. 4. p. 441, b. Theophrast. *de causs. plantar.* VI, 3, 1: ὕδωρ δι᾽ οἵας ἂν γῆς ῥέῃ, τοιοῦτον εἶναι. — Aliam de coloribus aquae fluviorum et maris opinionem habuit Aristoteles, uti patet ex *Problem.* XXIII, 6. p. 932, a.

22. Pro ῥεῖν F. praebet εἰσρεῖν. H. N. ἀεὶ ῥεῖν ita, ut deinde ἀεί omittant. — ἀεὶ καί, addito καί E. — Pro verbis εἰσρέουσιν ἀφ᾽ οὗπερ ἐκρέουσιν F. exhibet ῥέουσιν ἀφ᾽ οὗπερ ἂν ἐκρέωσιν. — ῥεύσονται pro ῥευσοῦνται. F. H. P. S. Cas. sed in margine γρ. ῥευσοῦνται. et γρ. ἄνωθεν ἢ κάτωθεν, cuius tamen lectionis nullum est aliud vestigium. Est autem coniectura Vicomercati, ab ipso deinde reiecta. — ἐφοτέραν ῥέψῃ E. ἐφ᾽ ὅπερ ἂν ρ. H. N. qui cum cod. F. pro ῥέψῃ praebent ῥεύσῃ. — Pro καίτοι τούτου F. καίτοι τοῦτο. H. N. καὶ τοῦ τοιούτου. — Quod denique commemorat Aristoteles proverbium ἄνω τῶν ποταμῶν, per omnem antiquitatem tritissimum est, inde ab Aeschylo et Euripide, qui cecinit (*Med.* 404 sq. ed. Elmsley):

ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί
καὶ δίκα καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.

Quibus ex versibus Accorambonus *Vera mens Aristot.* p. 480 post ποταμῶν in nostro loco addere voluit χωροῦσι πηγαί. Vix putem Aristotelem h. l. Euripidea verba ante oculos habuisse, et si revera habuisset, tunc pro more sua, aliorum scriptorum pauca tantum verba laudandi, reliqua tacendi (cfr. Victorium et Zellium ad Aristot. *Ethic. Nicom.* VI, 8, 4. Tom. II. p. 224. Lambin. ad eund. VIII, 1, 2. quod et de aliis scriptoribus valet. cfr. Casaub. ad Sueton. *Tiber.* c. 21), vix plura, quam quae nunc leguntur addidisset. Sed videtur solita fuisse proverbii forma, qua usus est, eaque, uti solet, brevissima. Eodem proverbio usi sunt Demosthenes περὶ καταπρεσβείας p. 239 A, Diogenes Cynicus apud Diogen. Laërt. VI, 36. p. 333, Lucianus *Dial. Mort.* VI, 2. p. 348: ἄνω ποταμῶν τοῦτό γε. *Apolog. pro mercede conduct.* §. 1. p. 708: πολλὴ γοῦν ἡ διαφωνία τοῦ νῦν βίου

πρὸς τὸ σύγγραμμα καὶ τὸ ἄνω τοῦ ποταμοῦ χωρεῖν (quam lectionem recte se habere docet locus Horatii *Epod.* XVI, 27 sq. deinde adferendus), *καὶ ἀνεστράφθαι τὰ πάντα καὶ παλινῳδεῖν πρὸς τὸ χεῖρον, τοῦτ' ἂν εἴη οὐχ ὑπὲρ Ἑλένης* (quemadmodum Stesichorus poëta, cuius versus laudantur Platoni *Phaedr.* p. 243 A, ubi cfr. adnotat. Astii p. 273 sq. Heindorfii p. 257 ed. alt.) *οὐδ' ὑπὲρ τῶν ἐπὶ Ἰλίῳ γενομένων, ἀλλ' ἔργῳ ἀνατρεπομένων τῶν λόγων καλῶς πρότερον εἰρῆσθαι δοκούντων.* Iulian *Orat.* VI (*εἰς ἀπαιδεύτους κύνας*) init. p. 180: *Ἄνω ποταμῶν, τοῦτο δὴ τὸ τῆς παροιμίας ἀνὴρ κυνικὸς Διογένης φησὶ κενόδοξον.* — Zenob. *Centur.* II, 56. p. 41: *Παροιμία ἐπὶ τῶν ὑπεναντίως λεγομένων ἢ γιγνομένων. οἷον εἰ ὁ πόρνος τὸν σώφρονα ἔλεγε πόρνον. ἐπειδὴ οἱ ποταμοὶ ἄνωθεν κάτω ῥέουσιν, οὐ κάτωθεν ἄνω.* Eadem fere Diogenian. I, 27. p. 178. Suidas *Centur.* II, 88. p. 361. Hesychius Tom. I. p. 413: *ἄνω ποταμῶν· παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπ' ἐναντία γινομένων. κέχρηνται καὶ Αἰσχύλος καὶ Εὐριπίδης.* Inter Latinos plures eodem usi sunt proverbio Cicero *epp. ad Att.* X, 4. Seneca *Controvers.* V. Horatius *Od.* I, 29, 10:

— — Quis neget arduis
Pronos relabi posse rivos
Montibus et Tiberim reverti,
Quum tu coëmtos undique nobiles
Libros Panaeti, Socraticam et domum
Mutare Loricis Iberis
Pollicitus meliora tendis:

Epod. XVI, 27 sq.:

Neu conversa domum pigeat dare lintea, quando
Padus Matina laverit cacumina.

et ad utrumque locum interpp.

23. *ὅλον ἐξαίρειν* inverso ordine F. H. N. — *ἐξεχώρει* pro *ἔξω ῥεῖ* E. — Eandem sententiam proposuit Seneca *Quaest. nat.* III, 5 his verbis: *Quidam indicant terram, quidquid aquarum emisit, rursus accipere, et ob hoc maria non crescere, quia quod influxit, non in suum vertunt, sed pro-*

tinus reddunt. Occulto enim itinere subit terras, et palam venit, secreto revertitur, colaturque in transitu mare: quod per multiplices anfractus terrarum verberatum, amaritudinem ponit, et pravitatem saporis in tanta soli varietate exuit, et in sinceram aquam transit. Recentiore aetate eadem opinione usus eamque tuitus est famosus ille Kircherus *Mund. subterran.* Vol. I. — εἰς δὲ γῆν omisso articulo F. H. N. — In verbis ἀλλὰ κἂν ἀφανισθῇ, πάλιν ἀναδύνουσιν anacoluthiae genus deprehenditur, neque Aristoteli, neque aliis scriptoribus infrequens. Ita infra II, 4, : σημαίνει γὰρ κινουμένην πνεύματος ἀρχὴν πρὶν φανερῶς ἐληλυθέναι τὸν ἄνεμον, ὡς ἄνωθεν αὐτῶν ἐχόντων τὴν ἀρχήν. *Hist. animal.* VI, 27. p. 310 Schn.: γίνονται μὲν οὖν περὶ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ ἡ θήλεια καὶ ὁ ἄρρην πιότατοι. ὅταν δ' ἐκθρέψῃ, τρίτῳ μηνὶ ἐκφαίνουσιν ἤδη τοῦ ἔαρος. Cfr. Markland ad Eurip. *Suppl.* 453, Heindorf ad Platon. *Gorg.* §. 75. p. 105. ad *Protagor.* §. 28. p. 499.

24. ποταμῶν absque articulo F. — μήκει καὶ τῷ τόπῳ exhibent H. N. — εἰς τήνδε τὴν θάλατταν, quam alibi τὴν ἔσω θάλατταν vocavit, ut supra a nobis adnotatum. Latini etiam internum mare ab oceano distinxere. Cfr. Tzschucke ad Pompon. Mel. II, 6, 2. et quae Bernhardy monuit ad Dionys. Perieget. p. 521. Strabo II. p. 124 vocat νήσους τὰς καθ' ἡμᾶς insulas in interno mari sitas.

25. ἄλλοι δὲ λέγουσιν, addito δέ E. — ἑκάστου in margine exhibuit F. — Verba ταῦτα δὴ πάντα ..... συμβαίνει omisit F. — Denique τὴν ἀρχὴν ἐκεῖθεν ἐχούσης, inverso ordine H. N.

26. Articulum ante τόπος omittunt Alex. fol. 94, b. Cam. S. Cas. — οὗτός ἐστιν ordine inverso F. A. Cam. P. Cas. — οὐκ ἄλλο πλὴν ῥέον in suo repperit G. sed quod nunc legitur ἄδηλον πλὴν ῥέον iam correxit. — ὑπομένει pro participio ὑπομένον recepimus cum E. Alex. Cam. γρ Cas. contra stante cum rell. Bekkero. — δι' ὅτι pro διότι A. Cam. — ἡ ἀρχή pro ἡ ἀρχή inepte Alex.

Cap. III.

Quam in hoc capite amaroris aquae marinae causam proposuit, eam Metrodorus habuit, probante Plutarcho *Plac. philos.* III, 16. p. 92: *Μητρόδωρος διὰ τὸ διηθῆσαν διὰ τῆς γῆς μετειληφέναι τοῦ περὶ αὐτὴν πάχους, καθάπερ τὰ διὰ τῆς τέφρας ὑλιζόμενα.* Adde Plutarch. *Quaest. Symp.* I, 9. Tom. XI. p. 47 sqq. ed. Hutten.

1. Verba *ἀλλ᾽ ὑπολείψει* omittit F. — *καὶ πότερον* desunt apud Alex. fol. 94, b. — *ἡ αὐτή* sc. *ἡ θάλασσα*, non *ἡ ἁλμυρότης*.

2. *οὖν* ab initio omittit F. — De iis, qui totum mundum ortum esse ac generatum praedicaverant cfr. *de caelo* I, 10. Plut. *Plac. phil.* II, 4. p. 47. — Ipse Aristoteles aeternum eum statuit cfr. *de caelo* II, 1, (unde *εἴπερ* idem valet, quod *ἐπεί.* cfr. I, 14, 25: *εἴπερ μένει τὸ πᾶν*) atque idcirco etiam mare aeternum esse censuit, alia ratiocinatione usus, quam Stoici, qui quamvis totum mundum aeternum, partes tamen eius mortales esse arbitrabantur. Cfr. Senec. *Epp.* LXXI, 11 sq. *Quaest. natur.* VI, 2, 7. — *ὥσπερ εἴπερ* E. sicuti I, 13, 14: *διόπερ καθάπερ· εἴπερ ὅπερ* est *Phys.* I, 3. p. 186, b. — *αἴτιον* pro *ἀΐδιον* F.

3. Democriti sententiam, tacito auctore iam supra tetigit I, 14, 18. II, 1, 3. — Pro *τὸ πλῆθος* Bag. legisse videtur *κατὰ τὸ πλῆθος*, vertens: secundum multitudinem. — Aesopi *μῦθοι* alibi etiam *λόγοι* vocantur, qua de re cfr. Wyttenbach ad Platon. *Phaedon.* p. 136 ed. Lips. Est autem fabula, ad quam alludit h. l. Aristoteles ex MSS. gallicis prolata apud Hauptmann p. 248, ex MSS. Vaticanis apud Furiam p. 153 ed. Schneid. Damus textum prioris editionis et uncinis inclusas varias lectiones alterius apponimus. *Αἴσωπός ποτε ὁ λογοποιὸς σχολὴν ἄγων εἰς ναυπήγιον εἰσήχθη (εἰσῆλθεν). τῶν δὲ (ναυπηγῶν σκωπούντων) σκωπτώντων τε αὐτόν καὶ ἐκκαλουμένων εἰς ἀπόκρισιν, ὁ Αἴσωπος ἔλεγεν· τὸ πάλαι χάος καὶ ὕδωρ γεγενῆσθαι (γενέσθαι), τῶν δὲ διανοουμένων (τὸν δὲ Δία βουλόμενον) καὶ τὸ τῆς* (om.) *γῆς στοιχεῖον ἀναδεῖξαι (ἀποδεῖξαι), παραινοῦσιν (παραινέσαι) αὐτῇ δὶς ἢ τρὶς (αὐτῇ ὅπως ἐπὶ τρεῖς ἐκροφήσῃ) ἐκροφῆσαι τὴν θάλατ-*

ταν. κἀκείνη ἀρξαμένη, τὸ μὲν πρῶτον τὰ ὄρη ἐξέβαινεν (ἐξέφηνεν), ἐκ δευτέρου δὲ ἐκροφήσασα καὶ τὰ πεδία ἐπεγύμνωσεν (ἀπεγύμνωσεν). εἰ δὲ δόξειεν (ἐὰν δὲ δόξῃ) αὐτῇ καὶ (add. τὸ) τρίτον ἐκπιεῖν τὸ ὕδωρ, ἄχρηστος ὑμῖν ἡ τέχνη γενήσεται. Ὅτι οἱ τοὺς κρείττονας χλευάζοντες λανθάνουσι μειζόνως ἑαυτοῖς τὰς ἀνοίας ἐξ αὐτῶν ἐπισπώμενοι. Ut proverbia adamant Plato et Aristoteles (qui singularem de adagiis librum conscripsit. cfr. Stahr *Aristot.* Vol. I. p. 42 sq. II. p. 68 sq.), ita fabulas, quod cohaeret cum studio eorum, ubi possunt, argumenta populi cogitandi modo ac rationi adaptandi. cfr. Zell ad *Eth. Nicom.* VII, 12, 3. (Aliam causam reddit ipse Arist. *Metaph.* α', 2. p. 982, b: ὁ δ' ἀπορῶν καὶ θαυμάζων οἴεται ἀγνοεῖν· διὸ καὶ φιλόμυθος ὁ φιλόσοφός πως ἐστιν. ὁ γὰρ μῦθος σύγκειται ἐκ θαυμασίων). Ad Aesopi fabulas provocat praeter hunc locum *Rhetor.* II, 20. *de partt. animal.* III, 2, quocum posteriore loco cfr. fabulam ex Babrii choliambis ductam apud Tyrwhitt *Dissertat. de Babr.* p. 39 et Schneider ad Vitruv. III. *Praef.* §. 1. II. p. 157. — ὑπολείψειν, ἄτοπον τῶν Αἰσώπου μύθων οὐθὲν διαφέρον λέγειν ἔοικεν vult G. — δὲ ante δεύτερον omittunt A. Cam. S. Cas. — ξηρὰ pro ξηράν γρ Cas. — πάντα pro πάμπαν F. Cam. γρ Cas.

4. ἥρμοζεν pro ἥρμοττεν N. — τὸν μῦθον addito articulo Cam. P. S. Cas. — τούτους pro τούτων E. τοῦτο A. Cam. γρ Cas. — Vicom. ut nonulli hoc quoque aiunt. — Post ἰδεῖν A. repetit εἴτε διὰ βάρος.

5. ἢ ante εἴπερ deest apud E. — μέχρις οὗπερ scripsimus cum E. F. Omnes reliqui, quibus adstipulatus est Bekk. μέχρι οὗ. Cfr. quae contra Heindorf. ad Platon. *Phaedon.* p. 27 monuerunt Lobeckius ad Phryn. p. 14. Hermann ad Sophocl. *Aiac.* 568. Adde Jacobs ad Achill. Tat. p. 479. — λείπεσθαι pro ὑπολείπεσθαι E. — ξηρανθήσεται pro ξηρανεῖται, quod §. 8 recurrit, F. Cam. P. S. Cas. — ὀφθήσεται pro φθήσεται Cam. γρ. Cas. — καὶ προανελθὸν pro τὸ προανελθὸν E. A.

6. παύσει τῆς φορᾶς, omisso τις, in suo repperit G. sed iam correxit. — ἀναχωρῶν pro ἀποχωρῶν N. γρ. Cas.

7. Post ξηροτέρους P. Cas. addunt [ὄντας] uncis inclusum. — *τὴν αἰτίαν εἴπομεν*. I, 14, 17 sqq. — *κατά τινα τόπον* pro *κατά τινα χρόνον* H. N. — *γενομένων* pro *γινομένων* exhibet F.

8. *καὶ πάλιν γὰρ ἔσται* non inepte H. N. *γε* prorsus omittit E. — Post *καὶ τοῦθ᾽ οὕτω* maiore distinctione interpungunt et deinde pro *κατά* exhibent *καί* E. H. N. G. qui tamen iam *κατά* correxit, Alex. fol. 95, a. A. — *ταῦτα* post *διά* omittit E. — *ὅλον* omittunt H. N. quorum posterior pro *μεταβάλλειν* exhibet *μεταβαλεῖν*. — *πλείω τῆς ἀξίας* dixit, memor praecepti, quod *Topic.* I, 14 dederat et *Ethic. Nicomach.* I, 4, 4. *Eudem.* I, 3 ineunte repetit. Secundo, quem laudavimus, loco ait: *ἁπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς δόξας ματαιότερον ἴσως ἐστίν. ἱκανῶς δὲ τὰς μάλιστα ἐπιπολαζούσας, ἢ δοκούσας ἔχειν τινὰ λόγον.*

9. *ἁλμυρόν* pro *ἁλμυράν* absque sensu E. — *εἰ γάρ* omisso *τε* E. F. — Articulum post *τοῦ ὑγροῦ* omittunt Cam. P. Cas. — *ἐγένετο* pro *γέγονε* F. H. N. Cam. *γρ.* Cas. — *ἐν ὕδατι τῷ πολλῷ* inverso ordine Cam. P. S. Cas. — *συμμιχθῆναι ..... τοιαύτην* fluviorum nimirum ope adlatam. — *ἐλθόντος* i. e. *ἐπανελθόντος*, *καταχθέντος*. — *διατμίζοντος* pro *διατμίσαντος* exhibet E. *διατμισθέντος* A. *γρ* Cas. — *ἤ* ante *εἰ μηδέ* deest in E. A., qui deinde pro *εἰ μηδέ* exhibet *εἰ μή*. Cam. P. S. Cas. praebent *εἰ δὲ μή*. N. *εἰ μηδὲ μή* addito *μή*. — Verba *μηδ᾽ ὕστερον ἁλμυρὰν αὐτὴν εἶναι* prima manu omittit N.

10. *τὸ πρῶτον εὐθύς* verte: ***statim ab initio.*** — *πάσχω* pro *πάσχει* Cam. aperto mendo typographico. — Pro *ἐμμιγνυμένην* N. exhibet *ἐμμεμιγμένην*. A. Cam. P. S. Cas. post *ἁλμυρότητος* maiore interpunctione distinguunt et *ἐμμιγνυμένην* ad sequentia trahunt ita, ut ordinem verborum *γάρ* et *ἔχειν* invertant. — *ἄτοπον καὶ τὸ μή*, addito *καί* F.

11. *ὅπως* pro *οὕτω* N. — Mox *δῆλον γὰρ εἰ ἡ θάλαττα* N. posito *εἰ* pro *ὅτι*: utrumque coniungit A. In iis, quae sequuntur, insignis est lectionis varietas: *οὐθὲν γὰρ διέφερεν* exhibet E. *ἐν οὐθενί γ. δ.* F. H. N., qui etiam *γάρ* omittit.

Pro *διέφερεν* F. habet *διαφέρει* et ita Cam. S. Cas. *διαφέρειν* A. Deinde *ἁλμυράν* E. F. A. P. S. *γρ* Cas. G. qui coniecit *ἀλλ' ἢ τῷ μὴ ἁλμυρὰν εἶναι* inepte. Quod de Olympiodoro dicit, quem hoc modo legisse refert, id quidem verum non est. Contraria confusio est II, 2, 8 ubi cod. F. *τροφή* pro eo quod in rell. legitur *τροφήν*. — *ἀλλ' ἢ* post *οὐδέν* et *οὐδὲν ἄλλο* pro *εἰ μή* saepenumero infertur. Cfr. Grammat. apud Bekkerum *Anecdot. gr.* p. 376. Valkenar. ad Euripid. *Hippolyt.* 932. Heindorf ad Platon. *Protag.* §. 108. p. 622. Hermann. ad Viger. p. 812 et Ast ad Platon. *de legg.* p. 359 Hermanno contradicentem. Verba *τοῦτο* ..... *ῥέουσιν* vertit Vicomercatus: hoc vero illis in eo loco evenit, in quem collectim fluunt. Recte: *εἰς τὸν τόπον* positum per attractionem sequentium pro *ἐν τῷ τόπῳ*. — *τοῦτο* sc. *τὸ ἁλμυρὸν γίνεσθαι*.

12. *καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς*. Cfr. Sturz *Empedocl. Agrigentin.* p. 312, qui iam laudavit Plutarch. *Plac. philos.* III, 16, ubi pro *διὰ τὴν ἐπιπόλαιον πλύσιν* Reiske legendum esse censuit *καῦσιν*, Galen. *Histor. philos.* XXII, Eusebium *Praepar. Evangel.* XV, 59, qui habet *διὰ τὴν ἐπὶ πλεῖον πίλησιν*, Lucretium V, 488 sqq. Adscribo Sturzii verba haec p. 314 sq.: *Quamvis per illam metaphoram poëticam nullo modo rem explicari fatendum sit, putem tamen Empedoclem non omnino neglexisse causas physicas, etiamsi ex eius carminibus neque Aristoteles, neque alius scriptor antiquus locum aliquem, qui ad explanandam rem pertineat, servaverit. Nam saltem causam aliquam physicam attulisse legitur, cur in mari sit dulcis quaedam aqua* (quod tamquam argumentum Empedocleae sententiae attulit Alexander), *qua pisces alantur.* Aelianus *Hist. animal.* IX, 64: *Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος λέγει τι εἶναι γλυκὺ ἐν τῇ θαλάσσῃ ὕδωρ, οὐ πᾶσι δῆλον, τρόφιμον δὲ τῶν ἰχθύων· καὶ τὴν αἰτίαν τοῦδε τοῦ ἐν τῇ ἅλμῃ γλυκαινομένου λέγει φυσικήν, ἣν ἐκεῖθεν εἴσεσθε. πρὸς ποίησιν ..... ἱκανῶς.* Compares iudicium, quod de poëta Empedocle fert Aristoteles *Poët.* c. 1.: *οὐδὲν κοινόν ἐστιν Ὁμήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ πλὴν*

τὸ μέτρον. δι᾽ ὃ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν, τὸν δὲ φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητήν. Pertinet vero huc imprimis Aristotelis de Empedocle iudicium, quod nobis servavit Diog. VIII, 57. p. 529: Ἀριστοτέλης — ἐν τῷ περὶ ποιητῶν φησίν, ὅτι καὶ Ὁμηρικὸς ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ δεινὸς περὶ τὴν φράσιν γέγονε, μεταφορικός τε ὢν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτεύγμασι χρώμενος. *Rhetor.* III, 5: ταῦτα δέ, ἂν μὴ τὰ ἐναντία προαίρηται, ὅπερ ποιοῦσιν, ὅταν μηδὲν μὲν ἔχωσι λέγειν προσποιῶνται δέ τι λέγειν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι ἐν ποιήσει λέγουσι ταῦτα, οἷον Ἐμπεδοκλῆς, ubi cfr. quae monuit Buhle Vol. IV. p. 514. — Adde *Metaph.* α', 9. p. 991, a: κενολογεῖν ἐστι καὶ λέγειν μεταφορὰς ποιητικάς. — οὗτος pro οὕτως N. — Recte deinde se habet ἱκανῶς, quod est *qualitatis*, cum ἅλις sit *quantitatis*. Cfr. imprimis *Ethic. Nicom.* I. p. 1096, a: καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις· ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν. — Ad verba ἡ γὰρ μεταφορὰ ποιητικόν cfr. *Rhetor.* III, 2: τί μὲν οὖν τούτων ἕκαστόν ἐστι καὶ πόσα εἴδη μεταφορᾶς, καὶ ὅτι τοῦτο πλεῖστον δύναται, καὶ ἐν ποιήσει καὶ ἐν λόγοις, αἱ μεταφοραί, εἴρηται, καθάπερ ἐλέγομεν ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς. — τήν ante φύσιν om. P.

13. ἐντεῦθεν pro ἐνταῦθα E. Cam. γρ. Cas. — δῆλον τὸ πῶς addito articulo P. — οἷον γλυκυτάτου μόνον inverso ordine omissoque articulo F. qui deinde praebet etiam συμμιγέντος. — τινός deest apud Cam. P. S. Cas. — Caeterum salsae redduntur aquae, cum ipse cinis salsuginem prae se ferat. cfr. Theophrast. *de causs. plantar.* V, 6, 10. p. 552, qui dicit cinere rutae radicibus insperso hanc plantam ex sale admisto sibi alimentum trahere: βοηθείαν τινὰ ἔχειν εὔκαιρον, ὥσπερ καὶ τὴν τέφραν παττομένην, εἴτ᾽ οὖν πρὸς τὸ μὴ σκωληκοῦσθαι τὰς ῥίζας, εἴτε καὶ πρὸς τὸ τρέφεσθαι τῇ ἅλμῃ. Adde Aristot. *de sensu et sensil.* c. 4: φαίνονται δ᾽ οἱ χυμοὶ ὅσοιπερ καὶ ἐν τοῖς περικαρπίοις, οὗτοι ὑπάρχοντες καὶ ἐν τῇ γῇ. διὸ πολλοί φασι τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων τοιοῦτον εἶναι τὸ ὕδωρ, δι᾽ οἵας ἂν πορεύηται γῆς. καὶ τοῦτο δῆλόν ἐστιν ἐπὶ τῶν ἁλμυρῶν ὑδάτων μάλιστα. οἱ γὰρ ἅλες γῆς τι εἶδός εἰσι. διὸ τὰ διὰ τῆς τέφρας διηθούμενα πικρᾶς οὔσης, πικρὸν ποιεῖ

τὸν χυμόν. — Articulum ante τέφρας omittit N. — καὶ τὸ περὶ τὸ εἰς . . . . . συλλεγόμενον E. addito absque sensu articulo. — κῦστιν A. — κύστις seu οὐροδόχος κύστις est vesica urinae receptaculum. Aristotel. *Hist. animal.* I, 2: τοῦ δὲ περιττώματος ὄντος διττοῦ, ὅσα μὲν ἔχει δεκτικὰ μόρια τοῦ ὑγροῦ περιττώματος, ἔχει καὶ τῆς ξηρᾶς τροφῆς· ὅσα δὲ ταύτης ἐκείνου οὐ πάντα· διὸ ὅσα κύστιν ἔχει καὶ κοιλίαν ἔχει· ὅσα δὲ κοιλίαν ἔχει, οὐ πάντα κύστιν ἔχει· ὀνομάζεται γὰρ τὸ μὲν τῆς ὑγρᾶς περιττώσεως δεκτικὸν μόριον, κύστις· κοιλία δὲ τὸ τῆς ξηρᾶς. Adi omnino Beckmann ad Antigon. Caryst. LXVIII. p. 118. et adde Theophrast. *de igne* §. 45. p. 721. Cfr. praeterea locum Theophrasti *de sudorib.* §. 2. p. 811 supra a nobis ad II, 2, 14 laudatum. — Articulus ante τροφῇ deest in cod. F.

14. Verba εἰ δή ab initio omittit E. — ταύτῃ pro ταὐτά H. et prima manu N. Reliq. omnes cum Bekkero ταῦτα. Quod nos dedimus, quamvis ex coniectura sit, ex certissima tamen. Supple συμβαίνει sc. πικρὰ γίνεσθαι. — τοιαύτης omittit F. — ἡ ante ἐν τοῖς ἀγγείοις addunt A. Alex. Aldi fol. 96, a. Cam. P. S. Cas. — τὸν τοιοῦτον pro τὸ τοιοῦτον. S. Cas. qui tamen alteram lectionem in margine commemoravit. — σώματος ὑγροῦ ἐξιόντος inverso ordine omissoque articulo F. qui deinde pro κἄν praebet καί. Cam. P. S. Bekk. κἄν absque sensu. — Pro συγκαταμιγνύμενον E. A. praebent καταμιγνύμενον. H. συγκαταμισγόμενον. F. Cam. συγκαταμιγόμενον. N. συγκατασμιγόμενον. — τῷ omittit F. τὸ ὑγρόν exhibet N.

15. τὸ ante τοιοῦτον deest in codice F. Est autem τὸ τοιοῦτον i. q. ἡ τοιαύτη.

16. δέ ab initio omittit F. — οἴονται pro οἷόν τε E. — De usu et significatione vocabuli πολλοστός cfr. Xenoph. *Mem.* III, 1, 6: Τὰ τακτικὰ πολλοστὸν μέρος ἐστὶ στρατηγίας ubi vide Schn. Balf. ad Cleom. II, 2. p. 443. Wakef. ad Lucret. VI, 651. — αὐτοῦ pro αὐτό E. — δέ post ἔτι deest in F. H. N. — οὐχί pro οὐ exhibet Cam. — τύχῃ F. in margine. — οὖσα post ἐλάττων addunt H. N. ἰδίει exhibuimus cum E. N. A. Cam. cum F. H. ubique scribant ἱδρίει et

P. Cas. ἰδίει. ἰδίειν pro ἱδροῦν raro quidem est apud prosarios scriptores, occurrit tamen etiam apud Theophrastum *Histor. plantar.* V, 9, 8. p. 197, cum dicat: *ἀνίει δὲ τῶν ξύλων τὰ κέδρινα καὶ ἁπλῶς ὧν ἐλαιώδης ἡ ὑγρότης. διὸ καὶ τὰ ἀγάλματά φασιν ἰδίειν· ἐνίοτε ποιοῦσι γὰρ ἐκ τούτων,* nisi verba *τὰ ἀγάλματα ἰδίει* ex poëta quodam hausit. In re prorsus simili eodem verbo utitur *de causs. plantar.* V, 4, 4. p. 545: *ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα ἰδίει τῶν ξύλων· καὶ γὰρ ταῦτα νοτίου καὶ ὑγροῦ τοῦ ἀέρος ὄντος τουτὶ πάσχει, καὶ οὐ πάντα, ἀλλ' ἐν οἷς λιπαρὰ ὑγρότης, οἷον κέδρου, κυπαρίττου, ἐλαίας· ἃ δὴ καὶ σημεῖα καὶ τέρατα νομίζουσιν.* — *εἰ γὰρ ὑγρότης* pro *ἡ γὰρ ὑγρότης* A. Cam. *γρ* Cas. Caeterum haec verba in margine ponunt H. et N., quorum posterior pro *ὑγρότης* exhibet etiam *ἱδρότης*. — Verba *γάρ καί* omittunt E. A. Alex. Aldi fol. 96, a. — *ἐχρήν* perverso accentu P.

17. Quando recte se habet discrimen, quod inter *φαίνεσθαι* cum participio et idem verbum cum infinitivo iunctum statuerunt viri docti, inter quos Wolf ad Demosthen. *Leptin.* p. 259. Krüger ad Dionys. p. 133, ud illud significet *palam esse et omnibus compertum*, hoc *videri*, h. l. aut scribendum *οὐ φαίνεται δὲ τοῦτο συμβαίνειν,* aut *φαίνεται δὲ τοῦτο οὐ συμβαῖνον.* Sed vereor, ne praeter hunc locum plura reperiri queant exempla, isti regulae refragantia v. c. *de generat. animal.* I, 1: *φαίνεται γὰρ συμβαῖνον οὕτως ἐπὶ τῶν ἄλλων ζῴων.* — *ξηρᾶς μὲν οὔσης* pro *ξηρὰ μὲν οὖσα* E. — *τοιοῦτον πάσχει* inverso ordine N. — *πῶς οὖν* omisso *δέ* F. H. N.

18. Sententiam, quam etsi falsam inque superioribus iam refutatam, probabiliorem tamen esse Empedoclea censet, est Anaximandri et Anaxagorae, quorum opiniones vix differunt. cfr. Plutarch. *Plac. philos.* III, 16. p. 92: *Ἀναξίμανδρος τὴν θάλασσάν φησιν εἶναι τῆς πρώτης ὑγρασίας λείψανον, ἧς τὸ μὲν πλεῖον μέρος ἀνεξήρανε τὸ πῦρ, τὸ δὲ ὑπολειφθὲν διὰ τὴν ἔκκαυσιν μετέβαλεν. Ἀναξαγόρας τοῦ κατ' ἀρχὴν λιμνάζοντος ὑγροῦ περικαέντος ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς περιφορᾶς, καὶ τοῦ λιπαροῦ ἐξατμισθέντος, εἰς ἁλυκίδα καὶ πικρίαν τὸ λοιπὸν ὑποστῆναι.* Cfr. Schaubach Anaxag.

fragm. p. 133. 178. Ritter *Geschichte der ionischen Philosophie* p. 278 sqq.

19. *φαίνονται* pro *φαίνεται* H. N. cfr. ad I, 3, 1. II, 1, 9. — *λέγομεν* pro *λέγωμεν* E. H. cfr. II, 4, 1: *περὶ δὲ πνευμάτων λέγωμεν, λαβόντες ἀρχὴν τὴν εἰρημένην ἡμῖν ἤδη πρότερον.* — *ἥνπερ* pro *ἥν* praebet N. — *καί* post *ἥν* omittit E.

20. Plus semel exposuit duplicem generari terrae vaporem, alterum humidum, alterum siccum. Sed nullo ex loco aptiore petita esse videntur, quae ex Aristotele se hausisse testatur Seneca *Quaest. nat.* I, 1, 6, quaeque in libris, quibus nunc utimur, nusquam occurrunt ita, ut Senecae verba ex iis translata videri queant: *Aristoteles eius modi rationem reddit: Varia et multa terrarum orbis exspirat, quaedam humida, quaedam sicca, quaedam algentia, quaedam concipiendis ignibus idonea.* Fortasse talia in altera huius libri recensione exstitere, qua de re et supra egimus et infra hic illic acturi sumus. — *ἐπειδή* pro *ἐπεί* F. H. N. — *εἶναι ἀρχήν* inverso ordine F. — Verba *τῶν τοιούτων* omittit Cam. — *προαποῤῥῆσαι* pro simplici verbo E. — *διαμένει ἀεί* ordine verborum mutato A. Cam. Alex. fol. 96, b. P. S. Cas. — *ἀεὶ τῶν μορίων* pro *ἀεὶ τῶν μέρων* ex antegressa linea F. H. N.

21. *τούτου τοῦ πλήθους*, omisso deinde *τούτων* F. — *τὸ* ante *τῶν ῥεόντων ὑδάτων* deest apud H. N. — *φανερὸν δὴ καί* addito *καί* E. F. H. — Casaubonus post *τῆς μεταβολῆς* maiore mavult distinguere interpunctione et deinde scribere *ἐπεὶ πάντων* et q. s. — *γε* pro *τε* praebet E., prorsus omisere A. P. Alex. Aldi fol. 96, b. Cam. S. Cas.

22. *δοῦναι* pro composito verbo A. Alex. — *ὁ* ante *χυμός* omittit F. — *τινα* pro *τινος* A. — *πρότερον εἴπομεν.* cfr. II, 2, 14. — Denique *ἀπεπτότατον μὲν γάρ* addito *μέν* E.

23. *ὅτῃ* pro *ὅτι* P. cfr. ad Exc. II, 3, 1. Idem exhibet mox *πεπτόμενα* pro *πεττόμενα.* — *ἅπαντα* pro *πάντα* N. *ἀεὶ πάντα* H. — *ἔπειτα δὲ ὁ ἱδρώς* additis particula *δέ* et articulo F. Solum articulum addunt A. Alex. Aldi. Cam. P. S. —

τοιοῦτον pro τοῦτον F. Cam. γρ. Cas. — καιομένοις hic et deinceps F. cfr. ad I, 4, 1.

24. θάλασσάν φασί τινες ἐκ κατακεκαυμένης γενέσθαι γῆς mutato verborum ordine F. — γίνεσθαι pro γενέσθαι F. H. N. — δέ ante οὕτω omittit N. — δεῖν pro δεῖ γρ. Casaub. — ὥσπερ καὶ ἐκ πεπυρωμένων scripsimus cum codice E. Omnes reliqui, editi et scripti omittunt καί. — πυρουμένων A. Alex. Aldi. Bas. γρ Cas. — εἶναι γῆν τοιαύτην inverso ordine F. — τὴν γῆν A. Alex. Cam. P. S. Cas.

25. ὡς εἴπομεν pro ὥσπερ εἴπομεν F. qui deinde exhibet τῆς τοιαύτης ἀεὶ ἀναθυμιάσεως supra posito δυνάμεως. — Pro verbis ἐν τοῖς ὑετοῖς F. H. Cam. γρ. Cas. ὕοντος et qui proxime accedit N. οἴοντος. cfr. ad II, 4, 17. — τοῦτ' ἀεὶ γίνεσθαι pro ἀεὶ ταῦτα γίνεσθαι F. H. N. A. Cam. P. S. Cas. Bekk. — ἐντεῦθεν pro ὅθεν A. — τοῦ ἁλμυροῦ ἔνεστι mutato ordine verborum F. H.

26. πλατύτερα verte: *salsiuscula*. Cfr. Herodot. II, 108: ὅσοι τῶν Αἰγυπτίων μὴ ἐπὶ τῷ ποταμῷ ἔκτηντο τὰς πόλις, ἀλλ' ἀναμέσους, οὗτοι, ὅκως τε ἀπίοι ποταμός, σπανίζοντες ὑδάτων, πλατυτέροισι ἐχρέοντο τοῖσι πόμασι, ἐκ φρεάτων χρεώμενοι. De Tarento, quod propter situm maxime austrinis ventis expositum est, ait Theophrastus *de causs. plantar.* II, 7, 5. p. 404: ἡ γὰρ ἄπνοια κατὰ τὴν ἄνθησιν ἀποκάει τὰ πολλά. καὶ ὅταν πνέῃ τοιοῦτον πνεῖ πόντιον, ὃ τῇ ἅλμῃ τῇ ἐπιφερομένῃ κατεσθίει καὶ λυμαίνεται τὰ ἄνθη. Recte se habet, quod Aristoteles contendit; venti enim trans mare longum iter facientes, salis particulas secum ferre solent, quod in austrinis in Graecia evenit, quo nescio an spectent, quae Pausanias II, 24 ait, Africum in locis circa Saronium sinum vitium germina adurere. Adde *Probl.* I, 23. p. 862, a. De re uberius disputavi *Meteor. vet.* I, 3. p. 28 et in libro vernacule conscripto: *Ueber den Ursprung der Feuerkugeln* p. 3 sq. Praeterea ait Aristoteles τὰ νότια ὕδατα τὰ πρῶτα τῶν μετοπωρινῶν esse. Etiam Plinius ait, post Etesios ventos austros esse frequentes, usque ad sidus Arcturi (*Histor. natur.* II, 47), quod non de Italia valere certum est, cum ex Graecis

fontibus sua hauserit eaque satis inepte interdum ad Italiam transtulerit (cfr. quae monuimus *Meteorol. vet. Graec. et Rom.* VI, 26. p. 135). Secundum *Problem.* XXVI, 2. p. 940, b spirat in Graecia *κατὰ χειμῶνά τε καὶ ἀρχομένου ἔαρος καὶ μετοπώρου λήγοντος*, quae nostro loco repugnare videntur. Sed recte se habet uterque locus. Quamvis enim in fine illius anni partis spirare soleat, tamen primus est, qui imbrem affert: qui enim ante eum spirare solent, etesiae aquilones (qui spirant *χειμῶνός τε καὶ θέρους καὶ μετοπώρου μέχρι τοῦ λήγειν* ut ait Theophrast. *de ventis* §. 10. p. 761) serenum caelum afferebant. Cfr. *Meteorol. veter.* VI, 19. p. 113. Apposite Theophrastus *de caus. plantar.* I, 13, 7. p. 360: *τὸ δὲ μετόπωρον οὐχ ὥσπερ ἐλέχθη* (I, 13, 4. p. 359) *ξηρὸν καὶ ψυχρόν ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον θερμόν. ἅμα δὲ τῇ τοῦ ἄστρου μεταβολῇ* (intellige caniculam. cfr. Schneider ad Theophr. V. p. 326. Ideler *Ueber den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen* p. 243) *ὑγρότης ἐν τῷ ἀέρι ἐπιγίνεται.* — Post *ἄνεμος* F. H. N. Cam. P. S. Cas. Bekk. addunt *ἐστί*, quod omittunt E. A. Alex. — *ἀλεεινότατος* Alex. Cam. cfr. ad I, 3, 12, ubi de verbo *ἀλεαίνειν* diximus. — De re cfr. *Problem.* XXVI, 16. p. 942, a: *θερμὸς δ' ἐστὶ διὰ τὸ μίγνυσθαι τὸ πνεῦμα τῷ κατὰ Λιβύην ἀέρι θερμῷ ὄντι. καὶ διὰ τοῦτο μεγαλοκύμων νοτίζειν ποιεῖ τὸ θέρος, ἐμπίπτων ἐς τὴν θάλατταν* et adi *Meteorol. veter. Graec. et Roman.* VI, 23. p. 120 sqq. — *τόπων καὶ ξηρῶν καὶ θερμῶν* addito priore *καί*. H. Alex. Cam. P. Cas.

27. *τοιοῦτον* pro *τοιοῦτος* A. Alex. — *ἀλλ' ὅθεν ἄρχεται πνεῖν ψυχρός.* cfr. Theophrast. *de ventis* §. 3. p. 758: *ἐκεῖ (πρὸς μεσημβρίαν) ὁ νότος ψυχρότερος ἢ παρ' ἡμῖν, ὥς δέ τινές φασι, μᾶλλον ἢ βορέας.* *Problem.* XXVI, 17: *εἰσὶ δὲ κυματώδεις καὶ συνεστραμμένοι καὶ τοῖς ἐν Λιβύῃ ὁμοίως ψυχροὶ [οἱ νότοι], ὥς οἱ βορέαι ἐνταῦθα.* cfr. *Meteorol. vet.* VI, 23. p. 122. *συμπαραλαμβάνειν* pro *συμπεριλαμβάνειν* E. N. confusis, uti fieri solet, praepositionibus *παρά* et *περί*. Cfr. Schaefer ad Dionys. Halicarnass. *de compos. verbor.* p. 184. *Meletem. critic.* p. 25. — *τὴν ἀνα-*

θυμίασιν addito articulo F. — *διὰ τὸ συμπεριλαμβάνειν πολλὴν ἀναθυμίασιν ξηράν* phaenomena provocat auster, quae commemorat Hippocrates *de morbo sacro. Opp. Sect.* III. p. 91, 40 sqq. cuius verba adscripsimus *Meteorol. veter.* VI, 23. not. 27. p. 124. — *διὸ καὶ ψυχρός* F. H. N. — *ὁ δὲ βορέας ..... ψυχρός. Problem.* XXVI, 60 p. 947, a: *Διὰ τί βορέας τὴν ἡμέραν μὲν λαμπρός, τὴν δὲ νύκτα πίπτει; ἢ διότι γίνεται ἀπὸ πεπηγότος ὑετοῦ, ὅταν ἀναθυμιᾶται διὰ τὸν ἥλιον; πίπτει δὲ νυκτός, ὅτι οὐχ ἡ αὐτὴ γένεσις, ἀλλὰ τοὐναντίον ποιεῖ· τὰς γὰρ νύκτας ἐκπνεῖ, τὰς δὲ ἡμέρας ἧττον.* cfr. Theophrast. *de ventis* §. 12. p. 762. — *τοῖς νοτίοις καὶ ἐναντίοις* A. *ἐναντίως* pro *ἐναντίοις* Cam. $\overline{\gamma\varrho}$. Cas. — Ad verba *ὁμοίως ..... Λιβύην*. cfr. Plin. *Histor. natur.* II, 48: *Auster Africae serenus, Aquilo nubilus.*

28. *τὸ τοιοῦτον* addito articulo Alex. A. Cam. P. S. Cas. — *βαρύτερα* dedimus cum E. Alex. A. Cam. S. Cas. Reliqui cum Bekkero *βαρύτατα*. — *πρῶτα* post *φέρεσθαι* ponit F. omittit E. — *κάτω φέρεσθαι* pro mero *φέρεσθαι* F. Cam $\overline{\gamma\varrho}$. Cas. et uncis inclusum addidit P.

29. Mare natura sua calidum esse dicit etiam *de generat. anim.* III, 11. p. 761, b: *ἐν δὲ τοῖς λιμνοθαλάτταις καὶ πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τῶν ποταμῶν γίνονται. ζητοῦσι γὰρ ἅμα τήν τε ἀλέαν καὶ τὴν τροφήν* et q. s. — *δυνάμει* omittit N. — *αὐτοῖς* pro *αὑτοῖς* Cam. S. Cas. — De re cfr. *de part. an.* II, 2. p. 649, a: *ἔχει δὲ θερμότητος καὶ τὸ πυρωθέντα πάντα σχεδόν· οἷον κονιὰ καὶ τέφρα καὶ τὰ ὑποστήματα τῶν ζῴων καὶ τῶν περιττωμάτων ἡ χολή, τῶν ἐμπεπυρῶσθαι καὶ ἐγκαταλελεῖφθαί τι ἐν αὐτοῖς θερμόν.* — *καὶ τὴν ὑγρὰν καὶ τὴν ξηράν* mutato verborum ordine F. Alex. A. Cam. P. S. Cas. — *καί* ante *τῶν θερμοτάτων* omittit Cam. — *καὶ τὴν ὑπόστασιν* addito *καί* F.

30. *ἀεί τε πλατυτέρα* addito *τε* E. F. *πλατυτέρα* omittit N. in margine ponit H. *πλατυ καὶ ἑτέρα* prima manu E. — *τι* ante *μέρος* omittit Cam. — *ὅσον* dedimus cum E. Alex. A. Cas. qui tamen in margine adscripsit $\overline{\gamma\varrho}$. *ὅσῳ*, ut reliqui exhibent, quibuscum facit B. — *οἰομένῳ* pro *ὑομένῳ* N. ut solet

cfr. §. 25. — γλυκέος ὕδατος ἔλαττον F. qui post διόπερ addit τε. Pro ἔλαττον dedit Cam. ὕδατος. — ἰσάζειν pro verbo finito A. Alex. Cam. S. Cas. qui tamen in margine γρ. ἰσάζει.

31. πεπερασμένοι pro πεπειράμενοι P. Etsi bene indicari potest, quo haec res experimento probari queat, ingenue tamen fatemur nos nescire, quo experimento usus Aristoteles id didicerit. Quod deinde de vino adiicit falsum esse, non est cur longa disputatione demonstremus. — λέγωμεν pro λέγομεν F. H. Alex. A. Cam. P. S. Cas. — πάσχει τε pro δέ F. — τινα ὕδατος σύμμιξίν εἰσιν inverso ordine, omisso articulo et mutato ἐστί in εἰσί F. cfr. ad I, 3, 1. — τινος pro τινα Cam. Cas.

32. ἐν ἄλλοις καιροῖς οἰκειοτέροις, in quarto nimirum Meteorologicorum libro. — μὲν οὖν τούτων, addito οὖν N., qui mox τοῦτον praebet pro τοσοῦτον. — γρ. οἰκειοτέραν Cas. Bas. — λέγομεν pro λέγωμεν F. — τῆς θαλάττης ἁλμυρᾶς ὑπαρχούσης addito epitheto F. — αἰεί pro ἀεί Cam. P. Cas ut II, 2, 9. II, 3, 48. — Verba καὶ γίνεται omittit E — ἐν τῷ ὑομένῳ refer ad ἄλλο γεγενημένον. — διὰ τὸ βάρος addito articulo Alex. A Cam. P. S. Cas. — ὑφύσταται aperto mendo typographico A., quod tamen repetit Er.

33. οὔτ᾽ ἐπιλείπει sc. ἡ θάλαττα. — γρ. ὥσπερ οὔτε Cas. ὥσπερ οὐδὲ οἱ ποταμοί H. N. et margo F. quae est explicatio. — ἢ τοῖς τόποις verte: *nisi singulorum locorum ratione.* Ita apud Theophrastum *Histor. plantar.* VIII, 1, 6 p. 256 dicitur χώρα αὐχμωδεστέρα τοῖς τόποις. — ἢ ante τόποις omittunt E. Alex. fol. 98, a. — ἀνάξιον pro ἀνάγκη N. — διαμένειν pro verbo finito N. — ἀλλ᾽ ἢ μόνον addito ἢ F. N.

34. μεταβάλλει pro συμμεταβάλλει F. H. N. — ὑφιστάμενα pro κατιόντα H. N.

35. θείη pro θῇ F. Schneiderus vult καθῇ. Cfr. *Hist. animal.* VIII, 2. p. 590, a: ὅτι δ᾽ ἐν τῇ θαλάσσῃ πότιμον ἔνεστι καὶ τοῦτο διηθεῖσθαι δύναται φανερόν ἐστιν. ἤδη γὰρ εἰληφέναι τούτου συμβέβηκε πεῖραν. ἐὰν γάρ τις κήρινον πλάσας λεπτὸν ἀγγεῖον καὶ περιδήσας καθῇ εἰς τὴν θάλατταν κενόν, ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ λαμβάνει ὕδατος πλῆθος καὶ τοῦτο φαίνεται πότιμον. Adde Aelian. *Histor. animal.* IX, 64:

εἴ τις ἄγγειον ἐκ κηροῦ ποιήσας κοῖλον καὶ λεπτὸν καθείη ἐς τὴν θάλατταν, ἐξάψας ποθέν, ὥστε ἀνιμήσασθαι δύνασθαι, νυκτὸς δὲ διελθούσης καὶ ἡμέρας ἀρύεται πεπλησμένον γλυκέος τε καὶ ποτίμου ὕδατος μεστὸν αὐτό. Plin. *Hist. natur.* XXXI, 37: *Item demissae reticulis in mare concavae e cera pilae vel vasa inania obturata dulcem intra se colligunt humorem. Nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit.* — Vasa haec in mare demissa, ut dulcem intra se colligant humorem, clepsydrae vocabantur. *Probl.* II, 1. Aliam procul dubio de aquae marinae natura opinionem habuit Theophrastus *de caus. plantar.* II, 5, 2. p. 399, cum diceret: *ἡ δὲ θάλαττα πολλὰ καὶ παντοῖα φύει. καί ἐστιν ὥσπερ ζῴων τι γένος ἐν αὐτῇ καὶ φυτῶν. Ὅσα δ' ἐν τῇ ἀμπωτίδι δένδρα μέγεθος ἔχοντα καὶ καρπὸν τυγχάνει* (cfr. *Histor. plantar.* IV, 9 ibique notam Schneideri), *περὶ τούτων οὐκ ἄν τις ἴσως ἀποδοίη τῇ θαλάττῃ τὴν τροφήν, ἀλλ' ἐνδέχεται πότιμον ἕλκειν ἐν τῇ γῇ τὰς ῥίζας, τὴν δὲ θάλατταν ἀβλαβῆ τὴν περιέχουσαν εἶναι, καθάπερ καὶ τὸ ὕδωρ τοῖς ἐνύδροις. Ἀλλὰ τούτων μὲν πέρι λόγος ἕτερος. καὶ ὅσα δὴ πρὸς αὐτῇ τῇ θαλάττῃ φύεται, χρῆταί πως τῇ ἁλμυρίδι πρὸς εὐσθένειαν καὶ τροφήν.* Si enim eandem, quam Aristoteles habuisset sententiam, procul dubio dixisset in alimentum absorberi tantum meram aquam, relinqui contra quidquid terreni et salini admistum esset. Adde Schol. Farnesin. Stob. *Eclog.* Tom. II. p. 445 sq. — *εἰς θάλατταν* omisso articulo F. — *ἢ τῆς θαλάττης* addito *ἢ* inepte Cam. — *τι* addit F. ita ut vero simile sit Camotium, qui fere constanter exhibet lectiones codicis F. *ἢ* cum *τι* confudisse. — *παρεισιὸν* pro *τὸ γὰρ εἰσιόν* habet Alex. Aldi fol. 98, a.

36. *διηθούμενον* pro *δι' ἠθμοῦ* Alex. Cam. P. S. Cas. probante Schneidero *Eclog. phys.* IX, 6. p. 143. *διηθμούμενον*, quod propius accedit, exhibet A. — Verba *πλεῖον γὰρ ἕλκει τὸ ἁλμυρὸν ἢ τὸ πότιμον* aliquanto brevius dicta sunt: Potabili enim aqua plus deorsum trahit salsa, intellige: quando parem eiusdem vasis partem complet. Sic aëris gravitatem confirmaturus *de caelo* IV, 4. p. 311, b ait: *σημεῖον δ' ὅτι ἕλκει πλεῖον ὁ πεφυσημένος ἀσκὸς τοῦ κενοῦ*, quo de loco cfr. *Me-*

teorol. vet. Gr. et Rom. I, 2. p. 23. — Caeterum quod hac in re *βάρος* et *πάχος* distinguit Aristoteles, demonstrat ei notissimum illud theorema hydrostaticum, quod primus detexisse fertur Archimedes, nondum innotuisse, etsi non procul abfuit, cum *de caelo* IV, 4 dicat: *συμβαίνει δὲ μὴ πανταχοῦ ταὐτὰ βαρέα δοκεῖν εἶναι καὶ κοῦφα, διὰ τὴν τῶν πρώτων διαφοράν. Λέγω δὲ οἷον ἐν μὲν ἀέρι βαρύτερον ἔσται ταλαντιαῖον ξύλον μολύβδου μναΐου, ἐν δὲ ὕδατι κουφότερον.* Cfr. imprimis locum Rhemnii Fannii *de ponderib.* c. 4, quem adscripsit Schneiderus *Eclog. phys.* p. 277, commentario illustravit Klügel in Wernsdorf *Poët. latin. minor.* Tom. V. Part. I. p. 510 sqq.

37. *γάρ* ab initio omittit E. — *ὀλίγον* pro *ὀλίγου* F. Cam. P. S. Cas. qui mavult tamen *ὀλίγου*, ita ut *δεῖν* suppleatur, posterius quidem perperam. — *γεμιζομένων τῶν πλοίων* praebent E. Alex. A. Cam. P. S. Cas. qui in margine adnotat: *γεμιζομένων πλοίων s. τῶν. Locus est suspectus.* Probat Schneiderus *Eclog. phys.* IX, 8. — Aliam explicationem phaenomeni dedit Aristoteles *Problem.* XXIII, 3: *Διὰ τί τὰ πλοῖα γέμειν δοκεῖ μᾶλλον ἐν τῷ λιμένι ἢ ἐν τῷ πελάγει· καὶ θεῖ δὲ θᾶττον ἐκ τοῦ πελάγους πρὸς τὴν γῆν, ἢ ἀπὸ γῆς εἰς τὸ πέλαγος; ἢ ὅτι τὸ πλέον ὕδωρ ἀντερείδει μᾶλλον τοῦ ὀλίγου; ἐν δὲ τῷ ὀλίγῳ δέδυκε, διὰ τὸ κρατεῖν αὐτοῦ μᾶλλον; ὠθεῖ γὰρ κάτω τὸ ὕδωρ ἄνωθεν. ἐν μὲν οὖν τῷ λιμένι, ὀλίγη ἐστὶν ἡ θάλασσα, ἐν δὲ τῷ πελάγει βαθεῖα. ὥστε καὶ ἄγειν πλέον δόξει ἐν τῷ λιμένι καὶ κινήσεται χαλεπώτερον, διὰ τὸ δεδοκέναι μᾶλλον, καὶ ἧττον ἀντερείδειν τὸ ὕδωρ· ἐν τῷ πελάγει δὲ τοὐναντία τούτων ἐστίν.*

38. *τὸ παχύτερον εἶναι* addito articulo E. F. Alex. Cam. P. S. Cas. Duo codices illi omittunt etiam *τινος*. — Alii alia eius modi experimenta commendaverunt. Ita Columella *de re rustic.* XII, 6, 2: *Est et aliud muriae maturae experimentum. Nam ubi dulcem caseum demiseris in eum, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit, maturam.* Idem experimentum habet Cato c. 88. Ovum sicuti Aristoteles iniiciunt Galenus *de simpl. medic. facult.* libr. IV.

Geoponic. XX, 46. p. 1273 ed. Niclas: ἅλμης στακτῆς δεδοκιμασμένης οὕτως ὡς ᾠὸν ἐμβληθὲν ἐπιπλεῖν· ἐὰν δὲ βυθίζηται, οὔπω ἔχει ἁλὸς τὸ ἀρκοῦν. Adde Aristotel. *de insomniis* c. 3. ὥσπερ οἱ πεπλασμένοι βάτραχοι οἱ ἀνιόντες ἐν τῷ ὕδατι τηκομένου τοῦ ἁλός. — ἔχει post σωματῶδες ponit H. omittit N. — ποιοῦσι pro δρῶσι praebet F. Chrysippus, teste Plutarcho *Quaest. Sympos.* I, 9, 1. Vol. XI. p. 46 ed. Hutten quaesivit, διὰ τί, τάριχος ἂν ἅλμῃ βρέχηται, γλυκύτερον γίνεται.

39. De lacu Asphaltite omnia congessit diligentia Beckmanni ad Antigon. Caryst. 166. p. 206 sq. Similis est Indiae fons, de quo Ctesias *Indic.* apud Phot. *Bibliothec.* p. 93 ed. Hoeschel: ὅτι κρήνη ἐν Ἰνδοῖς φησίν, ὅσον πέντε ὀργυιῶν ἡ περίμετρος, τετράγωνος δέ· ἔστι δὲ τὸ ὕδωρ ἐν πέτρᾳ: βάθος δὲ εἶναι μέχρι τοῦ ὕδατος τριῶν πηχῶν· τὸ δὲ καθ᾽ ὕδατος τριῶν ὀργυιῶν. λούονται δὲ ἐν αὐτῷ οἱ ἐπισημότατοι τῶν Ἰνδῶν καὶ ἄνδρες καὶ παῖδες καὶ γυναῖκες. κολυμβῶσι δὲ ἐπὶ πόδας ῥίπτοντες ἑαυτούς· ὅταν δὲ εἰσπηδῶσιν, ἐκβάλλει αὐτοὺς τὸ ὕδωρ ἄνω. οὐκ ἀνθρώπους δὲ μόνον ἀναρρίπτει, ἀλλὰ καὶ ἄλλο, ὅ,τι ἂν ᾖ ζῷον ἐκρίπτει εἰς τὸ ξηρὸν καὶ ζῶν καὶ τεθνηκός· καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ ἐμβαλλόμενα, πλὴν σιδήρου καὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου· ταῦτα δὲ δέχεται κάτω. ἔστι δὲ τὸ ὕδωρ πάνυ ψυχρὸν καὶ ἡδὺ πιεῖν. Postrema Aristotelicae theoriae repugnant. At haec non est causa, cur notitiam illam in suos usus non convertit Aristoteles, sed quia exiguam fidem tribuit Ctesiae. Cfr. *Hist. animal.* III, 17, 22: ψευδὲς δ᾽ ἐστὶ καὶ ὅπερ Κτησίας γέγραφε περὶ τῆς γονῆς τῶν ἐλεφάντων. *de generat. animal.* II, 2: Κτησίας γὰρ ὁ Κνίδιος, ἃ περὶ τοῦ σπέρματος τῶν ἐλεφάντων εἴρηκε, φανερός ἐστιν ἐψευσμένος. *Hist. animal.* VIII, 27, 3. Κτησίας οὐκ ὢν ἀξιόπιστος. — ἐμβάλλῃ pro ἐμβάλῃ H. Alex. A. Cam. P. S. Cas. — κατά ante τοῦ ὕδατος omittit F. — τι post εἴη addunt H. N. — μικράν pro πικράν Cam., qui mox pro ἰχθύν scribit ἰχθῦν. ut et P. — ῥύπτειν pro ῥίπτειν exhibet N.

40. κα pro eo, quod est in initio καί E., quod prorsus omit-

tit F. — De Chaoniae fonte obiter Antigonus Carystius c. 158: ἐκ δὲ τῆς περὶ Χαονίαν, ὅταν ἀφεψηθῇ τὸ ὕδωρ, ἅλας γίνεσθαι. Plin. *Histor. natur.* XXXI, 39: *In Chaonia excoquunt aquam ex fonte, refrigerandoque salem faciunt inertem nec candidum.*

41. οἱ ἐκεῖ cfr. ad I, 13, 15. — Ἡρακλέος N. — ἐκ ante τῆς Ἐρυθείας omittit E., in quo et in codice F. deest etiam articulus. Ἐριθείας F. Alex. A. Εὐρυσθέως Olymp. prorsus inepte. — De fabula cfr. Niclas ad Aristotel. *de mirabilib. auscultat.* p. 298 sq. ed. Beckmann, Meineke ad Euphorion. p. 148 et quos laudant Heyne ad Apollodor. II, 5, 10. Bernhardy ad Dionys. Perieget. p. 926. Intelligendam esse de Erythia Epirotica, quamvis certum sit plures auctores de Iberica cogitasse, veluti Plin. *Histor. nat.* V, 22, patet ex Antonino Liberali c. 4: ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἀπεδείκνυεν Ἀμβρακίαν τε καὶ τὴν σύμπασαν Ἤπειρον οὖσαν ἑαυτοῦ. πολεμήσαντας γὰρ αὐτῷ Κελτοὺς (qui dubitationem mihi movent) καὶ Χάονας καὶ Θεσπρώτους καὶ σύμπαντας Ἠπειρώτας ὑπ᾽ αὐτοῦ κρατηθῆναι, ὅτι τὰς Γηρυόνου βοῦς συνελθόντες ἀφελέσθαι (quod iterum corruptum esse vix dubito). — Deinde ἀποτμίσῃ pro ἀπατμίσῃ F. Nostris cogitationibus magis foret consentaneum, si legeretur ὅταν ἀπενεχθῇ τὸ θερμὸν ἅμα τῷ ὑγρῷ, sed cave ne quid emendes. cfr. *Meteorol. veter. Gr. et Rom.* IV, 14. p. 93. — Nivem cum spuma comparavit Aristoteles *de generat. animal.* II, 2. p. 735, b: unde patet, quid sibi velit epitheton χαῦνοι. — De structura: γίνεται ἅλες cfr. Hippocrat. *de aëre, aq. et locis* §. 43. p. 36 ed. Coray: τὸ μὲν γὰρ ἁλμυρὸν λείπεται αὐτέου ὑπὸ πάχεος καὶ βάρεος καὶ γίνεται ἅλες, τὸ δὲ λεπτότατον ὁ ἥλιος ἀναρπάζει ὑπὸ κουφότητος.

42. τε pro δέ H. N. — Quod sequitur τε omittunt E. A. Cas. P. qui mox exhibet ἡδύνουσιν. — Καὶ ἐν Ὀμβρικοῖς δὲ τοιοῦτόν τε ἕτερον γίγνεται mutato verborum ordine F. — Totum hunc locum monente Schneidero *Eclog. phys.* Tom. II. p. 87 excerpsit Michael Psellus διδασκαλ. παντοδαπῇ apud Fabricium *Biblioth. gr.* Tom. V. p. 170:

καὶ ἐν Ὀμβρικοῖς χώρα ἐστὶν ἰλυώδης, ἐν ᾗ κάλαμοι καὶ σχοῖνοι γίνονται πλεῖστοι. τούτων καίοντες οἱ τῆς χώρας καὶ ἀποτεφροῦντες καὶ τὴν τέφραν εἰς ὕδωρ ἀφέψοντες τὸ ἐπιπαγὲν ἅλας εὑρίσκουσι. Monet deinde Schneider: *Hier ist aber vom vegetabilischen Laugensalze die Rede, welches vom gemeinen Küchensalze sehr verschieden ist. Auf jenes passt nur die Hypothese des Aristoteles von dem ersten Ursprunge der salzigen Flüsse und Quellen vom Feuer.* Huc denique pertinet locus Plinii *Histor. natur.* XXXI, 40: *Quicunque ligno fit sal, niger est. Apud Theophrastum invenio, Umbros arundinis et iunci cinerem decoquere aqua solitos, donec exiguum superesset humoris.*

43. *κάλαμοι* pro *κάλαμος* H. N. et Michael Psellus paulo ante laudatus. — *τοῦτον* pro *τούτων* P., qui cum codice N. omisit *οὖν*. — *κατακαίουσι* pro *κατακάουσι* E. F. N. P. cfr. ad I, 4, 1. — *ἐμβάλλοντες* pro *ἐμβαλόντες* H. N. Alex. Cam. P. S. Cas. — *λείπωσι* pro *λίπωσι* N. — *τι μέρος τοῦ ὕδατος* addito *μέρος* F. H. N. *γρ.* Cas. cfr. §. 41.

44. *ποταμῶν ἁλμυρὰ ῥεύματα* mutato ordine F. — *ποτὲ θερμά* F. *θερμά τε* E. — *ἠθοῦνται* scripsimus cum E. Omnes reliqui, scripti et editi, *διηθοῦνται* et ita etiam B. — De re cfr. IV, 11: *δῆλον ὅτι πάντα τὰ σώματα ὅσα ἑκατέρου ἁπλῶς τοῦ στοιχείου, ψυχρὰ μᾶλλόν ἐστιν, ἂν μὴ ἔχῃ ἀλλοτρίαν θερμότητα, οἷον τὸ ζέον ὕδωρ, ἢ τὸ διὰ τέφρας ἠθούμενον. καὶ γὰρ τοῦτο ἔχει τὴν ἐκ τῆς τέφρας θερμότητα. ἐν ἅπασι γάρ ἐστι θερμότης ἢ πλείων ἢ ἐλάττων τοῖς πεπυρωμένοις.* Inde Theophrastus *de caus. plant.* II, 5, 1. p. 399: *ὅσα μὲν οὖν (ὕδατα) θερμὰ καὶ νιτρώδη καὶ στυπτηριώδη καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος χυμός* . . . . . unde patet eum omnes eius modi aquas calidas censuisse, cum calor ad saporum genera non pertineat.

45. *τε* pro *δέ* N. — *πολλαχῇ* pro *πολλαχοῦ* F. *γρ.* Cas. — *μυχούς* pro *χυμούς* N. — *καὶ* ante *κρῆναι*, quod omnes reliqui cum B. praebent, omittunt E. Alex. A. quibuscum nos fecimus. — Denique *γρ. καὶ χροῶν καὶ χυμῶν* Cas. quae V. L. ex Bas. petita est. — *τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον* cfr. ad I, 4, 1. — De aquis *χυμούς* habentibus cfr. Aristotelem *de sensu et sensili*

c. 4. p. 440, a, eiusdemque fragmentum apud Stobaeum *Eclog. phys.* I, 42. p. 636 sqq. Heeren suspicatur desumtum id esse a Stobaeo ex libris tribus, quos Stagiritam de elementis conscripsisse refert Diogenes Laërtius V, 23. p. 281. Quibus de libris, quid sit censendum, patet ex Galeno *de element. secund. Hippocrat.* I, 9. Tom. I. p. 487 ed. Kühn (III. p. 24. ed. Charterii): *Ἀριστοτέλει δ' ἔν τε τοῖς περὶ οὐρανοῦ καὶ τοῖς περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς ὁ περὶ τῶν στοιχείων λόγος ἐξείργασται, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ τῆς οὐσίας λόγοις Χρυσίππῳ· ἀλλ' οὐδὲ τούτων οὐδέτερος ἐπιγράφει τὰ βιβλία περὶ στοιχείων.* Quo loco nondum usos esse miror viros doctos in quaestione hac diiudicanda. Cum igitur Aristoteles *de sensu* c. 4. p. 444, b: *ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ στοιχείων* dicat, quo ex loco Heerenii fluxisse videtur coniectura de illius fragmenti probabili origine, non se librum de elementis composuisse innuit, sed ad illa respicit, quae exponuntur *de generat. et corrupt.* II, 2—3. Eodem modo docuit Petit *Observat. Miscellan.* IV, 9 librum *περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων*, toties in *Metaph.* ab ipso Arist. et a Diog. V, 23. p. 281 laudatum, nullum esse alium, nisi quintum *Metaphysicorum.* Sed de Categoriis melius interpretatur Ritter *Gesch. der Philos.* Vol. III. p. 25. not. 2. Librum, quem laudat Diogen. Laërt. V, 22: *περὶ τοῦ πάσχειν ἢ τοῦ πεπονθέναι* docuit Ionsius inscriptionem nactum esse ex loco *de generat. animal.* IV, 3. p. 768, b: *εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ τοῦ πάσχειν διωρισμένοις, ἐν ποίοις ὑπάρχει τῶν ὄντων τὸ ποιεῖν ἢ τὸ πάσχειν*, ubi tamen respicit tantum ad *de generat. et corrupt.* I, 6. Neque singularem *περὶ φιλίας* scripsisse videtur Aristoteles, quod vult Diogenes l. l. cum rem fuse *Ethic. Nicom.* libris octavo et nono (cfr. *Magn. Moral.* II, 11 usque ad fin. *Eudem.* VII, 1—15. *Rhetor.* II, 4) tractaverit. Etiam librum *περὶ εὑρημάτων*, quemadmodum vulgo dicere solent, non conscripsit philosophus. Ex verbis enim Clementis Alexandrini *Stromat.* I. p. 225, quae in suam rem convertit, etsi insigniter mutilata et truncata Eusebius *Praeparat. Evangel.* X, 6. p. 476, C: *Σκόμμων μὲν*

οὖν ὁ Μιτυληναῖος καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐρέσιος (male apud Vigerum ὁ Ἐφέσιος), Κύδιππός τε ὁ Μαντινεύς, ἔτι δὲ (male τε) Ἀντιφάνης καὶ Ἀριστόδημος καὶ Ἀριστοτέλης, πρὸς τούτοις δὲ Φιλοστέφανος, ἀλλὰ καὶ Στράτων ὁ Περιπατητικὸς ἐν τοῖς περὶ εὑρημάτων, ταῦτα ἱστόρησαν, nihil aliud elucere mihi videtur, nisi Stratonem *de rerum inventionibus* opus condidisse, quamquam Theophrastus eadem de re scripsisse videtur, unde sua hausit fortasse Plinius *Histor. nat.* VII, 56, 57. De *matrimonio* librum scripsisse Aristotelem, auctor est Hieronymus *adv. Iovinian.* libr. I. (verba reperiuntur apud Ruhkopf ad Senec. Vol. V. p. 446), quod nescio an spectet ad *de re publ.* VII, 16, ubi longa de matrimonio disputatio; uti liber περὶ παιδείας ἢ παιδευτικόν (ita cod. Reg. apud Menag. Tom. II. p. 193) α', qui laudatur Diogeni Laërtio V, 22. p. 280. nullus est alius, nisi *Polit.* VIII. — Pari iure dubitare licet, num librum de ventis composuerit, quem laudat Achilles Tatius *Isagog. in Arat.* c. 33. p. 91. qui nescio an ex male intellectis Posidonii apud Strabonem I. p. 51 B. verbis originem ceperit his: φησὶ δὲ Ποσειδώνιος, μηδένα οὕτως παραδεδωκέναι τοὺς ἀνέμους τῶν γνωρίμων περὶ ταῦτα, οἷον Ἀριστοτέλης Τιμοσθένη, Βίωνα τὸν ἀστρόλογον, ubi respicit ad *Meteor.* II, 4 — 6. Librum περὶ χυμῶν commenti sunt Alexander et Olympiodorus, qua de re cfr. ad Excerpt. II, 3, 32. Huc pertinet, quem Diogenes V, 23. p. 281 laudat, liber περὶ κινήσεως, cuius inscriptio vereor ne ex verbis Aristotelis male intellectis sit petita his (*Ethic. Nicom.* X, 3. p. 1174, b): δι' ἀκριβείας μὲν οὖν περὶ κινήσεως ἐν ἄλλοις εἴρηται, quibus aperte respicit librum quintum physicae auscultationis. Male Eustratius ad illum locum: ἤτοι τῷ ἕκτῳ καὶ ἑβδόμῳ καὶ ὀγδόῳ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως. Cfr. ad Excerpt. I, 10, 4. et adde *de cael.* I, 5. p. 272, a. I, 7. p. 275, a. III, 1. p. 299, a. III, 4. p. 303, a. *de sens.* 6. p. 445, b. Cfr. denique Ritter l.l. p. 21. not. 1. — Ad fragmentum illud, quod multum valet in nostri loci explicatione, post tantam digressionem revertamur, ingenue profitentes, nos nescire, unde haustum esse queat, nisi fortasse fragmentum sit ex

ampliore illa Meteorologicorum editione, quam suspicati sumus, aut ex Theophrasteo περὶ ὑδάτων libro petitum, ex quo fragmentum servavit Athenaeus II. p. 158 sq. ed. Schweighaeuser. Fragmenti autem illius verba haec sunt: *Τὰς δὲ τῶν ὑδάτων δυνάμεις, καὶ τοὺς χυλούς, καὶ τὰς ἄλλας πάσας ποιότητας, ὡς εἰπεῖν συλλαβόντι, γίνεσθαι παρὰ τρεῖς αἰτίας. Ἢ γὰρ παρὰ τὴν τῆς γῆς διαφοράν· ἐν οἵᾳ γὰρ ἂν ἕκαστον ᾖ καὶ δι' ἧς* (ἣν Heeren) *ἂν ῥέῃ, τοιοῦτον ἴσχειν τὸν χυλόν, οἷον ἁλυκόν, ἢ νιτρῶδες, ἢ πικρόν, ἢ τῶν ἄλλων ὁποιονοῦν· ἢ παρὰ τὴν τῆς καπνώδους καὶ πυρώδους ἀναθυμιάσεως μῖξιν. Ἀπολίθωσιν γὰρ καὶ πῆξιν ἁλῶν καὶ νίτρων, ἔτι δὲ* (τε H.) *βαρύτητας καὶ κουφότητας καὶ παχύτητας καὶ λεπτότητας καὶ τὰς ἄλλας δυνάμεις ἀπεργάζεσθαι καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ καπνώδους μῖξιν. ἢ παρὰ τὸν ἀέρα· θερμότητας γὰρ καὶ ψυχρότητας καὶ παρὰ* [*τοῦτον καὶ παρὰ*] *τὴν γῆν μὲν γίνεσθαι, δι' οἵας ἂν ῥέῃ καὶ ἐν οἵᾳ γίνεται. Θερμὰ μὲν γὰρ τὴν κατακεκαυμένην καὶ ξηρὰν καὶ τὴν σφαλτώδη ποιεῖν. ψυχρὰ δέ, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, τοὺς ναματιαίους, ὡς δὲ καθέκαστα τοὺς κατὰ βάθους, ὡς ἐπίπαν, ὥσπερ καὶ τὰ ἐν τοῖς μετάλλοις· πόρρω γὰρ τοῦ ἡλίου, πλὴν ἐὰν πυρώδης ὁ τόπος ᾖ. Δεῖ γὰρ ἀφεστάναι τῶν θερμῶν τά τ' ἐν τῷ ἀέρι καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ καὶ τὰ ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, διά τε τὰ πνεύματα καὶ μάλιστα διὰ τὴν τοῦ ἀέρος ψυχρότητα. Καὶ ἐν τοῖς συσκίοις καὶ πνευματώδεσι· ψύχεται γὰρ ὑπ' ἀμφοτέρων· διὸ καὶ κοπέντων δένδρων ἔνια θερμὰ γίνεσθαι. Καὶ τὰ διαπνοὰς ἔχοντα φαραγγώδεις καὶ ὑπάντρους· τὸ γὰρ πνεῦμα διαυλωνίζον ταύτῃ ψύχει καθάπερ ἐν τοῖς λάκκοις. Καὶ τὰ διὰ πάγους ῥέοντα καὶ ἐνίκμου· ψυχρὸν γὰρ ὁ λίθος, καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον ὁ τοιοῦτος ἡδύς, τοσούτῳ γλυκύτερον καὶ τὸ ὕδωρ* (ita ex coniectura lacunam supplevit Heeren, quam, ne mancum proferrem locum, recepi). *Ὥσπερ οὖν γλυκὺ πᾶν ὕδωρ, οὕτω καὶ ψυχρόν. Οἰκεῖα γὰρ ἄμφω τῆς φύσεως, ἡ θερμότης καὶ ἡ τῶν χυλῶν ποιότης γένοιτ' ἂν ἀφ' ἑτέρων. Συμβαίνει οὖν καὶ ἐκ τοῦ λόγου τούτου μὴ εἶναι τοῦ ὕδατος καθ' ἑαυτὸ διαφοράν, ἀλλὰ ταῖς ἄλλων δυνάμεσι διαφέρειν, εἴπερ τὰ μὲν γῆν, τὰ δὲ τὸ πῦρ, τὰ δὲ τὸν ἀέρα ποιεῖν συμβέβηκεν.*

46. *στιπτηρίας* N. Beckm. *Beitr.* II. p. 92—108. Sprengel ad Diosc. II. p. 649 sq. — *δι' ὧν καὶ τὰ διηθούμενα* exhibet F. qui deinceps verba *ἐν τῇ Σικανικῇ* in margine exhibet. *Σικάνῃ* praebent H .N. Est autem regio circa Agrigentum. cfr. Steph. Byzant. p. 599 ibique Interpp. Schweighaeuser *Animadvers.* in Athen. Tom. I. p. 303. De fonte cfr. Antig. Caryst. c. 154: *Λύκον δὲ τὸν Ῥηγῖνον λέγειν τὴν μὲν ἐν τῇ Σικανῶν χώρᾳ φέρειν ὄξος, ᾧπερ ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων χρῶνται.* Theophrast. apud Athen. *Deipnosoph.* II. p. 162 Schw.: *πολλαχοῦ δ' εἰσὶ κρῆναι αἱ μὲν ποτιμώτεραι καὶ οἰνωδέστεραι. ὡς ἡ περὶ Παφλαγονίαν, πρὸς ἥν φησι τοὺς ἐγχωρίους ὑποπίνειν προσιόντας. ἁλμώδεις δ' ἅμα τῷ ὀξεῖ ἐν Σικανοῖς τῆς Σικελίας.* Prioris fontis meminit etiam Vitruvius VIII, 3 extr.: *Sunt etiam fontes, ut vino mixti: quemadmodum unus est Paphlagoniae, ex quo etiam sine vino potantes fiunt temulenti.* Adde Plin. *Histor. natur.* II, 106: *Lyncestis aqua, quae vocatur acidula, vini modo temulentos facit. Item in Paphlagonia et in agro Caleno.*

47. *Λύγκην* pro *Λύγκον* F. Est regio et urbs Epiri. cfr. Strabon. VII. p. 503 B. Stephan. Byzantin. *Λύγκος, πόλις Ἠπείρου· τὸ ἐθνικὸν Λυγκησταί.* De fonte vide Callimach. apud Antigon. Caryst. c. 180. p. 122: *Ἐν δὲ Λυγκησταῖς Θεόπομπον φάσκειν τι εἶναι ὕδωρ ὀξύ· τοὺς δὲ ἐκ τούτου πίνοντας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν οἴνων, ἀλλοιοῦσθαι. καὶ τοῦθ' ὑπὸ πλειόνων μαρτυρεῖται,* ubi Beckmannus adscripsit verba Sotionis ex *Excerptis: Θεόπομπος ἐν Λυγκηστῷ φησὶ πηγὴν εἶναι, τῇ μὲν γεύσει ὀξίζουσαν. τοὺς δὲ πίνοντας μεθύσκεσθαι, ὡς ἀπὸ οἴνου.* Adde Senec. *Quaest. nat.* III, 20, 5: *Aquae humo sulphurea vis habet quoddam acrius ex aëre noxio virus, quod mentem aut in furorem movet, aut sopore opprimit. Hoc habet mali et Lyncestius amnis:*

Quem quicunque parum moderato guttere traxit
Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

Versus sunt Ovidii *Metam.* XV, 321 sq. de eadem aqua loquentis. Similem vim tribuebant Sybari fluvio, de quo

Strabo VI. p. 404 B: ὁ μὲν οὖν Σύβαρις τοὺς πίνοντας ἵππους ἀπ᾽ αὐτοῦ πτυρτικοὺς ποιεῖ· διὸ καὶ τὰς ἀγέλας ἀπείργουσιν ἀπ᾽ αὐτοῦ. Aristotel. *de mirabil. auscult.* c. 183; Eustath. ad Dionys. Perieget. v. 373. p. 162 eadem fere verba habent. Cfr. Heyne *Opuscul. academ.* Vol. II. p. 128. Huc etiam pertinet fons in insula Naxo, de quo Ctesias *Ind.* apud Phot. *Biblioth.* p. 68 ed. Hoeschel: καὶ ἐν Νάξῳ κρήνην εἶναι, ἐξ ἧς οἶνος ἐνιότε ῥεῖ καὶ μάλα ἡδύς. — τὴν Σκυθικὴν δέ mutato verborum ordine F. De fonte isto nihil diu quaerenti mihi innotuit. — ἐμβάλλει pro εἰσβάλλει F. — δέ post ποῖοι omittunt E. N. — εἴρηται supra tamen posito γίνονται E. — εἴρηται δὲ περί addito δέ E. F. H. N. Innuere videtur librum *de sensu et sensili*, quamvis ea de re liceat idcirco dubitare, quia in illo ad Meteorologica provocat, quod suo loco monuimus. Totum locum Vicomercatus p. 108, b ita constituendum esse censuit: αἱ δὲ διαφοραὶ τούτων ἐκεῖθεν δῆλαι ἐκ τοῦ εἰδέναι, ποῖοι χυμοὶ ἐκ ποίων γίνονται κράσεων. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν χωρὶς ἐν ἄλλοις. Quod fere probaverim.

48. οὖν omittit N. — ὕδατος pro ὑδάτων F. H. N. — αἰεί pro ἀεί Cam. P. S. Cas. cfr. ad II, 2, 9. II, 3, 32. — Verba καὶ πῶς μεταβάλλουσι desunt apud Cam. P. S. Cas. — ὅσα pro ὁπόσα F. H. Denique inverso ordine, quae etiam causa est omissionis verborum, cuius modo meminimus, τίς ἡ φύσις αὐτῶν καὶ πῶς μεταβάλλουσι A. et Alex. Aldi, quibus accedit Vicomercatus.

Cap. IV.

Admiranda sane ars est Aristotelis res inter se connectendi, quae diversissimae videntur. Quae enim hucusque de fontibus, fluviis et mari, deque mutationibus disseruerat, quae terra ac mare subierunt, eae tam arcto vinculo inter se cohaerent, ut nihil ex medio tolli queat. Iam ad disputationem de ventorum origine ac natura redit, supra I, 13, 6 interruptam, quam cum antegressis ea ratione coniungit, quod eandem subesse originem dicat, quam maris salsedini. Cum vero paulo difficilior sit ven-

torum theoria, quam Aristoteles in hoc capite proposuit et in sequentibus, longe recedens illa a reliquorum virorum, qui de ventis vel obiter vel ex consilio scripsere sententiis, imo etiam a Theophrastea et ab illa, quam secutus est auctor sectionis XXVI Problematum, sive is sit ipse Aristoteles, sive alius quidem Peripateticus, fortasse Theophrastus, quicum in plurimis ad verbum tenus consentire deprehenditur*), cum denique a nemine, quantum equidem scio, satis diserte et dilucide tractata sit haec quaestio, ut non pluribus locis sibi contradicere videatur Aristoteles, age retractemus ista, quae exposuimus *Meteorol. veter. Gr. et Rom.* III, 11. p. 55 — 58, et solis Meteorologicorum insistentes libris, quid voluerit Aristoteles exponamus. Pauca iam huc pertinentia praemisimus capiti decimo tertio primi libri.

Ordiamur a verbis I, 4: *θερμαινομένης τῆς γῆς ὑπὸ τοῦ ἡλίου τὴν ἀναθυμίασιν ἀναγκαῖον γίνεσθαι μὴ ἁπλῆν — ἀλλὰ διπλῆν, τὴν μὲν τοῦ ἐν τῇ γῇ καὶ ἐπὶ τῇ γῇ ὑγροῦ ἀτμιδώδη, τὴν δ' αὐτῆς τῆς γῆς οὔσης ξηρᾶς καπνώδη, καὶ τούτων τὴν μὲν πνευματώδη ἐπιπολάζειν διὰ τὴν κουφότητα, τὴν δ' ὑγροτέραν ὑφίστασθαι διὰ τὸ βάρος*, quae fundamentum sunt theoriae ventorum Aristotelicae. Sol igitur cum loco cuidam appropinquatur, vi caloris humores sursum tolluntur in forma vaporum: cum rursus abscedit, refrigeratione vapor humidus liquida sub forma ad terram redit. Inde crebri imbres nocturni et hyemales, rariores diurni et aestivi. Eadem ratione et vi caloris in ipsa terra existentis, siccus etiam vapor provocatur

*) Quam coniecturam iamiam proposuit Vicomercatus in explicatione verborum II, 5, 4. p. 116, b: *Idem vero de Orionis ortu in Problematibus legitur*, *nempe autumno ineunte exoriri*, *ob eamque causam*, *cum sit in temporis mutatione*, *difficilem esse et turbulentum. Ex quo et aliis multis eius generis coniici potest, problemata illa Theophrasti potius*, *quam Aristotelis esse*, *cum praesertim omnia fere*, *quae de ventis in illis traduntur*, *apud Theophrastum in libro de ventis ad verbum legantur, aut si Theophrasti non sint, ab aliquo ex eius et Aristotelis libris esse consarcinata.* Obstare tamen videtur locus II, 6, 1. cfr. ad I, 3, 17.

sed minore copia (ἡ μὲν ὑγροῦ πλέον ἔχουσα πλῆθος ἀναθυμίασις); posterior ventorum fons est atque origo, prior omnis aquae ex aëre ad terram delabentis.

Aër inferiorum aëris stratorum, earum scilicet regionum, quae ad summa usque montium cacumina sese protendunt, ab Aristotele κατ' ἐξοχήν vocatus ἀήρ (cfr. I, 3) ex utroque illo vapore constat. Inde cum humidus vapor sit ὑγρὸς καὶ ψυχρός, utpote ex aqua progenitus: siccus contra θερμὸς καὶ ξηρός (ἔστι γὰρ οἷον πῦρ), hic aër est ὑγρὸς καὶ θερμός. Calor enim praevalet, cum illud ἀνάγον πῦρ accedat et ita frigus (ψυχρότητα) exsulat.

Utrumque vaporem et aquae ex aëre delabentis et ventorum esse causam, patere dicit Aristoteles ex singulorum locorum meteorologica conditione, quia ubi humidi potissimum vapores generantur, imbres frequentissimi, ubi sicci venti validissimi reperiuntur: elucere etiam inde, quod alii anni sicci et ventosi, alii humidi sint ac pluviosi. Aliud argumentum pro veritate suae theoriae Aristoteles ex singulari distributione humiditatis et ariditatis in locis vicinis una eademque temporis periodo repetit: nam si sol solus esset in causa huius phaenomeni, et unicum ὑποκείμενον aër, necesse fore, ut illa loca, quae versus solem eundem habent situm, eandem etiam haberent conditionem, eodemque tempore essent aut humida aut sicca. Accedere, ut ita dicam, polaricam oppositionem utrumque inter vaporem, de qua cfr. II, 4, 14: καὶ αὐτοῦ δὲ τούτου αἴτιον τὸ ἑκατέραν μεταπίπτειν εἰς τὴν τῆς ἐχομένης χώρας ἀναθυμίασιν, οἷον ἡ μὲν ξηρὰ κατὰ τὴν οἰκείαν ῥεῖ χώραν, ἡ δ' ὑγρὰ πρὸς τὴν γειτνιῶσαν, ἢ καὶ εἰς τῶν πόρρω τινὰ τόπον ἀπεώσθη ὑπὸ πνευμάτων, ὁτὲ δ' αὕτη μὲν ἔμεινεν, ἡ δ' ἐναντία ταὐτὸν ἐποίησεν. Quam polaricam oppositionem (ἀντιπερίστασιν vocarunt Peripatetici) omnino in explicationibus amasse Aristotelem saepenumero iam observavimus. Cfr. *Meteorol. vet. Gr. et Rom. Introd. not.* 21. p. 9 sqq. Comparat phaenomena huc pertinentia cum corporis humani facultatibus, ut saepenumero facere solet (imprimis II, 8) in hisce disquisitionibus: post ipsum autem prae caeteris fecere Stoici, cuius rei innumera

exempla apud Senecam reperimus. Argumentum eius modi *ἀντιπεριστάσεως* est Aristoteli quod post imbres delapsos venti spirare, post ventorum flatus imbres delabi solent. Est igitur ipsius alteriusutrius phaenomeni initium quasi victoria alterius vaporis de altero reportata. Processus iam sequenti fit ratione, qua in explicanda, signo $+v$ siccum vaporem et $-v$ humidum indicare volumus. Pluvia decidit: solis radii et calor terrenus provocant et $+v$ et $-v$. Prior *κατ' ἀντιπερίστασιν* a posteriore sursum pellitur ad superiores atmosphaerae regiones, unde in his siccus vapor idcircoque venti obtinent (*κατέχουσι),* qui inde defluunt, unde simul obliqua ventorum directio explicatur. Cum vero calor indesinenter sursum tollatur, fons caloris denique desinit: incipit frigus, $-v$ condensatur et fit pluvia. Aër refrigeratur ideoque etiam $+v$, illud *σῶμα τῶν ἀνέμων,* condensatur et tamquam ventus ad terram redit. Quo plus aquae ad terram relabitur, eo plus sicci humoris procreatur, eadem ratione, qua eo copiosior fumus in lignorum exustione fit, quo humidius est. Est igitur definitio venti secundum Aristotelem haec: *ἄνεμός ἐστι πλῆθός τι τῆς εἰς γῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως κινούμενον περὶ τὴν γῆν;* superiores aëris regiones circa terram perpetua revolutione circumlatae efficiunt *ἀρχὴν κινήσεως*, et siccus vapor ex terra procreatus *τὸ σῶμα τῆς κινήσεως* sive *τὸ κινούμενον.* Denique *τὸ αἴτιον τῆς κινήσεως* est *ἀντιπερίστασις* illa vaporis humidi et sicci, quem supra *καπνόν* vocare statuerat. Aristotelis sententiam in nuce exposuit Stobaeus *Eclog. phys.* I, 23. p. 624: *Ἀριστοτέλης τῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως τὴν πρώτην ἀναφοράν· γίνεσθαι δέ ποτε τῇ ξηρᾷ πρὸς τὴν ὑγρὰν μῖξιν. Πνεῦμα μὲν οὖν ἐκ πολλῶν συνιουσῶν ἀναθυμιάσεων, τὸν γὰρ ἄνεμον εἶναι ξηρᾶς ἀναδόσεως πλῆθος κινούμενον ἐπὶ γῆν.* Sed iam ad singula transeamus.

1. *λέγομεν* pro *λέγωμεν* E. N. — *λαβόντες ἄλλην ἀρχήν* addito *ἄλλην* H. N. — Iisdem fere verbis supra usus est II, 3, 19. *εἴδη δύο* inverso ordine H. N. — De re cfr. ad I, 4, 3. — *ὅλον μέν* scripsimus cum E. cum reliqui codd. et editiones praebeant *μὲν ὅλον.* — *τὸ* pro *τῷ*, quod deinde sequitur, exhibet N.

ἀναξίω pro *ἀνάγκῃ* N. ut supra II, 3, 33. — *αὐτόν* pro *αὐτήν* idem codex N.

2. *δ᾽ ὅτε* pro *δ᾽ οὔτε* N. — Inverso ordine *τὸ ξηρὸν ἄνευ τοῦ ὑγροῦ οὔτε τὸ ὑγρὸν ἄνευ τοῦ ξηροῦ* H. N. — *ἀλλὰ καί* pro simplici *ἀλλά* cfr. V. L. ad §. 11. — *ταῦτα πάντα* mutato ordine F. N.

3. *δέ* pro *δή* P. S. Cas. perperam; verte igitur. *δή· οὖν. συνδεσμός* Hesychius Tom. I. col. 924. Ernesti ad Homer. *Iliad.* η', 155. Inde *δή notat saepenumero, ad institutum terminum, quo contenderat, deductam esse orationem. Hic particulae usus maxime apparet, quoties quis altius repetito primordio, ad rem ipsam, quam explicare aut narrare proposuerat, accedit quasi spiritu erumpente.* Quae verba sunt Hoogeveeni *Doctrin. Particul. Ling. Graec.* Tom. I. p. 291 laudata Schaefero *Meletem. critic.* p. 3. — *διὰ τὴν ψύξιν* refer ad *συνισταμένης*, non ad *πορρωτέρω γινομένου*. — *λανθάνει* pro *λανθάνειν* Cas. sed est literae vacuum spatium. — *τὸ δὲ κατιόν* H. N. Cam. male. cfr. ad §. 11.

4. *τε* ante *τῇ γῇ* omittunt F. N. P. — *ἀλλά* omisit E.

5. *διπλῆς* pro *διττῆς* F. H. N. P. Cas. — *ἀναγκαῖον γίγνεσθαι ἅμα* addito *ἅμα* H. quem deinde ordinem invertit N. cum exhibeat *γίγνεσθαι ἅμα ἀναγκαῖον*. — *πλέονος* pro *πλέον* E. — *ἀναθυμίασις ὕλη ἀρχή* addito *ὕλη*, quod explicationis gratia vocabulo *ἀρχή* erat adscriptum N. — *ἐστιν* post *ὕδατος* omittit F. — *ὥσπερ εἴρηται πρότερον* I, 9.

6. *τὸ ἐξ αὐτῶν*, addito articulo E., qui mox verba *τῶν ἔργων* omittit. — *ταῦτα πάντα ποιεῖν* F. Cam. addito *πάντα*, quod deinde uncis incluserunt P. Cas. — *ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστι* adiecto *καί* H. Cam. P. Cas. cfr. V. L. ad §. 2.

7. *ἐπειδή* pro *ἐπεὶ δ᾽* F. H. *ἐπεὶ δ᾽ ἑκατέρας ἕτερον τὸ εἶδος* inverso ordine Olymp. fol. 38, a. cfr. *Problem.* I, 2: *ἢ ὅτι ἐναντία ἀλλήλοις τὰ μὲν νόσον ποιοῦντα, εἰς τὸ μέσον ἄγει θάτερον ἑκατέρου*; — Verba *ἥ τε ἀνέμου* (omisso *τοῦ*, uti etiam in F. et H.) *φύσις* ante *οὐχ ἡ αὐτή ἐστιν* ponit N. — *τινὲς λέγουσι* cfr. I, 13, 2. — Metrodori Chii sententiam de ventis huc pertinentem servavit Plutarchus *Plac. philos.*

III, 7. p. 84. Cors.: *Μητρόδωρος ὑδατώδους ἀναθυμιάσεως δια τὴν ἡλιακὴν ἔκκαυσιν γίνεσθαι ὁρμὴν πνευμάτων θείων.* — *μέν* post *κινούμενον* omittit F.

8. *ὁ μὲν οὖν ἀήρ* sc. *ὁ περὶ τὴν γῆν.* — *ὅπερ* (pro *καθάπερ*) *ἐν τοῖς πρὸ τούτων λόγοις εἰρήκαμεν* (cfr. I, 3, 15), *ὕδωρ γίνεσθαι ἐκ τούτων* Olymp. fol. 38, a. — *καὶ ὑγρὸν καὶ ψυχρόν* Ol. — Idem Olympiodorus adnotat: *τινὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχει τὴν ἀτμίδα ὡς ὕδωρ ἢ* (lege *μὴ*) *θερμανθέν, τινὰ δ' ὡς ὕδωρ θερμανθέν*, quarum lectionum ipse posteriorem probavit, cum dicat: *ὑγρὰ δὲ καὶ θερμή ἐστι κατὰ συμβεβηκός· ἐπειδὴ ἐπίκτητον ἔχει τὴν θερμασίαν, ὥσπερ ὕδωρ θερμανθέν.* Bag. vertit sicut aqua non calefacta. — *συμβόλου* pro *συμβόλων* F. — *συνίσταται* pro *συνίσταιτο ἂν* F. H. N. P. S. Cas. — *ὁ ἄνω ἀήρ* F. H. N. Olymp. addito *ἄνω.* — *θερμὸς καὶ ὑγρός* inverso ordine F.

9. Iuvat adscribere Vicomercati disputationem p. 110, b: *Antequam eorum (qui aërem, quamquam aliter et aliter affectum) et ventum et pluviam esse voluerunt, sententiam refellat, docet eum cum utroque aliquid quidem affinitatis habere, quandoquidem ex utraque exhalatione oritur, quarum una pluviae, altera venti materia est, non tamen propterea illa esse, quae posterior pars in verbis deest, aut quia concise Aristoteles locutus sit, aut quod scriptorum incuria exciderit: alioqui facile non est, ea, quae nunc de aëre dicuntur, ad hunc de ventis locum accommodare, nec ullus interpretum ea recte exposuit. Illud vero deesse, nempe aërem nec ventum esse nec pluviam, illudque praesertim, inde etiam colligitur, quod statim subiicet, quibus in verbis ratio afferetur, probans aërem, cum movetur, ventum non esse. Inquit autem in interioribus dictum esse, aërem ex duplici exhalatione constare, quem locum ad libros de ortu et interitu Alexander refert. Sed in illis aërem quidem humidum et calidum esse dixit, itemque unum elementum ex duobus oriri, singulis ex quoque illorum qualitatibus veluti symbolis exceptis, ex duplici autem exhalatione gigni in eis nullibi tra-*

didit. Quare probabilius est, primum huius operis librum intellexisse, in cuius initio, cum elementorum inter se ordo et situs doceretur, dictum est, eius, quod a nobis nuncupatur aër, partem eam, quae terrae proxima est, quia vaporibus referta sit, et adspirationem terrae habeat, calidam et humidam esse. Quo in loco perspicuum est, aëris calorem et humorem ad vaporem et exhalationem terrae referri: quod perinde est, ac si dixisset, aërem ex utraque exhalatione, humida et sicca constitui: quemadmodum nunc docet. Sed quaestio est de vapore, quam caeteri quoque interpretes attulerunt, quonam modo frigidus hoc in loco statuatur, qui in priori libro calidus positus est. An vero, quemadmodum in priori libro dictum est, vapor tum frigidus, tum calidus dici potest? Frigidus quidem subiecto et materia, vel, ut hic dicitur, suapte natura, quoniam aqueus est, et ex aqua adscendit: calidus vero, quod vi caloris adscendat, qui nisi calefieret, adscendere non posset. Sed tum quaestio de exhalatione sicca et calida existit, quae, quoniam ex terra emittitur, frigida suapte natura, ut terra, hoc modo diceretur, quae tamen perpetuo calida dicitur. An haec quoque frigida, non secus ac quae humida est, suapte natura dici potest, ob eamque causam refrigerari interdum in progressu concedetur? Calida tamen plurimum dicitur, quoniam calorem diutius retinet, nec tam facile potest refrigerari, utpote ad ignis naturam propius accedens: quod autem dicitur vaporem veluti humidum facile terminari, ex his quae in secundo de ortu et interitu de humido dicta sunt, et in quarto etiam huius operis dicentur, facile potest intelligi, siquidem traditum est, humidissimum esse quod alieno termino facile terminatur, quemadmodum siccum, quod difficile, cum hoc facile suo, illud difficile terminatur: quod quemadmodum verum sit, illis in locis explicatum est. — Haec Vicomercatus, qui poterat conferre *de partt. animal.* II, 3. Sed totam quaestionem, de qua longa etiam Accoramboni est disputatio, diiudicamus simplici observatione ad §. 8 facta, ad ὁ ἀήρ supplendum esse ὁ περὶ τὴν γῆν. Cfr. enim I, 3, 15: ἀλλὰ δεῖ

νοῆσαι τοῦ λεγομένου ὑφ᾽ ἡμῶν ἀέρος τὸ μὲν περὶ τὴν γῆν οἷον ὑγρὸν καὶ θερμὸν εἶναι διὰ τὸ ἀτμίζειν τε καὶ ἀναθυμίασιν ἔχειν γῆς. Est igitur, de quo loquitur Aristoteles, aër ille, ὅσος ἐντὸς λαμβάνεται τῆς περιφερείας τῆς ἀπαρτιζούσης, ὥστε τὴν γῆν σφαιροειδῆ εἶναι πᾶσαν I, 3, 16, ubi vide Commentar. — Caeterum nihil dilucidius, quam transponenda esse verba Aristotelis ita, ut §. 8 post §. 6 ponatur, quam deinde excipiat §. 7, ad quam spectant particulae καὶ γάρ, quibus inchoatur refutatio opinionis eorum, qui ventum commotum aërem esse censebant, concretumque pluviam. — Qualis transpositio verborum in scriptis Aristotelis etiam alibi facta est. cfr. v. c. Schneider *Cur. Poster.* ad Aristot. *Hist. anim.* IV, 1, 6. Tom. IV. p. 335 *). — Verba περὶ ἑκάστους omittit E.

---

*) Cum de emendatione per transpositionem verba fecissem, liceat obiter emendare Sophocl. *Philoctet.* v. 676 sqq. Ibi metri schema est hoc:

v. 676. ⏑ –́ ⏑ – ⏓ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – iamb. trimeter
677—679. – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ – ⏑⏑ [– – ⏑⏑] ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ [⏑]
– ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏓ – ⏑ – ⏑ – –

Quae sibi non respondent in utraque stropha, uncis significavimus. Ut autem numerus restituatur, plures ingredi possumus vias, priorem eamque sane facillimam, ut Ixionis nomen e textu eiiciamus, cum facile fieri potuisset, ut a librario quodam explicationis gratia sit additum. Sed si accuratius totius enuntiati nexum perscrutamur, eius constructionem esse hanc, facile nobis persuademus: ἐξήκουσα μέν, ἀλλ᾽ οὐκ ὄπωπα, ὡς ὁ Ζεὺς τὸν Ἰξίονα τὸν Διὸς λέκτρων πελάταν ἔλαβε δέσμιον κατ᾽ ἄμπυκα δρομάδα. Quis igitur non videt proprie scribendum fuisse Sophocli: ὡς ὁ Ζεὺς τὸν Ἰξίονα τὸν τῶν αὑτοῦ λέκτρων πελάταν ἔλαβε et vereor, ut tale anacoluthon, quale Sophoclem (et Herodotum in loco, de quo paulo post agendum) scripsisse putant, interpositorum verborum multitudine possit vindicari. Accedit, ut praetercam illud Sophoclem quotiescunque tales fabulas afferat, nomina apponere solere, auctoritas non exigua codicis Florentini γ a Dindorfio collati, in quo legitur ποτε Διός, unde perspicuum fit, librarium quendam in margine illum λέκτρων πελάταν Ἰξίονα ita explicuisse, ut nomen illius, cuius lectum incestavit, Iovis adderet, quibus verbis ποτὲ Διός nescio quis, ut strophicus et antistrophicus versus sibi responderent, interposuit articulum τῶν, quod tamen post

— *κεχυμένος* pro composito F. — *οὕτω* pro *οὗτος* F. H. Cam. Cas. qui tamen in margine *γρ. οὗτος*. — *γίνεται* post *οὗτος* omit-

---

exaratum illum Florentinum codicem factum est. Sed nondum, eiectis etiam illis verbis rem absolvimus. Aut enim in stropha vacat syllaba, aut in antistropha deest, quod posterius non esse conspicuum mihi videtur; quid enim sit addendum, cum plane integra sit sententia neque ego video neque alii fortasse videbunt, unde ad stropham redeundum est. Etsi ibi quoque nihil est, quod eiici possit, praeter voculam *δή*, explicabilem sane, tamen ne eo quidem adiuvamur, unde ad solum illud vehementius sane remedium confugiamus necesse est (de quo tamen vide, quae dicunt Hermannus ad Aristoph. *Nub.* 1309. *Opuscul.* Vol. I. p. 252. Schaefer ad Porson. Eur. *Hec.* p. 129. 130) verba transponendi et transponamus ea hoc quidem modo: *κατ' ἄμπυκα δὴ δρομάδ' ὡς λάβε δέσμιον*. Deesse posse augmentum apud tragicos, praesertim in talibus formis, quae addito syllabico augmento a nimio brevium syllabarum numero incipiant, aut totae ex illis constent, quales sunt *ἔκανες, ἐγένετο* aliaque eiusdem generis, nemo infitiatum ibit. Totum igitur locum ita legimus:

τὸν πελάταν λέκτρων Ἰξίονα
κατ' ἄμπυκα δὴ δρομάδ' ὡς λάβε δέσμιον
ὁ παγκρατὴς Κρόνου παῖς·

unde metri tale existit schema

– ⏑ ⏑ – – – ⏑⏑ – ⏑ ⏑ tetram. dactylic.

⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏕ – ⏑ – ⏑ – – tetram. dactylicus
hypercatalect. cum anacrusi, addito ithyphallico.

Iam de Herodoti loco, quem supra commemoravimus, verba faciamus (III, 48), qui Plutarcho *de malignitate Herodoti* §. 22, quocum facit Panofka *Res Samiorum* (Berolin. 1822) p. 38, gravium criminationum ansam dedit. In toto capite plura nobis vitia latere videntur. Primum pro *πρότερον* puto legendum esse *προτέρᾳ*, quamquam Plutarchus ait *ὑβρίσματος εἰς αὐτοὺς ὑπὸ Σαμίων πρότερον ὑπάρξαντος*. Cum enim amet verbum *ὑπάρχειν* loco vulgati *γίγνεσθαι* (cfr. Fischer ad Plat. *Phaedon.* 29. nr. 23) etiam h. l. *γενόμενον* mutavit in *ὑπάρξαντος*: brevitati autem studiosus loco accuratioris *γενέῃ προτέρᾳ* scripsit *πρότερον*, quod ab aliquo, qui utrumque inter se locum composuit, in Herodoti contextum illatum est. Deinde pro *ἵνα ἁρπάζοντες οἱ τῶν Κερκυραίων παῖδες ἔχοιεν τροφήν*, scribendum arbitror: *ἵνα ἁρ-*

tunt P. S. Cas. — ὁποσοῦν pro ὁπωσοῦν F. — ῥέοντος εἶναι οὐδ' ἂν ἐὰν ἔχῃ F. et Cam. qui tamen iustum verborum ordinem ser-

---

πάζοντες τοὺς τῶν Κερκυραίων παῖδας οὗτοι ἔχοιεν τροφήν. Iam Reitzius vitium in textu latere suspicatus est, et ubi tandem ἁρπάζω positum est pro ἁρπάζομαι in prosa oratione et ubi ἁρπαζόμενοι pro ἁρπασθέντες? Id, quantum equidem graece scio, fieri nulla ratione potest. Causam, cur librarius quidam, fortasse ante aetatem Plutarchi, textus verba mutaverit, facile est videre. Offendebatur constructione, quae sane ἀνακόλουθος est, cum proprie scribendum esset Herodoto ἵνα αὐτοὶ ἁρπάζοντες τοὺς παῖδας τούτοις δίδοιεν τροφὴν aut ἵνα ἁρπαζόντων τοὺς παῖδας αὐτῶν οὗτοι ἔχοιεν τροφήν. Ad explicandam autem structuram necesse est redeamus ad illud genus anacoluthiae, ubi oratio statim ex activo transit in passivum, cuius rei exemplum est Homeri *Il.* α', 78: ὃς μέγα πάντων Ἀργείων κρατέει καί οἱ πείθονται Ἀχαιοί, qua de re cfr. Heindorf. ad Platon. *Hipp. mai.* p. 145. ad *Gorg.* p. 220. *Theaetet.* p. 302. 371. Bornemann. ad Xenophont. *Conviv.* VIII, 17. Schneider ad Xenoph. *Anabas.* I, 1, 2. Stallbaum ad Platon. *Euthyphron.* p. 42, Iacob ad Lucian. *Toxarid.* c. 40. p. 125. De Latinis vide Bremi et Görenz ad Cic. *de fin.* II, 2. Wopkens. *Lectt. Tullian.* p. 105. Drakenborch ad Liv. XXII, 6. Heindorf ad Ciceron. *de N. D.* II. 53. Held ad Caes. *de B. Civ.* I, 32. Cogita pro verbo finito sequente καί particula scriptum esse participium κρατέων et similem haberemus ἀνακολουθίαν, qualem hoc loco ex mea saltem coniectura reperimus. Proprie igitur scribendum erat ἵνα ἁρπάζοιεν τοὺς παῖδας καὶ οὗτοι ἔχοιεν τροφήν. Cfr. locos Herodoti tales, quales III, 31: εἰρομένου οὖν τοῦ Καμβύσεω, ὑπεκρίνοντο αὐτῷ et adi Schweighaeuser ad I, 2. p. 6 ed. Gaisford. Possit alicui videri obversare meae coniecturae Diogenis Laërtii locus (*Periandr.* I, 7, 2), a nullo, quantum equidem scio, interprete collatus: ἤδη δ' ἐν γήρᾳ καθεστώς, μετεπέμπετο αὐτὸν (τὸν υἱόν), ὅπως παραλάβῃ τὴν τυραννίδα· ὃν φθάσαντες οἱ Κερκυραῖοι διεχρήσαντο ὅθεν ὀργισθεὶς ἔπεμψε τοὺς παῖδας αὐτῶν πρὸς Ἀλυάττην ἐπ' ἐκτομῇ. προσχούσης δὲ τῆς νεὼς Σάμῳ, ἱκετεύσαντες τὴν Ἥραν, ὑπὸ τῶν Σαμίων διεσώθησαν —, sed is procul dubio locum iam tum temporis corruptum ante oculos habuit. Ita non dubitavit Bentleius contra Prisciani auctoritatem emendare locum Horatii *Od.* III, 17, 2 et Buttmannus (apud Ideler *Ueber den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen* p. XX), Aratum emendatione quadam

vavit. — ἀεὶ pro δεῖ E. quae verba saepenumero confusa sunt. cfr. Brunck ad Aristophan. *Concion.* v. 293. — οὕτω

---

contra Hipparchum vindicavit. — In tota autem Herodoti narratione plura repperit Plutarchus eaque haud infirma contra Herodotum argumenta: primum enim malus fuisset sane praetextus Corinthiis, Lacedaemonios cum Samiis concutiendi ita, ut manus consererent, quia trecentos pueros a se crudeliter tractatos eorum libidini eripuissent; praesertim cum tota rès non a populo Corinthiaco sed ab eius tyranno Periandro fuerit instituta. Praeterea obiici potest, etsi non allatum a Plutarcho, mirum fuisse, si Lacedaemonii usque ad Nabidis regnum puerorum amorem non exercentes (cfr. Jacobs *Vermischte Schriften* III. p. 216 sqq.), inserviissent Corinthiis, ut eum excolerent; accedit quod pueri e primoribus erant ideoque procul dubio rapti a Periandro aut tributi instar ei dati; cui rei potuerunt esse propensiores, quam illos recuperandi? Denique, monente Plutarcho, Antenoris Cretensis et Dionysii Chalcidensis non consenserunt historiae narrantium, Cnidios non Samios pueros illos Corcyram navibus duxisse. Quae omnia leni mea supra iam commemorata emendatione removentur, si praeterea postremum capitis vocabulum *Σάμιοι* in *Κνίδιοι* permutatur. Causae vero, ob quas causas librarius quidam talem in modum textum depravaverit, facile possunt perspici. Si enim re vera scripsit Herodotus *οἱ Κνίδιοι*, tunc Samii illos pueros rapuerunt suis usibus eos destinantes, quod opprobrium Samius quidam lector tollere cupiens Samiorum nomen intulit; accedit, quod cum toties antecesserit Samiorum nomen, procul dubio Herodotus scripsisset *αὐτοί*, unde illud ipsum *Σάμιοι* nude ac per se spectatum iam depravatoris sapit manum. Sed tales depravationes tunc temporis haud insolitas fuisse, iam exinde patet, quod Plutarchus Herodoto tale crimen h. l. et infra c. 39 imponere potuit. Nunquam Graeci Solonis fraudem in versibus illis *Iliadis* (β', 558. coll. Diog. Laërtium I, 48. Strabon. IX. p. 603 C. Almel.), qui de Salamine insula agunt, commissam obliti sunt. Ita Onomacritus Musaei carmina interpolavit et alias fraudes commisit. cfr. Wesseling ad Herodot. V, 90. Porson. ad Eurip. *Orest.* v. 5. Wolf *Prolegomena ad Homer.* p. CCXXXVI. Fortasse etiam Samiorum principes de hac mutatione convenerunt, quod nequaquam inauditum fuisse docet locus Luciani isque sane insignis *Philopseud.* §. 3. Tom. II. p. 306 ed. Schmieder. Huc refer etiam locum Herodoti IX, 84, in quo narratur post pugnam Plataeensem

δὴ καί addito δή F. cuius in locum γάρ exhibent H. N. δή recte se habere videtur, cum saepe orationem interruptam redintegret, ut §. 3 post parenthesin. Cfr. Schaefer ad Dionys. Halicarnass. *de composit. verbor.* 15. p. 190. — Male Vicomercatus κινηθείη ἄν vertit *potest moveri*.

10. μᾶλλον δὲ καὶ ἧττον cfr. ad I, 4, 1. — μετὰ τὴν ὥραν pro κατὰ τὴν ὥραν P. confusis μετά et κατά, ut saepe fieri solet in codicibus. cfr. Schaefer *Meletem. critic.* p. 134. et quos ibi laudat verba. — Verba τὴν ὥραν ἑκάστην ..... ἐνίοτε bis posuit Cam. — γίγνεται τὰ ἔτη mutato ordine F. — αὐχμώδη, quod pro αὐχμοί scripserunt A. Cam. P. S. Cas., fortasse verum est. Simile mendum supra sustulimus I, 4, 2.

11. πολλάς pro πολλούς F. N. — καὶ κατὰ πολλὴν συνεχῆ E. καί κατὰ πολλὴν καὶ συνεχῆ legit Bag. vertens: multos simul et secundum multam et continuam fieri regionem, et ita etiam Vicomercatus, cum vertat: *per magnum continentemque regionis tractum.* καὶ κατὰ πολλὰ καὶ συνεχῆ A. Recepimus Bag. lectionem, cum omnes reliqui, quibus accessit B. simpliciter exhibeant καὶ κατὰ συνεχῆ. — καὶ ante κατὰ μέρη omittunt F. H. N. ortumque fortasse est ex sequenti κατά. cfr. Schaefer *Meletem. critic.* p. 5. — γάρ post πολλάκις omittit N. μὲν γάρ exhibet F. cfr. ad II, 3, 5. — ἢ καὶ πολλούς videtur legisse Bag. pro ἢ καὶ πλείους, vertens temporaneos imbres et multos.

12. κύκλῳ pro μέσης habet E. male cfr. ad I, 12, 11. — ἤ post ὕδασιν omittit E. — χώραν εἰκός mutato ordine F. — τὰς σύνεγγυς E. minus bene. — διάφορον pro διαφοράν A. Cam. S. Olymp. fol. 38, a. Alex. fol. 99, a. διάφοραν, quod propius accedit P.

13. τό ante μέρος omittunt F. H. S. uncis inclusere P. Cas. — τόδε pro τοδί Olymp., qui omittit etiam, quod sequitur μέν fol. 38, b.

---

conventu primorum ab iis populis, qui non adfuissent, caesis civibus monumenta esse exstructa, ut nemo de eorum gloria dubitare posset neve quispiam hoc, quod defuerunt, in vitium iis verteret.

14. *αὐτό* pro *αὐτοῦ* A. Cam. *γρ.* Cas. — Mox *δή* pro *δέ* F. — *ἑκάτερον* pro *ἑκατέραν* E. — *ἐμπίπτειν* pro *μεταπίπτειν* exhibet F. — *τον πόῤῥω τινὰ τόπον* A. Cam. Cas. Alex. fol. 99, b. Bag. in aliquem remotiorem locum. — *τόπων* pro *τόπον* H. N., quorum posterior exhibet etiam deinceps *ἀπό* pro *ὑπό*. — *αὐτή* pro *αὕτη* A.

15. *ἄν* pro *ἐάν* F. N. — *τά* pro *τὴν κάτω* F. — Quid sit *ἡ ἄνω κοιλία* explicat Coray ad Hippocrat. *de aëre, aq. et loc. Discours prélimin.* p. XCVI: *Ce resserrement des intestins renfermés dans le bas ventre, chasse les humeurs vers le ventre supérieur, le lubréfie et le rend plus facile à émouvoir: et par ce dernier ventre il faut entendre, non seulement la cavité de la poitrine, mais encore cette portion du canal intestinal placée sous le diaphragme et connue sous le nom de ventricule ou d'estomac. Elle est d'un plus gros calibre que le reste de ce canal: et c'est par cette difference et par une espèce de réaction et de balancement, opéré par la nature, qu'il faut expliquer pourquoi le vomissement arrête les dejéctions alvines* (Hippocrat. *Aphorism.* VI, 15. *de locis in hom.* Sect. XLV. Tom. I. p. 390); *comme celles ci, augmentées jusqu'à un certain point, peuvent arrêter, non seulement le vomissement, mais encore l'expectoration critique dans les maladies qui se jugent par les crachats* (Hipp. *de morbis* Libr. II. Sect. XVII. p. 108. Sect. XXII. p. 112). — Haec Coray. De utriusque ventris officio Aristoteles *de partt. animal.* II, 3: *ἡ δὲ τῆς ἄνω καὶ τῆς κάτω κοιλίας, ἤδη μετὰ θερμότητος φυσικῆς ποιεῖται τὴν πέψιν.* Iam patet de inferiore ventre sive alvo interpretanda esse verba *de partt. animal.* IV, 10: *μετὰ δὲ τὸ στῆθος, ὁ περὶ τὴν κοιλίαν ἐστὶ τόπος, ἀσύγκλειστος ταῖς πλευραῖς, διὰ τὴν εἰρημένην ἔμπροσθεν αἰτίαν, ὅπως μὴ ἐμποδίζωσι μήτε τὴν ἀνοίδησιν τῆς τροφῆς (καὶ γὰρ ἀναγκαῖον συμβαίνειν θερμαινομένης αὐτῆς) μήτε τὰς ὑστέρας τὰς περὶ τὴν κύστιν*, qua de re cfr. *de partt. anim.* II, 9. Schneid. ad Arist. *Hist. anim.* III, 7, 4. p. 143. Adde *Hist. anim.* I, 2. p. 489, a. *Problem.* I, 41. p. 864, a.

16. *ὅτι* pro *ἔτι* N. — *τε* post *μετά* omittunt A. Cam. S. —

ἄνεμοι ὡς τὰ πολλὰ γίνονται Olymp. fol. 38, b. — *συμπίσῃ γενέσθαι* scripsimus cum F. H. N. docente Stallbaumio ad Platon. *Phileb.* §. 104. p. 146. E. et editiones omnes *γίνεσθαι*. — *γινομένου* pro *γενομένου* N. — Alia causa, cur procellae superveniente pluvia ocius cessent, affertur *Problem.* XXVI, 6. p. 940, b haec: *ὅτι αἱ κοιλίαι συμπίπτουσι τοῦ νέφους, ὕδατος γενομένου, ἐν αἷς ἡ ἀρχὴ τοῦ ὕδατος συνίσταται*, quae non ita absurda est, ac primo fortasse obtutu videtur. Vehementissimas enim procellas maxima densitatis differentia oriri notum est; ubi rarior aër, ibi *κοιλίαι*: imbre autem delabente, unicuique aëris parti in illa regione, ubi eius modi *κοιλίαι* existunt, eadem temperatura, ideoque eadem densitas communicatur, unde illae *κοιλίαι* replentur. Eodem redeunt, quae Theophrastus *de vent.* §. 50. p. 777 scribit: — *μετὰ τὸν ὑετὸν καὶ τὴν χάλαζαν* (quod recte se habere intelliges ex iis, quae leguntur in Leopold. v. Buch *Reise durch Norwegen und Lappland* I. p. 268) *καὶ τὰς τοιαύτας τινὰς* [*χειμασίας*], *ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πίπτει τὰ πνεύματα. Πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πέψεις καὶ ἀποκαθάρσεις τινές εἰσιν.* Cum postremis cfr. *Problem.* XXVI, 3, ubi fere eadem leguntur.

17. *αἰτίας* pro *ἀρχάς* F. De discrimine inter *ἀρχήν* et *αἰτίαν* cfr. ad I, 3, 13. Olymp. in Exc. ad I, 9, 1. *ὕσαντός τε* sc. *τοῦ Διός*, quam pleniorem dictionem praebet Silenus Chius in *Schol. Mediolan.* ad Homer. *Odyss.* α', 75. Eodem modo est in *Sophist. Elench.* I, 4: *καὶ ἐπεὶ συμβαίνει τὴν γῆν, ὕσαντος γίνεσθαι διάβροχον, κἂν ᾖ διάβροχος ὑπολαμβάνομεν ὗσαι.* Adde Theophrast. *de sign.* IV, 2. p. 798: [*εὐδίας σημεῖον*], *ὅταν ὕσαντος πρὸς δυσμὰς χαλκῶδες τὸ νέφη χρῶμα ἔχῃ*. *de causs. plantar.* IV, 14, 3. p. 529: *ἐρυσίβη δὲ σῆψίς τίς ἐστι τοῦ ἐφισταμένου ὑγροῦ. διὸ πολὺ μὲν ὕσαντος οὐ γίνεται*, ubi alia quaedam loca addit Schneider Tom. IV. p. 361, quem etiam cfr. ad Xenophont. *Hellenic.* I, 1, 16. — *ὑπό* post *καί* omittit F. — *κατέχουσι* prima manu E. De usu vocabuli cfr. I, 7, 10: *βορέας κατεῖχεν* et saepius. — Post *κατέχωσι* punctum ponunt F. A. Cam. S. et deinde scribunt

πανομένων δέ, et ita etiam P. nisi quod exhibet *πανόμενον δέ*. — F. etiam praebet *ἀποκρίνασθαι* pro *ἀποκρίνεσθαι* inepte.

18. *καί* ab initio omittunt E. N. — *εἰς ταὐτό* F. H. N. Alex. fol. 99, b. A. Cam. P. S. — *πανομένων αὐτῶν γίνεται* A. Alex.

19. Aquilones et Austros omnium ventorum frequentissimos spirare, monet etiam Theophrastus *de vent.* §. 2. p. 758: *μεγάλοι μὲν γὰρ ἄμφω (ὁ νότος καὶ ὁ βορέας) καὶ πλεῖστον χρόνον πνέουσι, διὰ τὸ συνωθεῖσθαι πλεῖστον ἀέρα πρὸς ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν, πλαγίων ὄντων πρὸς τὴν τοῦ ἡλίου φορὰν τὴν ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμάς· ἐξωθεῖται γὰρ ἐνταῦθα τῇ τοῦ ἡλίου δυνάμει. διὸ καὶ πυκνότατος καὶ συννεφέστατος ὁ ἀήρ· ἀθροιζομένου δ' ἐφ' ἑκάτερα πολλοῦ καὶ πλείων ἡ ῥύσις καὶ συνεχεστέρα γίνεται πλεονάκις· ἀφ' ὧν τά τε μεγέθη καὶ ἡ συνέχεια καὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν καὶ ἄλλο τοιοῦτόν ἐστιν.* cfr. §. 10. p. 761. — *δέ* post *ἔτι* omittit F. — *τοῦτο* pro *τοῦ* N. — *μᾶλλον τὰ πνεύματα* pro *μάλιστα πνεύματα* F. Cam. *γρ.* Cas. — *αὐτῆς* omittunt F. H. N.

20. Ventos a solis incessu pendere secundum Aristotelem ex his patet et melius etiam elucebit ex iis, quae sequuntur. Huc pertinet locus *de generat. animal.* IV, 10: *ὥσπερ γὰρ καὶ θάλατταν καὶ πᾶσαν ὁρῶμεν τὴν τῶν ὑγρῶν φύσιν ἱσταμένην καὶ μεταβάλλουσαν, καὶ τὴν τῶν πνευμάτων κίνησιν καὶ στάσιν καὶ τὸν ἀέρα καὶ τὰ πνεύματα κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης περίοδον, οὕτω καὶ τὰ ἐκ τούτων φυόμενα καὶ τὰ ἐν τούτοις ἀκολουθεῖν ἀναγκαῖον.* Lunam ibi addit, ut Theophrastus *de vent.* §. 17. p. 764: *ποιεῖ δὲ καὶ ἡ σελήνη ταὐτά, πλὴν οὐχ ὁμοίως. οἷον γὰρ ἀσθενὴς ἥλιός ἐστι*, qua de re diximus *Meteor. vet.* III, 11. not. 12. p. 58 sq. — *ἐπὶ δυσμὰς καὶ ἀνατολάς* scripsimus cum E. A. cfr. ad I, 12, 19. Reliqui, quibus adstipulatus est B. *ἐπί* ante *ἀνατολάς* repetunt. — *διὸ καὶ τὰ νέφη* addito *καί* F.

21. *καὶ ἐπὶ τροπῶν* N. — *τε* omittunt F. N. — *ἀνάγεται τὸ ὕδωρ ἄνω* exhibet F., mutato ordine omissoque *τε*.

22. *ἐπεὶ τὸ πλεῖστον* H. mutata in articulum particula *δέ* *ἐπειδὴ* pro *ἐπεὶ δέ* Olymp. — Quod sequitur *μέν* omittit E. —

ἐν τοῖς τόποις τούτοις inverso ordine A. Cam. P. S. Cas. Alex. fol. 99, b. — Mox iterum mutato ordine *ἡ γῆ ὕδωρ* exhibet F. — *ἀναγκαίαν* pro *ἀναγκαῖον* praebet E. — *οὖν καὶ* pro *οὖν ἄν* habet F. — *ἄν οὖν* A. Cam. P. S. Cas. Alex.

23. Verba *ἀπὸ τῆς* omittit E. — *αὐτῶν λοξή* inverso ordine habet F. — Post *πνέουσιν* addit *οἱ ἄνεμοι* Olympiod. fol. 39, a. — *ὅτι δὴ πᾶς* addito *δή* F. H. N. — De re cfr. ad I, 3, 16.

24. *τοῦ πνεύματος* pro *τῶν πνευμάτων ἐστί* Olymp. fol. 39, b. — *ὅ τ' ἀὴρ ἐπίδηλος* pro *ὁ δ'* H. N. A. Cam. Equidem scribendum censeo: *ἡ μὲν γὰρ κίνησις ἄνωθεν καὶ πρὶν πνεῖν ὁ ἀὴρ ἐπίδηλος γίνεται, κἂν ᾖ νέφος ἢ ἀχλύς* atque ita etiam legisse videtur Vicomercatus, cum vertat: *Motus enim e supero est et antequam spirent illustratur aër, etiam si nubilus aut caliginosus fuerit.* Etiam Bag. omisit particulam *δέ* vertens: aër clarus est. — *συμβαίνει* pro *σημαίνει* N. — *κινουμένη* pro *κινουμένην* Cam. *γρ.* Cas.

25. *τῆς ξηρᾶς ἐκ γῆς* mutato verborum ordine H. N.; verba *τῆς ἐκ γῆς* prorsus omittit F. neque reliquis codicibus, neque Stobaeo, cuius verba supra laudavimus, adsentientibus. — *περὶ γῆν* omisso *τήν* F. — Articulus ante *ἀρχή* deest in cod. E., qui mox pro *ᾖ* exhibet *εἰ.* cfr. supra ad II, 1, 11. — *τὸ αἴτιον γὰρ καθὸ μὲν ῥευσεῖται τὸ ἀνιὸν ἐκεῖθεν* exhibet N. — *ῥεύσει* pro *ῥευσεῖται* praebet Olymp. qui paulo post *πόρρω* exhibet pro *πορρωτέρω.* — *τῶν πορρωτέρω τῆς γῆς κυρία* habuit Bag. vertens: eorum, quae longius sunt a terra, domina. Koenigmann *Geograph. Aristotel.* p. 74 not. 185 legere voluit *ῥυήσεται*, quo non opus est.

26. *πηγαί* praebent E. A. Alex. fol. 100, b. Bag. in margine al. fontes. Reliqui cum B. *ἀρχαί.* — *ἕκαστοι* pro *ἑκάστοτε* Cam. P. Cas. — *λαμπρότεροι* pro *λαμπροί* Alex. A. — Ventos initio debiles esse de loco interpretandum est, unde spirant: quod non vidit Vicomercatus, sibi ipsi contradicere ratus Aristotelem, cum dicat *Problem.* XXVI, 41. p. 945, a: *Διὰ τί ὁ μὲν βορέας ἀρχόμενος μέγας, λήγων δὲ μικρός· ὁ δὲ νότος ἀρχόμενος μικρός, λήγων δὲ μέγας; ἢ ὅτι ὁ βορέας ἐγγὺς*

ἡμῶν, ὁ δὲ νότος πόῤῥω; ὁ μὲν οὖν, ὅταν ἄρξηται, εὐθὺς παρ' ἡμῖν· τοῦ δέ, ἅτε διὰ πολλοῦ χρόνου, ἡ ἀρχὴ διασκεδάννυται καὶ πρὸς ἡμᾶς μικρὸν ἀφικνεῖται αὐτῆς το πρῶτον· τῆς δὲ τελευτῆς τοῦ μὲν αἰσθανόμεθα, ὥστε εἰκότως ὁ μὲν ἀσθενὴς παυόμενος (ἀσθενὴς γὰρ ἡ τελευτὴ πάντων, ὁ δὲ οὔ. τῆς γὰρ τελευτῆς οὐκέτι αἰσθανόμεθα αὐτοῦ. XXVI, 47. p. 945, b: *Διὰ τί ὁ νότος ἀρχόμενος μὲν μικρός ἐστι, λήγων δὲ μείζων γίνεται· ὁ δὲ βορέας ἀνάπαλιν; δι' ὃ καὶ ἡ παροιμία λέγει· — εὖ πλεῖν Ἀρχομένου τε νότου καὶ λήγοντος βορέαο. ἢ διότι πρὸς ἄρκτον μᾶλλον, ἢ πρὸς μεσημβρίαν οἰκοῦμεν; πνεῖ δὲ ὁ μὲν βορέας ἀπὸ τῆς ἄρκτου, ὁ δὲ νότος ἀπὸ τῆς μεσημβρίας· εἰκότως οὖν ὁ μὲν ἀρχόμενος εὐθὺς σφοδρῶς πρόσκειται τοῖς πλησίον τόποις μᾶλλον καὶ μετὰ ταῦτα μεταλλάττει τὸ σφοδρὸν πρὸς ἐκείνοις ὁ δὲ νότος τοὐναντίον· ἀρχόμενος μὲν τοῖς πρὸς μεσημβρίαν οἰκοῦσιν ἔγκειται· ἐπειδὰν δὲ παραλλάξῃ τοῖς πρὸς ἄρκτον λαμπρὸς καταπνεῖ.* Theophrastus *de ventis* §. 5 sq. p. 759: *ὁ μὲν βορέας εὐθὺς ἀρχόμενος μέγας, ὁ δὲ νότος λήγων. ὅθεν καὶ ἡ παροιμία περὶ τοὺς πλοῦς. Ὁ μὲν γὰρ εὐθὺς οἷον ἐπίκειται τοῖς περὶ ἄρκτον οἰκοῦσιν, ὁ δὲ μακρὰν ἀφέστηκε· χρονιωτέρα δ' ἡ τῶν ἄνωθεν ἀποῤῥοή, καὶ ὅταν ἀθροισθῇ πλῆθος. Τοῖς γὰρ περὶ Αἴγυπτον καὶ τοὺς τόπους ἐκείνους ἀνάπαλιν ὁ νότος ἀρχόμενος μέγας· ὅθεν καὶ τὴν παροιμίαν ἐναντίως λέγουσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πυκνὸν καὶ ἄκυμον καὶ συνεχὲς καὶ ὁμαλὲς ἐκείνοις ο νότος ποιεῖ μᾶλλον. ἀεὶ γὰρ τοῖς ἐγγὺς ἕκαστος τοιοῦτος, τοῖς δὲ πόῤῥω καὶ ἀνωμαλὴς καὶ διεσπασμένος.* Non consentit cum Aristotele Agatharchides apud Diodor. Sicul. I, 41: *τὸν νότον παρ' ἡμῖν μὲν εἶναι χειμέριον, περὶ δὲ τὴν Αἰθιοπίαν αἴθριον ὑπάρχειν· καὶ τὰς βορείους πνοὰς περὶ μὲν τὴν Εὐρώπην εὐτόνους εἶναι, κατ' ἐκείνην δὲ τὴν χώραν ἀβληχροὺς καὶ ἀτόνους καὶ παντελῶς ἀσθενεῖς.* — De vocabulo λαμπρός, quod respondet Latinorum clarus v. c. apud Virgilium *Georg.* I, 460. cfr. Blomfield Glossar. in Aesch. *Agamemn.* 1151. p. 241 sq. ed. Lipsiens.

27. *τά* omittunt E. Alex. fol. 100, b, qua in lectione latet: *ἔτι δὲ καὶ περὶ τὴν ἄρκτον ἐν τῷ χειμῶνι νηνεμία καὶ ἄπνοια*

et ita Olymp. fol. 39, b. Vulgatam tuetur Bag. qui verborum deinde sequentium *κατ' ἐκεῖνον τον τόπον* nullam dedit interpretationem. — Ad verba *τὰ περὶ τὴν ἄρκτον* supple *πνεύματα*. Ex sequentibus enim intelligitur ipsa *πνεύματα* h. l. *νήνεμα* et *εὔπνοα* vocari, quippe quae loco et tempore commemoratis non abeant in ventum nec flatum apertum emittant. — *ἤδη* omittit F. — *λαμπρὸν γίνεται* mutato verborum ordine H. Alex. Cam. P. S. Cas.

28. *τίν' αἰτίας* inepte Alex. fol. 101, a. — Denique ante *βορέαι* N. addit *καί*.

Cap. V.

1. De re cfr. Theophrastum *de ventis* §. 15. p. 763: *ὁ ἥλιος δοκεῖ καὶ κινεῖν ἀνατέλλων καὶ καταπαύειν τὰ πνεύματα. διὸ καὶ ἐπαυξάνει καὶ πίπτει πολλάκις*, cuius tamen vide verba proxime subsequentia, ex quibus elucet illi hac de re non satis constitisse. Adde *Problem.* XXVI. 34. p. 944, a. — *ξυνορμᾷ* N. pro *συνεξορμᾷ*. — *τὰς ἀναθυμιάσεις* in margine posuit F. — *φθάνῃ* pro *φθάνει* Cam. — *εἰς τὸ πολὺ* P. S. Cas. *εἰς πολλούς* A. — *πέσῃ* pro *ἐμπέσῃ* F. — *ποίησαι* pro *ποιῆσαι* exhibent H. N., quorum posterior praebet deinde *κατακαφθέν* pro *κατακαυθέν*.

2. *καὶ παύει* pro *καταπαύει*, omisso deinde *τε*, habet F. — *τὴν μέν ..... τὴν δέ*, omisso *τῆς* ante *ξηρότητος* A., qua posteriore in re secutus est codicem E. *τῆς δὲ τάχει τῷ ξηρότητος* Cam., quam lectionem quomodo defendere possit S. discere velim. *τῇ μὲν ..... τῇ δέ* P. S. Cas. non male. *γίνονται* pro *γίνεται* Olymp. fol. 39, b. — *καὶ* ante *μέχρι* deest apud A. — *προδρομίων* N. — Verba *διὸ περὶ Ὠρίωνος ἀνατολὴν ..... προδρόμων* de ortu matutino, quem Graeci vulgo *ἐπιτολήν* vocare solent, intelligenda sunt, quia ille haud diu ante solstitii aestivi tempus et etesiarum initium fiebat. Quando autem deinde adiicit: *ἄκριτος δὲ καὶ χαλεπὸς ὁ Ὠρίων εἶναι δοκεῖ ..... χειμῶνος*, tunc de illo ipso ortu matutino et de occasu matutino circa medium Novembrem loquitur, quia anni tempora *θέρος* et *χειμών* illis fere diebus dirimebantur.

Cfr. *Problem.* XXVI, 13. p. 941, b. Ideler *Handbuch der Chronologie* Tom. I. p. 312. Cum vero occasus matutinus et ortus vespertinus non procul distent, de posteriore locutus est Isidorus *Origg.* III, 70: *Orion dictus ab urina, id est ab inundatione aquarum. Tempore enim hiemis obortus mare et terras aquis et tempestatibus turbat.* Ab Aristotele recedit Theophrastus *de vent.* §. 55 sq. p. 779: *αἱ δ' ἐπ' Ὠρίωνος ἀνατολῇ καὶ δύσει τῶν πνευμάτων ἀκρισίαι συμβαίνουσιν, ὅτι ἐν μεταβολαῖς ἀεὶ πάντα μάλιστα πέφυκεν ἀοριστεῖν. Ὁ δ' Ὠρίων ἀνατέλλει μὲν ἐν ἀρχῇ ὀπώρας, δύνει δ' ἐν ἀρχῇ χειμῶνος· ὥστε διὰ τὸ μήπω καθεστάναι μίαν ὥραν, τῆς μὲν γινομένης τῆς δὲ παυομένης, ἀνάγκη καὶ τὰ πνεύματα ἀκατάστατα καὶ ἄκριτα εἶναι, διὰ τὸ ἐπαμφοτερίζειν τὰ ἐξ ἑκατέρας. Χαλεπὸς δὲ λέγεται καὶ δύνων καὶ ἀνατέλλων εἶναι διὰ τὴν ἀοριστίαν τῆς ὥρας. ἀνάγκη γὰρ ταραχώδη καὶ ἀνωμαλῆ εἶναι.* Praeterea cfr. de Orione nautis infesto Manil. *Astronom.* V, 59 et quae disputantur ad Polybium I, 37, 4.

3. Articulum ante *νηνεμίαι* omittit E. — *γάρ* deest in F., qui mox exhibet *γίγνηται* pro *γένηται.* — *καὶ αἱ ἐν ταῖς ἀνὰ μέσον ὥραις* idem praebet F. — *ἤδη* omittit E.

4. *ἀνατέλλων* pro *ἐπιτέλλων* habet Theophrastus loco ad §. 2. laudato. cfr. ad I, 8, 9. — *κακῶν* pro *ἡμερῶν* praepet N. *τι* ante *πλῆθος* omittunt F. N. Caeterum scribe *διότι διὰ τὸ μέγεθος* aut pro *γίνεται* corrige *γίνεσθαι*, quarum rationum prior placet. — *πάντων* sc. *τῶν ὡρῶν.*

5. *μετὰ τροπάς* sc. *τὰς θερινάς.* Ita apud Theophrastum *de causs. plantar.* III, 23, 2. p. 488: *τοὺς δὲ περὶ τροπὰς σπόρους Κλείδημός φησιν ἐπισφαλεῖς εἶναι. διερὰν γὰρ οὖσαν καὶ βαρεῖαν τὴν γῆν ἀτμιδώδη γίνεσθαι καὶ ἐοικέναι ἐρίοις κακῶς ἐξαμμένοις*, ubi aperte de solstitio loquitur aestivo. — De Sirii ortu

— *ὅτ' ἠελίοιο θερείτατοί εἰσι κέλευθοι*

(ut loquitur Aratus *Phaenomen.* 149) cfr. Ideler *Ueber den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen* (Berlin 1809) p. 241 sq. Longa erat disputatio inter philologos de veterum

hac in re dissidio. Post Salmasium *Exercit. Plinian.* p. 306 sqq. et Petavium *Uranolog.* II, 7, 1. (cfr. Niclas ad *Geoponic.* I, 8, 1. p. 35 sq.) litem composuit pater meus, quem de Aegypto cfr. disserentem *Handbuch der Chronologie* I. p. 125 sqq. de Graecia et Italia in *Abhandl. der Berl. Acad. der Wissensch.* 1823. *Hist. phil. Cl.* p. 163. *περὶ κύνα καὶ τοὺς ἐτησίας* coniungit Theophrastus *de causs. plantar.* III, 3, 3. p. 444. — *μάλιστα πλησιάζει* inverso ordine F. H. N. — Ad verba *καὶ τὰς μὲν ἡμέρας πνέουσι, τὰς δὲ νύκτας παύονται* cfr. *Problem.* XXVI, 51 p. 946, a, ubi tamen alia huius phaenomeni causa redditur: *Διὰ τί οἱ ἐτησίαι ταύτην δὴ τὴν ὥραν ἀεὶ καὶ τοσοῦτοι πνέουσιν; καὶ διὰ τί ληγούσης τῆς ἡμέρας λήγουσι καὶ τῆς νυκτὸς οὐ πνέουσιν; ἢ τοῦτο μὲν διὰ τὸ τὴν χιόνα τηκομένην παύεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου πρὸς ἑσπέραν καὶ τὴν νύκτα; ὅλως δὲ πνέουσιν, ὅταν ὁ ἥλιος κρατεῖν καὶ λύειν ἄρξηται τὸν πρὸς βορέαν πάγον. ἀρχομένου οὖν οἱ πρόδρομοι ἤδη δὲ λυομένου οἱ ἐτησίαι.* *Problemat.* XXVI, 60. p. 947, a: *Διὰ τί βορέας τὴν ἡμέραν μὲν λαμπρός, τὴν δὲ νύκτα πίπτει; ἢ διότι ἀπὸ πεπηγότος ὑετοῦ, ὅταν ἀναθυμιᾶται διὰ τὸν ἥλιον, πίπτει δὲ νυκτός, ὅτι οὐχ ἡ αὐτὴ γένεσις, ἀλλὰ τοὐναντίον ποιεῖ. τὰς γὰρ νύκτας ἐκπνεῖ, τὰς δὲ ἡμέρας ἧττον.* Qua de causa, quam hoc etiam loco tangit, adi Theophrastum *de ventis* §. 12. p. 762, et quos laudat Wesseling ad Diodor. Sicul. I, 39. Tom. I. p. 47. Eandem adhuc opinionem habuit Cartesius *Meteor.* c. 4. p. 179, neque prorsus recedit a recentiorum physicorum sententia. Ipsius phaenomeni mentionem faciunt Plinius *Hist. nat.* II, 48 P. Nigidius apud Gellium *Noctt. Attic.* II, 22: *Etesiae et Austri anniversarii secundo sole flant* i. e. cum sole oriuntur, a parte solis flant, et cum sole occidente cadunt, bene explicante Salmasio *Exercitat. Plinian.* p. 1260 sq. Recte se habere hanc veterum animadversionem elucet inde, quod in Italiae Graeciaeque littoribus, certe plurimis, etesiae sunt venti terrestres, noctibus autem aestivis ventus a mari ad terram flare solet, qua de re disserui, laudatis recentiorum testimoniis, *Meteorol. veter. Graec. et Rom.* III, 13. p. 765 sqq.

In alto tamen mari noctu non ponuntur. — μᾶλλον ante φθάνει addit F.

6. Verba ἡ ἀναθυμίασις καί desunt in E. A. Alex. fol. 101, b. Bag. mediocris iam fit caliditas, neque legit ea Vicomercatus. Idcirco uncis ea inclusi. — τά ante πεπηγότα omittit N. qui etiam praebet λοφῶσι. — ὅτε ἔχει pro ὅταν ἔχῃ exhibet N. ἔχῃ post ξηρόν ponit E.

7. μέν ante βορέαι ponit F. prorsus omittit N. — δέ πως pro δ' οὕτως exhibent A. Alex. fol. 101, b. De verbis γίνονται μὲν γάρ .... ἐπιζητεῖν cfr. Theophrast. *de ventis* §. 11. p. 761: ὅθεν καὶ τὸ θαυμαζόμενον ὡς ἄλογον, διὰ τί βορέαι μὲν ἐτησίαι γίνονται, νότοι δ' οὐ γίνονται, φαίνεταί πως συμβαίνειν. οἱ γὰρ ἠρινοὶ νότοι καθάπερ ἐτησίαι τινές εἰσιν, οὓς καλοῦσι λευκονότους· αἴθριοι γὰρ καὶ ἀσυνεχεῖς ὡς ἐπίπαν. ἅμα δὲ καὶ τῷ μακρὰν ἀπηρτῆσθαι λανθάνουσιν· ὁ δὲ βορέας εὐθὺς ἐν ἡμῖν. *Problem.* XXVI, 2. De Ornithiis, quorum deinde mentio iniicitur, post Wowerum *de polymathia* (Lips. 1645. 8.) c. 11. p. 107 sqq. et Foësium ad Hippocrat. *Opp. Sect.* VII. p. 336, abunde egi *Meteorol. vet. Graec. et Rom.* VI, 26. p. 132 sqq. In numero dierum, qui inter solstitium et venti initium decurrunt, varii variant scriptores: ita Plinius *Histor. natur.* II, 47 sexaginta dies enumerat, post brumam, nisi pro LX ibi scribendum LXX, cum omnia, quae adfert, ex hoc Aristotelis loco petierit. Idem Plinius novem dies eos flare dicit, Columella *de re rustic.* XI, 2 triginta. λευκονότος est *albus Notus* Horatii *Carm.* I, 7, 15 ubi cfr. Interpp. — οὕτω pro οὕτως P. S. cfr. ad I, 3, 10.

8. αἴτιον δ' ὅτι ὁ μὲν βορέας ἐκ τοῦ ὑπὸ τὴν ἄρκτον πνεῖ. Olymp. fol. 40, a. — ἐν αὐταῖς exhibent F. H. N. Olymp. fol. 40, a et b. — ὁπόταν μὲν πλείονα χρόνον θερμαίνηται praebet F. — χιόνος pro χρόνος pr. manu N. — Post ἐγγύς F. addit ᾖ, Olympiodorus fol. 40, b εἴη. Caeterum recte monuisse Aristotelem, docent ea, quae exhibet Kämtz *Lehrbuch der Meteorologie* Vol. I. p. 127. cfr. ad I, 8, 12.

9. *τάς* ante *χειμερινάς* omittunt E. H. N. Alex. fol. 101, b. A. perperam cfr. §. 7: *μετὰ τὰς θερινὰς τροπάς*, quo spectant verba huius paragraphi. — *οὗτοι καὶ γάρ* mutato ordine A. Cam. Alex. — Verba *πνέουσιν . . . . . ἄρχονται* prima manu omisit E. *καὶ ἄρχονται* pro *γὰρ ἄρχονται* Alex. — *πολλῆς δεῖται* pro *πλείονος δεῖται* F. — *μᾶλλον* pro *πάλιν* exhibet N. — Articulus ante *θεριναῖς* deest apud E. — *πνεύσωσιν* pro *πνέωσιν* F. H. N. (qui etiam ordinem verborum invertit *πνεύσωσι ταῖς θεριναῖς*) Cam. γρ. Cas. — *οἱ ἐτησίαι* omittunt N. et prima manu F. H. *αἰτησίαι* exhibet A., quod mendum repetit Er. — *ἐθέλει* pro *θέλει* habent Alex. Cam. P. S. Cas. — *πνεῖν ἄνεμος ἀεί* mutato verborum ordine H. N.

10. *ἀπὸ τῆς θερινῆς τροπῆς*, cum aërem non secum vehat polo austrino vicinum, sed qui incumbat regionibus circa tropicum cancri. — *τῆς δυνατῆς χώρας οἰκεῖσθαι* Olymp. fol. 41, b. — Nomina arctici poli et antarctici, quibus utitur auctor libri de mundo (c. 2. p. 392, a: *τῶν δὲ ἀκινήτων πόλων τούτων ὁ μὲν ἀεὶ φανερός ἐστιν ὑπὲρ κορυφὴν ὢν κατὰ τὸ βόρειον κλίμα, ἀρκτικὸς καλούμενος· ὁ δὲ ὑπὸ γῆς ἀεὶ κατακέκρυπται κατὰ τὸ νότιον, ἀνταρκτικὸς καλούμενος*) nondum nota erant Aristoteli. Is ubique verbis *ὁ ἄνω πόλος, ὁ κάτω* et similibus usus est. In libro *de caelo* II, 2. p. 284, b sq. rei cuiusque latus dextrum dici id docet, abs quo motus incipiat, in loci mutatione positus. Itaque cum caeli revolutio proficisci inde existimetur, ubi stellarum exortus contingit: plagam dextram utique hanc, contrariam vero sinistram esse monuit. (Cfr. hac in re Stobaeum *Eclog. phys.* I. p. 358. Plutarch. *Placit. philos.* II, 10. p. 52 et quae exposuerunt Sturzius ad Empedoclem p. 336 sqq. Balfour ad Cleomed. *Meteor.* I, 1. p. 280 sq. ed. Bake, Ernesti ad Homer. *Iliad.* μ', 239, ubi haec verba leguntur:

εἴτ' ἐπὶ δέξι' ἴωσι, πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε
εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε ποτὶ ζόφον ἠεροέντα,

praesertim vero Lobeck. *Aglaopham.* Tom. II. p. 915 sq. docte hac de re disserentem). Quodsi ergo caelum a dexteris ad dextra torquetur, superiorem eius partem constituat necesse

est polus latens *). Si enim adspectabilis polus constitueret, caelum ad sinistra moveretur necesse foret. Ipse vero Aristoteles hac terminologia non usus, sed vulgarem loquendi morem secutus est. Ut enim h. l. *τὸν ἄνω πόλον τὸν καθ' ἡμᾶς* vocat borealem (verbis, ut patet ex antegressis, *τὸν καθ' ἡμᾶς* non superflue adpositis), ita etiam paulo post *τὸν κάτω πόλον* australem vocavit; et eodem modo locutus est *Problem.* XXVI, 54. p. 946, b: *ζέφυροι οὐ πνέουσι δείλης τοῦ χειμῶνος, ὅτι οὐδ' ἐν τῷ κάτω ἡμισφαιρίῳ ἑῷοι ταύτην τὴν ὥραν διὰ τὰ προειρημένα, ὅθεν ὁ ἥλιος ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκει τὰ ὑγρὰ τὸν παρ' ἡμῖν ζέφυρον ποιεῖ. Problem.* XXVI, 21. p. 942, b: *τοῖς ἐν τῷ κάτω ἡμισφαιρίῳ οἰκοῦσιν.* — *τόν* ante *καθ' ἡμᾶς* om. E. F. H. N. Alex. fol. 102, b. Cam. — *καί* ante *οὔσης* deest in cod. N. — Eadem cum tympano comparatio recurrit in libro *de caelo* II, 13. p. 293, b ubi de figura terrae haec leguntur: *παραπλησίως δὲ καὶ περὶ σχήματος ἀμφισβητεῖται· τοῖς μὲν γὰρ δοκεῖ εἶναι σφαιροειδής, τοῖς δὲ πλατεῖα καὶ τὸ σχῆμα τυμπανοειδής.* Cfr. etiam Varron. apud Augustin. *de civitat. Dei* VII, 24 et quae exposuit Bernhardy ad Dionys. Perieget. v. 7. p. 525. De tympano monet Koenigmann *Geogr. Aristot.* p. 21. not.: *Tympanum antiquum constitisse novimus annulo quodam, cuius cavum nunc ex utraque nunc ex altera tantum parte, nunc rursus in medio duntaxat, obtenta ei pelle aliqua esset clausum. Postremi generis tympanum expressum cernas in Antiqq. Herculan.*

---

*) Difficilis videtur ratiocinatio haec Aristotelis, sed Graecorum tempora definiendi rationi prorsus consentanea. Illud enim latus dextrum dixit, unde motus principium: hoc autem non est, ubi stellae oriuntur, latus mundi sed occasura pars caeli. Cum enim nox diem praecedat ex mente Graecorum, unde dies noctis caliginisque filia perhibetur a poëtis (Aeschyl. *Agam.* 256. 270. Soph. *Trachin.* 94.), qui constanter dicunt *νύκτας ἡμέρας τε* non *ἡμέρας νύκτας τε* (Sophocl. *Oed. Colon.* 618), quo pertinet etiam vocabulum *νυχθήμερον*, quo diem civilem appellabant (Ideler *Chronolog.* I. p. 80. 100. 336), motus caeli ab occidente incipit, illudque igitur latus dextrum est.

Tom. II. *Tab.* 20. — *τοιοῦτο γὰρ το σχῆμα* Olymp. fol. 42, a. Tota enuntiatio prava interpunctione laborat apud Alex. Bag. S. Cas. cum ad *τοιοῦτο γὰρ σχῆμα τῆς γῆς*, quae verba tanquam parenthesin accipiunt, suppleant *ἐστί*, cum potius dependeant a verbo *ἐκτέμνουσιν*. — *ἐκτέμνουσιν ἀεὶ ἐκ τοῦ* Olymp. — *γραμμαί* omittunt N. et prima manu F. neque vertit Bag. qui tamen in margine adnotat: a. l. addit lineae. — *τόν* ante *διὰ παντὸς φανερόν* omittit F. Caeterum circulus ille non est, qui alibi dicitur *ἀειφανής* seu *ἀεί φανερός*, de quo conferas, quae pater exposuit in dissertatione de Eudoxo Cnidio in *Abhandl. der Berl. Acad. histor. philolog. Classe* 1830. p. 52 comparatis, quae disseruit Balfour ad Cleomed. *Meteor.* p. 286 sqq. ed. Bake, sed arcticus, quem nos vocamus. Non enim de mobili sed de immobili circulo sermo sit, necesse est. cfr. etiam II, 6, 8.

11. *τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον . . . . . ποιοῦσιν.* Quae regiones, utrum re vera habitatae sint, an secus, dubitaverunt veteres. Audi Geminum *Element.* c. 13. p. 199 ed. Hilderici: *ὅταν δὲ περὶ τῆς νοτίου ζώνης λέγωμεν καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κατοικούντων, πρὸς δὲ τούτοις περὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἀντιπόδων, τῶν λεγομένων οὕτως, ἀκούειν προσήκει, ὡς μηδεμίαν ἡμῶν ἱστορίαν παρειληφότων περὶ τῆς νοτίου ζώνης, μηδὲ εἴ τινες ἐν αὐτῇ κατοικοῦσιν, ἀλλ' ὅτι ἕνεκεν τῆς ὅλης σφαιροποιΐας καὶ τοῦ σχήματος τῆς γῆς, καὶ τῆς παρόδου τοῦ ἡλίου τῆς μεταξὺ τῶν τροπικῶν γινομένης, ἐστί τις καὶ ἑτέρα ζώνη πρὸς νότον κειμένη, τὴν αὐτὴν εὐκρασίαν ἔχουσα τῇ βορείῳ ζώνῃ, ἐν ᾗ κατοικοῦμεν ἡμεῖς. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἀντιπόδων λέγομεν, οὐχ ὡς κατάπαν οἰκούντων τινῶν κατὰ τὴν αὐτὴν διάμετρον ἡμῖν, ἀλλ' ὄντος τινὸς τόπου οἰκησίμου ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ διάμετρον ἡμῖν.* Adde Macrob. *Somn. Scip.* II, 5: *Illa vero sola ratione intelligitur, quod propter similem temperiem similiter incolatur, sed a quibus neque licuit neque licebit cognoscere; interiecta enim torrida utrique hominum generi commercium ad se denegat commeandi.* Caeterum, ut recte intelligatur hic locus, paulo difficilior et perperam explicatus a Koenigmanno *Geogr. Aristot.* Sect. I. (Schleswig

1803. 4.) p. 20 sq. multum faciunt Posidonii verba apud Strabonem II. p. 150 C, in quibus Aristotelem refellere studet. Strabonis verba haec sunt: Ἴδωμεν δὲ καὶ Ποσειδώνιον, ἅ φησιν ἐν τοῖς περὶ Ὠκεανοῦ. δοκεῖ γὰρ ἐν αὐτοῖς τὰ πολλὰ γεωγραφεῖν, τὰ μὲν οἰκείως, τὰ δὲ μαθηματικώτερον. Ἔστιν οὖν τι τῶν πρὸς γεωγραφίαν οἰκείων, τὸ τὴν γῆν ὅλην ὑποθέσθαι σφαιροειδῆ, καθάπερ καὶ τὸν κόσμον. καὶ τὰ ἄλλα παραδέξασθαι [D] τὰ ἀκόλουθα τῇ ὑποθέσει ταύτῃ· τούτων δ' ἐστὶ καὶ τὸ πεντάζωνον αὐτὴν εἶναι. Φησὶ δὴ ὁ Ποσειδώνιος τῆς εἰς πέντε ζώνας διαιρέσεως ἀρχηγὸν γενέσθαι Παρμενίδην· ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν σχεδόν τι διπλασίαν ἀποφαίνειν τὸ πλάτος τὴν διακεκαυμένην τῆς μεταξὺ τῶν τροπικῶν, ὑπερπιπτούσης (Bake Posidon. p. 92 ὑπερπίπτουσαν) ἑκατέρων τῶν τροπικῶν εἰς τὸ ἐκτὸς καὶ πρὸς ταῖς εὐκράτοις. Ἀριστοτέλης δὲ αὐτὴν (p. 151 A.) καλεῖ τὴν μεταξὺ τῶν τροπικῶν. τὰς δὲ μεταξὺ τῶν τροπικῶν καὶ τῶν ἀρκτικῶν εὐκράτους· ἀμφοτέρους δ' ἐπιτιμᾷ δικαίως. διακεκαυμένην γὰρ λέγεσθαι τὸ ἀοίκητον διὰ καῦμα· τῆς δὲ μεταξὺ τῶν τροπικῶν πλέον ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ πλάτους οἰκήσιμόν ἐστιν ἐκ τῶν ὑπὲρ Αἰγύπτου στοχαζομένοις Αἰθιόπων, εἴπερ τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ παντὸς πλάτους, ὃ διαιρεῖ ἐφ' ἑκάτερα ὁ ἰσημερινός· τούτου δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς Συήνης, ἥπερ ἐστὶν ὅριον τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ, εἰς Μερόην εἰσὶ πεντακισχιλίοι (ita bene pro μύριοι Strabonis II. p. 195 C scribendum censuit Bake p. 95) τὸ δ' ἐνθένδε ἕως τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλου, ὅπερ ἐστὶν ἀρχὴ τῆς διακεκαυμένης, τρισχιλίων· τοῦτο μὲν οὖν τὸ διάστημα πᾶν μέτρητόν ἐστι, πλεῖταί τε γὰρ καὶ ὁδεύεται, (B) τὸ δ' ἑξῆς, μέχρι τοῦ ἰσημερινοῦ λέγω, δείκνυται κατὰ τὴν ὑπ' Ἐρατοσθένους γενομένην ἀναμέτρησιν τῆς γῆς, ὅτι ἐστὶ σταδίων ὀκτακισχιλίων ὀκτακοσίων· ὃν δὴ λόγον ἔχει τὰ πεντακισχιλία (ita Bake iterum pro μυρία) καὶ τρισχιλία πρὸς τὸ ὀκτακισχιλία ὀκτακόσια, τοῦτον ἂν ἔχοι τὸ μεταξὺ τῶν τροπικῶν διάστημα πρὸς το τῆς διακεκαυμένης πλάτος. Κἂν τῶν νεωτέρων δὲ ἀναμετρήσεων εἰσάγηται ἡ ἐλαχίστην ποιοῦσα τὴν γῆν, οἵαν ὁ Ποσειδώνιος ἐγκρίνει περὶ ὀκτωκαίδεκα μυριάδας οὖσαν, περὶ ἥμισύ που ἀποφαίνει τὴν διακεκαυμένην τῆς μεταξὺ

τῶν τροπικῶν, ἢ μικρῷ τοῦ ἡμίσους μείζονα· ἴσην δὲ καὶ τὴν αὐτὴν οὐδαμῶς. Τοῖς δὲ ἀρκτικοῖς (C) *οὔτε παρὰ πᾶσιν οὖσιν, οὔτε τοῖς αὐτοῖς πανταχοῦ, τίς ἂν διορίζοι πως εὐκράτους αἵπερ ἀμετάπτωτοι; Τὸ μὲν οὖν μὴ παρὰ πᾶσιν εἶναι τοὺς ἀρκτικούς, οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὸν ἔλεγχον. εἰ γὰρ παρὰ τοῖς τὴν εὔκρατον οἰκοῦσιν, εἶναι παρὰ πᾶσιν πρὸς οὕσπερ καὶ λέγεται μόνους εὐκράτους. Τὸ δὲ μὴ πανταχοῦ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλὰ μεταπίπτειν, καλῶς εἴληπται.* Haec Strabo. Quemadmodum vero post Aristotelem exstitere, qui contenderent, etiam torridam zonam non solum habitari posse, sed vere habitari, inter quos Geminus, qui dicit *Elem. Astron.* c. 13. p. 205: *ἤδη γὰρ ἐπὶ πολλοὺς τόπους τῆς ζώνης τῆς διακεκαυμένης ἐληλύθασί τινες καὶ τὰ πλεῖστα οἰκήσιμα εὕρηται,* ita ante etiam Aristotelem fuisse, qui similem sententiam haberent, iure coniicias. Quos hoc loco refutatum ivit Aristoteles. Ponit enim istas regiones habitari non posse, ubi hominibus umbra deficiat, quod cum accidit omnibus intra tropicos sitis locis, nullus eorum incolis gaudeat necesse est. Etsi enim in illis, qui tropico aestivo proxima, umbra septentrionem versus magnam anni partem est directa, exstat tamen dies, quo plane deficit. Idem ita exprimi potest, *ἀοίκητα* esse loca, in quibus *οὐκ ἂν ἀεὶ ἡ σκιὰ ἦν πρὸς ἄρκτον*, quod ut dilucidius fiat, deinde adiicit: *νῦν δ' ἀοίκητοι πρότερον γίνονται οἱ τόποι πρὶν ἢ ὑπολείπειν ἢ μεταβάλλειν τὴν σκιὰν πρὸς μεσημβρίαν.* Itaque etsi refragantibus codicibus omnibus scripsimus *σκιὰ γὰρ οὐκ ἀεὶ ἂν ἦν*, quod et sententiarum nexus efflagitat et Alexander in suo codice aperte reperit, cum dicat fol. 103, a: *οὐ πίστιν φέρει, τὸ εἰ ἦν ἐπέκεινα τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ οἰκούμενά τινα, οὐκ ἂν ἦν ἐκείνων ἡ σκιὰ πρὸς ἄρκτον τετραμμένη ἀεί* et Olympiodorus fol. 42, a qui *πᾶσα σκιά* ait. *ἀεί* autem ex textu excidit propter sequentis particulae *ἄν* similitudinem. Haud tamen legit Bag. vertens: umbra enim non utique esset ad ursam. Excidit etiam apud Platonem *Tim.* p. 29 A: *οὕτω δὴ γεγραμμένος πρὸς τὸ λόγῳ καὶ φρονήσει περιληπτὸν καὶ κατὰ ταὐτὰ* [*ἀεὶ*] *ἔχον δεδημιούργηται.* — Veterum locos de zonis post alios, veluti Balfo-

reum ad Cleomed. *Meteor.* I, 2. p. 288 sq. ed. Bake, indicavi *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* XI, 50. p. 208 sqq. — *τὸν δ' αὐτὸν τρόπον καὶ πρός* F. — *δυνατόν* pro *δυνατά* F. H. N. Olymp. fol. 42, a. Cam. γρ. Cas. — *ἐπέκεινα τῶν τροπῶν ultra tropicos circulos* sc. a parte habitabilium terrae regionum, de quibus paulo ante dixerat, ut sit idem quod *intra tropicos.* — *τῶν* ante *τροπῶν* omittit E. *τῶν τροπικῶν* legit Olymp. *τοῦ τροπικοῦ* Cam. γρ. Cas. Vulgatum tuetur etiam Bag. ultra versiones. — *ὑπολιπεῖν* pro *ὑπολείπειν* H. N. — *τὰ δ'* pro *τά θ'* exhibet E. *ταῦθ'* Cam.

12. *φαίνεται* pro *φέρεται* legit Olymp. Cfr. V. L. ad II, 2, 5. — *ὁ* ante *στέφανος* omittit E. Est corona borealis, quam primus Ptolemaeus, addens borealis nomen ab australi distinxit. cfr. Ideler *Ueber den Ursprung und die Bedeutung der Sternnamen* p. 58 sq. — *κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον* E. Caeterum Athenas innui iam suspicatus est Koenigmann l. l. p. 17. not. 55, docetque computus a me confectus. Sit enim



AQ Aequator, MN eccliptica. Ptolemaei (*Alm.* libr. VII) aetate latitudo coronae borealis SD erat $= 44^\circ\ 5'$, longitudo BD $=$ ♎ $14^\circ\ 20'$, indeque Aristotelis temporibus, qui 450 fere annis ante Ptolemaeum vixit $8^\circ\ 5'$. Angulus eclipticae DBQ $= 23^\circ\ 51'$. Est igitur in Δ SBD:

$$\cos. SB = \cos. SD. \cos. BD$$

$$\begin{aligned}
\log.\ \cos.\ 44^\circ\ 30' &= 9{,}8532421 \\
\log.\ \cos.\ \ 8^\circ\ \ 5' &= \underline{9{,}9956635} \\
&\ \ \ \ 9{,}8489056 \\
&\ \ \ \ \ \ \ \ \ \ 8524 = \log.\ \cos.\ 45^\circ\ 5'.
\end{aligned}$$

Deinde r: sin. BD :: tg. SBD : tg. SD, sive

$$\text{tg. SBD} = \frac{\text{tg. SD}}{\text{sin. BD}}$$

$$\begin{aligned}
\log.\ \text{tg. SD} &= 9{,}9924197 \\
\log.\ \text{sin. BD} &= \underline{9{,}1480262} \\
&\ \ 10{,}8443935 = \log.\ \text{tg. } 81^\circ\ 51'
\end{aligned}$$

$$\text{SBD} - \text{QBD} = 58^\circ.$$

Erit denique in triangulo SBC:

r : sin. SB :: sin. SBC : sin. SC sive

sin. SC = sin. SB. sin. SBC.

$$\begin{aligned}
\log.\ \text{sin. SB} &= 9{,}8501157 \\
\log.\ \text{sin. SBC} &= \underline{9{,}9284205} \\
&\ \ \ 9{,}7785362 = \log.\ 36^\circ\ 54'.
\end{aligned}$$

Erat igitur declinatio Coronae borealis Aristotelis aetate 36° 54′ ita, ut satis bene congruat cum verbis Aristotelicis, quando de Athenis locutus est, cuius latitudo bor. est 37° 58′. — In sequentibus est aperta circuli meridiani mentio, quae etiam reperitur infra III, 5. p. 375, b: *καὶ ἐὰν μὲν ἐπ᾽ ἀνατολῆς ἢ ἐπὶ δύσεως τοῦ ἄστρου ἡ ἀνάκλασις γένηται, ἡμικύκλιον ἀποληφθήσεται τοῦ κύκλου ὑπὸ τοῦ ὁρίζοντος τὸ ὑπὲρ γῆν γινόμενον, ἐὰν δ᾽ ἐπάνω μεσημβρινοῦ γένηται τὸ ἄστρον.* Secundum Stobaeum *Eclog. phys.* I, 24. p. 502 iam Thales et Pythagoras meridianum distinxere, quod tamen vix vero simile, cum de Eudoxo nihil constet (cfr. Ideler *de Eudoxo* l. l. p. 51), neque Autolycum eius mentionem fecisse certum sit. Quod vero Pater monet, primum Euclidem eum aperte inter circulos declinationis singulari nomine adpellasse, id ex his corrigendum est.

13. Ad verba *διὸ καὶ γελοίως γράφουσι* et q. s. cfr. Casaubon. ad Strabon. I. p. 8. ed. Almel. — *περιόδους τῆς γῆς*. cfr. ad I, 13, 14. — *καί* ante *γελοίως* omittit et *αὐτάς* pro *νῦν τάς* exhibet Olymp. *κυκλοτερῆν* Alex. fol. 103,

a. b. — *κατά γε τὰ φαινόμενα* F. — *ὅτέ* pro *ὅ τε* Cam. — *πλάτος* est latitudo geographica, *μῆκος* longitudo. — *συνάπτειν οὐκ ἐνδέχεται* E. — *ἀκρᾶ* pro *κρᾶσιν* N. — *ὑποβάλλει* E. pro *ὑπερβάλλει*. — *καὶ τὸ μῆκος* pro *κατὰ μῆκος* N. — *μήπω* pro *μήπου* F. — *ἅπαν* correxit N., qui deinde praebet *πορεύσιμα*, ita ut ab initio legisse videatur *ἅπαντα*. — Caeterum cfr. verba Eratosthenis apud Strabonem I. p. 64 E. *εἰ μὴ τὸ μέγεθος τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους ἐκώλυε, κἂν πλεῖν ἡμᾶς ἐκ τῆς Ἰβηρίας εἰς τὴν Ἰνδικὴν διὰ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου*, quibus de verbis vide quae monuimus *Meteorol. veter. Gr. et Rom. Introd.* not. 7. *Problem.* XXVI, 52. p. 946, a: *πρὸς ἑσπέραν δὲ οὔτε ὄρος οὔτε γῆ ἐστιν, ἀλλὰ τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος*, quae eadem repetit Theophrastus *de ventis* §. 41. p. 773. Adde denique *de caelo* II, 14. p. 298, a: *ὥστ' οὐ μόνον ἐκ τούτων δῆλον περιφερὲς ὂν τὸ σχῆμα τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ σφαίρας οὐ μεγάλης. οὐ γὰρ ἂν οὕτω ταχὺ ἐπίδηλον ἐποίει μεθισταμένοις οὕτω βραχύ. διὸ τοὺς ὑπολαμβάνοντας συνάπτειν τὸν περὶ τὰς Ἡρακλείους στήλας τόπον τῷ περὶ τὴν Ἰνδικήν, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἶναι τὴν θάλατταν μίαν, μὴ λίαν ὑπολαμβάνειν ἄπιστα δοκεῖν· λέγουσι δὲ τεκμαιρόμενοι καὶ τοῖς ἐλεφάσιν, ὅτι περὶ ἀμφοτέρους τοὺς τόπους τοὺς ἐσχατεύοντας τὸ γένος αὐτῶν ἐστιν, ὡς τῶν ἐσχάτων διὰ τὸ συνάπτειν ἀλλήλοις τοῦτο πεπονθότων.*

14. *ἀφ' Ἡρακλείων* Olymp. fol. 42, b, qui mox praebet *Μαιωτικήν* pro *Μαιῶτιν*. — *ἐσχάτους ὄντας* E. A. Alex. fol. 103, a, sed vide locum *de caelo* II, 14 paulo ante laudatum. — *πλεῖον* pro *πλέον* F. N. cfr. ad I, 4, 6. — *πρὸς τὰ τρία* F. — *ἄν γε τις* pro *ἐάν τις* H. N. — *τε* ante *πλοῦς* omittit N., qui mox pro *ἐνδέχεται* exhibet simplex *δέχεται*.

15. *ἐπὶ πλάτος* recepimus ex E. N. A. Alex. Cam. *γρ.* Cas. Reliqui quibus accedit B. *ἐπὶ πλάτους*. — *μέν* post *ἔνθα* omittit N. — *τῶν ἡρακλείων στηλῶν* A. Alex. Cam. P. S. Cas. — *φαίνονται* P. S. Cas. qui tamen in margine *γρ. φαίνεται*. cfr. ad I, 3, 1. — *ὡς συνεχῶς* pro *τῷ συνεχῶς* Alex. — *πᾶσαν τὴν οἰκουμένην* N. A. P. S. Cas.

16. *ἔτι περ* pro *ὥσπερ* N. qui etiam mox *ἔτι ἀνάλογον* pro

ὡς ἀνάλογον exhibet et *τε* ante *ἄλλα* omittit. — *ἡ σύστασις* pro *ἡ στάσις* H. N. — *τῆς ἐκεῖ ἄρκτου* ut §. 10: *τῆς ἑτέρας ἄρκτου*, quae vocabuli *ἄρκτος* significatio, ut eadem sit, quae vocabuli *πόλος*, mihi aliunde non innotuit. — *οὗτος* pro *οὕτως* N. — Quod deinde sequitur *ὢν* omittunt E. A. Alex. — *οὐ* pro *οὐθέν* F. — *δυνατὸν οὐθέν* inverso ordine A. Alex. Cam. P. S. Cas. — Pro *διήκειν* E. et H. praebent *διέχειν*. N. *διϊκνεῖσθαι* *). — *ὁ αὐτός* pro *οὗτος* F. N. — *πᾶσαν* omittit F. — *ἐστιν* deest in codice E.

17. Verba *ἕως ...... πνεῖ* margo E. H. omittunt A. Alex. *οὗτος* omittit margo E. Aristoteles igitur boream ab ipso boreali polo spirare voluit, cum antiquioribus in Thracia residere diceretur, indeque spirare. Cfr. *Meteorol. veter. Graec. et Roman.* III, 12, not. 15. p. 66, comparatis, quae monuimus ad I, 13, 4.

18. *ἐλλείπειν* pro *ἐλλείπει* E. — *διέχειν* pro *διήκειν* E. A. Alex. cfr. V. L. ad §. 16. — Ad verba *τὴν ἔξω Λιβύης θάλατταν τὴν νοτίαν* cfr. Herodot. IV, 42: *Νεκώς, ὁ Αἰγυπτίων βασιλεύς ..... ἀπέπεμψε Φοίνικας ἄνδρας πλοίοισι, ἐντειλάμενους, ἐς τὸ ὀπίσω δι' Ἡρακλήϊων στηλέων ἐπιπλέειν ἕως ἐς τὴν βορηΐην θάλασσαν, καὶ οὕτω ἐς Αἴγυπτον ἀπικνέεσθαι· ὁρμηθέντες ὦν οἱ Φοίνικες ἐκ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης*

---

*) Obiter emendare volumus *de mundo* VII, 3, ubi scribendum *Κρόνον δὲ καὶ Χρόνον λέγεται διήκοντος ἐξ αἰῶνος ἀτέρμονος εἰς ἕτερον αἰῶνα*, antiquissimo teste usus Apuleio, qui verba haec sic convertit: *Saturnum etiam illi Κρόνον quasi Χρόνον, id est, quendam inceptum ab origine, interminum ad finem, Tempus adpellant.* Qua emendatione probata, veterem istam sententiam illa verba continent, quam expressit Timaeus Locrus p. 97, 20: *ἀγέννητος χρόνος, ὃν αἰῶνα καλοῦσι* et Philo *Quod mund. incorr.* p. 952, B: *ἦν ποτε χρόνος ἡνίκα οὐκ ἦν χρόνος.* Et inter omnium rerum principia tempus retulit iam Pherecydes (cfr. Sturz *Fragm.* p. 44), omnium princeps posuit cosmogonia Orphica. (Adi Lobeck *Aglaoph.* I. p. 470 sqq.) Alia fuit sententia Aristoteli, qui *de caelo* I, 9 ait: *φανερὸν ἄρα ὅτι οὔτε τόπος, οὔτε κενόν, οὔτε χρόνος ἐστὶν ἔξωθεν. διόπερ οὔτ' ἐν τόπῳ τἀκεῖ πέφυκεν, οὔτε χρόνος αὐτὰ ποιεῖ γηράσκειν* et q. s.

ἔπλεον τὴν νοτίην θάλασσαν. Ipse aliis in locis idem mare τὴν ἔξω θάλασσαν vocat. cfr. ad I, 13, 15. Caeterum hic ipse locus fidem addere mihi videtur (cfr. ad Excerpta II, 5, 10) isti, quam mox Herodoto auctore tetigimus, narrationi. Vere enim in australi Oceano, circa orientalem Libyae partem, alternos spirare ventos ex occasura et oriente caeli regionibus, quis nesciat anemologiae non prorsus ignarus? — θάλασσαν pro θάλατταν E. — ἐκεῖ omittit E., quod antecedit οὕτως A.

19. ὁ νότος F. H. N. A. S. Cas. — Contra articulum ante ἀπὸ τοῦ ἑτέρου πόλου omittunt A. P. S. — δέ post ἐπεί omisimus cum E. probante Koenigmanno *Geogr. Aristotel.* p. 78 not. 193. Etenim nihil aliud dicere vult Aristoteles, nisi austrum non magis hunc, quam illum esse ventum. — οὔτε ἀπὸ χειμερινῆς Olymp. fol. 42, b, qui deinde verba δέοι γὰρ ἂν ἄλλον ἀπὸ θερινῆς εἶναι τροπῆς in textu et in interpretatione omittit. — οὔτε ὁ ἀπὸ χειμερινῶν τροπῶν Alex. fol. 103, b. A. — ἀπὸ θερινῆς τροπῆς. Intellige austrum versus. *Nec enim a solstitio aestivo ventum spirare negat Aristoteles, quippe qui paulo ante adfirmaverat, austrum ad nos deferri ἀπὸ τῆς θερινῆς τροπῆς, idque et mox significat satis diserte, sed alium ventum, quam hunc ipsum austrum, ab eodem illo solstitio procedere quoquam infitiatur.* Verba sunt Koenigmanni l. l. — ἄλλο pro ἄλλον N. — εἶναι ἀπὸ θερινῆς mutato ordine F. — μόνον pro μόνος Cam. γρ. Cas. — κεκαυμένου pro κατακεκαυμένου F. N. Alex. fol. 105 (104), a. Articulum ante κατακεκαυμένου omittunt A. Alex.

20. νομάς, quae maiorem prae se ferre solent humiditatem, quam arida loca. Cfr. Herodotum IV, 185 istas regiones ita describentem: ὑπὲρ δὲ τῆς ὀφρύης ταύτης τὰ πρὸς νότον καὶ μεσόγαιον τῆς Λιβύης ἔρημος καὶ ἄνυδρος καὶ ἄθηρος καὶ ἄνομβρος (quod non prorsus verum esse docui *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* VI, 17. not. 8. p. 106), καὶ ἄξυλός ἐστι ἡ χώρη. At bene Koenigmannus l. l. not. 196 corruptum censet vocabulum aut ex νοτίας aut ex νοτίδος, quod elucet ex sequentibus αἳ διὰ τὴν πῆξιν ποιήσουσιν ἐτησίας. — τῆξιν pro πῆξιν corr. E. praebent N. Cam. γρ. Cas. — De

discrimine inter utramque affectionem cfr. IV, 7. — Recte se habet futurum ποιήσουσιν, cuius in locum exspectaret aliquis ποιήσειαν ἄν. Cfr. post Matthiaeum *Gr. gr.* §. 523. p. 745. Elmsleium ad Euripid. *Med.* 1066. Bornemann ad Xenophont. *Anabas.* II, 3, 6. ποιοῦσιν H. N. — τό ante τὸν τόπον εἶναι omittit F. πολὺ εἶναι inverso ordine F. — Deinde ἀναπεπταμένος τόπος est locus longe lateque patens, ut ἀναπεπτάμενον πέλαγος apud Herodotum VIII, 6 altum mare significat, ἀναπεπταμένα πεδία apud Theophrastum *de vent.* §. 40. p. 773 campos lata patentes. cfr. §. 44. p. 774. *Problem.* XXVI, 52. p. 946, a.

21. Articulum ante αἰτία addit N. quod fere probavimus. Ita saepenumero Aristoteles τίς ἡ φύσις. I, 12, 20. II, 3, 48. II, 4, 28. II, 8, 50.

Cap. VI.

De singulorum ventorum nominibus et qualitatibus post alios, inter quos prae caeteris laudandi Salmasius *Exercitat. Plinian.* p. 878 sqq. Martinus ad Virg. *Georg.* III, 277 sqq. Koeler *Allgemeine Geographie der Alten* I. p. 286. Kapp ad *Aristotel. de mundo Excurs.* III, inde a pag. 367, Coray *Traîté d'Hippocrate sur les airs, les eaux et les lieux. Disc. prélimin.* p. LXVIII — LXXXIII, Genelli *Ueber die Windscheiben der Alten* in Wolf *Litterar. Analecten Heft* IV, abunde egi *Meteorol. vet. Graec. et Rom.* III, 12 — 13. p. 63 — 87 et §. 18 — 27. p. 110 — 136. Fere omnes, qui hac de re egerunt scriptores paululum inter se differunt. Cum nemo eorum, quos laudavi, omnes locos indicaverit, ex quibus quaestio, quae singulis temporibus singulis ventis nomina tributa sint, dirimi potest, atque ipse l. l. nonnullos praetermiserim, cum praeterea apud multos lectorum gratiam eorum recensu me esse initurum non dubitem, quotquot mihi innotuerunt enumerabo, ita tamen, ut neque verba huc pertinentia adscribam, neque quo modo alter ab altero scriptore differat, exponam. Sunt autem, qui commemorandi videntur, loci hi: Auctor libri *de mundo* c. 4. p. 394, b (cfr. Apulei. *de mundo* p. 128.

Stob. *Eclog. phys.* I. p. 669 sqq., quem comparare neglexerunt editores), Strabo *Geogr.* I. p. 26 sqq. Seneca *Quaest. nat.* V, 16—17. Plinius *Histor. nat.* II, 46. Vitruvius *de architectur.* I, 6. Gellius *Noctt. Attic.* II, 22. Agathemer *Geograph. Hypotyp.* I, 2. II, 12, Vegetius *de re militar.* V, 8. Ampelius *Libr. memorial.* c. 5. *Carmen incerti auctoris de ventis* apud Wernsdorff *Poët. lat. minor.* Vol. V. Part. I. p. 524—532. Isidorus *Origg.* XIII, 11. Dionysius in *Geoponic.* I, 11. p. 45 sqq. ed. Niclas, Laurentius Lydus *de menss.* c. 3. p. 120. Tzetzes *Chiliad. Hist.* VIII. v. 653—684, Nicephorus Blemmidas *Epitom. Phys.* c. 17. p. 134.

1. Pro *τίσι* H. N. exhibent *εἰσί*. Prorsus omittit F. post *τίσιν* addit *αὐτῶν* Cam. — *ποίους δ'* *οὔ* pro *καὶ ποίους οὔ* Olympiod. fol. 42, b. Alexander fol. 105 (104), a. Integra illa verba *ποίους ἅμα πνεῖν* .... *οὔ* desunt apud A. — *καί* post *ἔτι δέ* addunt F. N. — *πρὸς* ante *τούτοις* omittit E. — Deinde *μαθημάτων* pro *παθημάτων* praebet N. De problematis cfr. ad I, 3, 17.

2. *εὐσχημόνως* pro *εὐσήμως* Olymp. fol. 42, b. — *διὸ καί* pertinet ad verba *τοῦ μᾶλλον εὐσήμως ἔχειν.* Terra enim habitabilis non rotunda est, ideoque neque horizon eius, qua de re disseruit II, 5. — *αὐτόν* pro *αὐτοῦ* exhibent H. N. — Verba *τὸ ὑφ' ἡμῶν οἰκούμενον* in margine posuit F. — Post *κἀκεῖνο* Alex. 105 (104), a addit *αὐτό.* Ordinem verborum invertit N. cum scribat *διελεῖν κἀκεῖνο.*

3. *πρῶτον μὲν ἐναντία* addito *μέν* F. H. N. — *εἶναι κατὰ τόπον* mutato ordine N.

4. *ἐφ' οὗ* pro *ἐφ' ᾧ* Alex. A. Cam. P. S. Cas. cfr. V. L. ad II, 7, 2. Fecimus cum B. codicum lectionem sequente. — *τούτου* pro *τούτῳ* F. — Mox pro *ἐφ' οὗ* F. praebet *ἐφ' ᾧ* et articulum ante B. omittit cum codd. H. et N. — *τὸ μὲν ἐφ' οὗ* H. addito *μέν* N. — *ἄρκτος ἔστω* inverso ordine F. N., quorum posterior pro *ἐναντίον* exhibet *ἐναντία* ad *μεσημβρία* relatum. — Verba *τὸ δ' ἐφ' οὗ* . . . . . . *χειμερινή* in margine posuit F.

6. Verba ἐναντία κατὰ τόπον omisit N. — Post τόπον punctum ponit Cam. et δέ post πλεῖστον omittit. — ἐπέχει pro ἀπέχει absque sensu F. Sed ἐπί et ἀπό saepenumero confusa. Cfr. Wesseling ad Diodor. Sicul. Tom. I. p. 203. 721. Markland ad Eurip. *Suppl.* 644.

6. καὶ τὰ πνεύματα ᾧδε addito καί H. N. — τό ante ἀπὸ τοῦ A. omittunt A. Cam. (qui mendo typographico mox exhibet ἰσομερινή) P. — Ionica forma ἀπηλιώτης promiscue cum legitima ἀφηλιώτης utebantur Attici. cfr. Harduin. ad Plin. Tom. I. p. 271. ed. Paris. 1685. 4. quem laudavi *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* p. 118. not. 1. Lex. Seguier. p. 424, 25: ἀπηλιώτης ἐν τῷ π, καὶ ἀντήλιος καὶ πάντα τὰ ὅμοια ψιλῶς. καὶ ἡ ἐπηλίς ἐστι παρὰ Ποσειδίππῳ. Adde Eustath. ad Hom. *Odyss.* ζ΄. p. 263, 5 Bas. quem laudat Bake ad Cleomed. *Meteor.* II, 6. p. 475. cfr. Schaefer ad Gregor. Corinth. p. 399. Lobeck ad Soph. *Aiac.* 803. Blomfield. *Gloss.* ad Aesch. *Agamemn.* 502. p. 203. Sed nescio an in his et similibus obliterata sit aspiratio propter eandem, quae η litterae et spiritui aspero inter litteras locum habere solito (vid. Salmas. *de Hellenist.* p. 70) tribuebatur, formam cfr. Priscian. I. p. 542. Mar. Victorin. p. 2459. 2469. Villoisson. *Anecdot. graec.* II. p. 161. Bekker *Anecdot. gr.* p. 780). Facilis enim lapsus erat a forma *ANTHHΛIOC* ad alteram *ANTHΛIOC*. — καί ante ἀπαρκτίας omittunt E. H. N. et prima manu F. — De τε γάρ cfr. Schaefer ad Dionys. Halicarnass. *de compos. verbor.* p. 409 sq.

7. δέ ab initio deest in codice F. — αὕτη omittit E. — ἐναντίος γὰρ οὐχ A. P. S. Cas. Cam. qui et ἐναντίον pro ἐναντίος exhibet. Iidem et paulo post cum Alexandro fol. 105 (104), a. ἐναντίος γὰρ τούτῳ pro ἐναντίος δὲ τούτῳ. — Articulum ante ἀπὸ τοῦ Γ omittit F. in quo, sicuti etiam in H. et N. deest mox πνεῖ post δυσμῆς χειμερινῆς. — κεῖται omittit F. ut §. 6. — ἀπὸ δὲ τοῦ Δ, eiecto articulo F. H. N. — εὐρόνοτοι πνέουσιν· οὕτω γὰρ λέγονται. F. Apud posterioris aevi scriptores εὐρόνοτος est is, qui e puncto *M* spirat, a quo nullum flare ventum contendit Aristoteles §. 9. cfr. Favorin.

apud Gell. *Noctt. Attic.* II, 22. Idem ille ventus in fragmento *περὶ σημείων* p. 973, b, de quo supra diximus, audit Orthronotus. Scilicet *Ὀρθρόνοτος* pro eo, quod in omnibus MSS. reperitur *Ὀρθόνοτος*, correxit Koenigmann *Geogr. Aristot.* p. 20. collatis *Antelucanis flatibus* Vitruvii I, 6, *qui quum exorto sole permanserint, Euri venti tenent partes.* Addere poterat Senec. *Quaest. natur.* V, 7. — *ἀργέτην* pro *ἀργέστην* N. *ἀργέτα* supra posito *ἀργέστην* F. Mox *ὀλύμπιον* pro *ὀλυμπίαν* H. N. De Olympiae nomine Euboeae vulgato cfr. Plinium *Hist. nat.* II, 16. XVII, 37; de Scironis (*σκείρωνα* praebet F.), quo Athenis insigniebatur Strabon. I. p. 50 A. IX. p. 453. Plin. *Hist. nat.* II, 46. Senec. *Quaest. natur.* V, 17. Romae etiam Iapyx vocabatur, quod inde patet, quia hoc vento secundati nautae Aegyptum petebant Graeciamque, unde Cleopatram post Actiacam pugnam

— inter caedes pallentem morte futura
Fecerat Ignipotens ventis et Iapyge ferri.

(Virg. *Aen.* VIII, 709), et Virgilio Athenas petenti precatur Horatius *Od.* I, 3, 3, ut navem

— ventorum — regat pater
Obstrictis aliis praeter Iapyga.

Praeterea Atabulus in Apulia audiit. Plin. *Hist. nat.* II, 37. XVII, 14. Sidon. *Epp.* I, 5. p. 10. ed. Elmenhorst.

8. *τε* post *διάμετρον* omittunt F. N. — *ἀρχέτου* pro *ἀργέστου* N. Thrascias est qui *Στρυμονίης ἄνεμος* vocatur Herodoto VIII, 118 ibiq. Larcher, *Στρυμόνιος βορέης* Callimacho *Hymn. in Del.* 26. *πνοαὶ ἀπὸ Στρύμονος* Aeschylo *Agamemn.* 185. Cum Strymonia vento concidere Ismaricum illum, cuius mentio fit apud Dionys. Perieg. 113 contendit Hill. — Verba *ἀπὸ δὲ τοῦ K .... ἀπαρκτίου* in margine ponit F. — *H* pro *K* exhibent H. N. Alex. Bas. in margine. — *μέσσην* Cam. γρ. Cas. — Deinde *K* pro *IK* A. Bas. γρ. Cas. quae varietas orta est ex lectione Cam. P. S. Cas. *KI.* — De circulo ubique apparente cfr. ad II, 5, 10. — *οὐκ ἀκριβοῖ δέ.* Recte: nam ex nostra divisione Meses spirat ex puncto, qui

respondet $23^\circ + \frac{67^\circ}{2} = 56^\circ\,3'$ lat. bor. circulus arcticus contra 67° lat. b.

9. *οὔτε τῷ θρασκίᾳ* omisit N. in margine ponunt F. H. Pro altero *οὔτε* N. exhibet *οὐδέ.* — Post *κατὰ διάμετρον* Cam. P. S. addunt *σημεῖον.* — Articulum ante *θρασκίᾳ* omittit E. uti etiam quae mox sequuntur verba *ἔπνει γὰρ ἄν.* — Articulum ante *σημεῖον* omittit Cam. — *ἐνταῦθα* pro *ἀπ' αὐτοῦ* exhibet F. — *τις πνεῖ* inverso ordine F. *ἔστι τις* E. A. Alex. — *οἱ περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον.* cfr. ad I, 13, 15.

10. Pro *τοῦδ' εἶναι* F. praebet *τὸ δ' εἶναι*, N. *οὐ δ' εἶναι.* — *πρὸς* ante *μεσημβρίαν* omittit E. — *προσκεῖσθαι* pro *ὑποκεῖσθαι* pr. manu N. — *εἰς τοῦτον τὸν τόπον* pro *εἰς τοῦτο τὸ μέρος* F. — *καί* ante *θερμαινομένων* deest in codice E. — Mox *καὶ τὴν γῆν* pro *καὶ τῆς γῆς* F. H. Bas. S. *γρ.* Cas. — *ἐπὶ πλεῖστον τόπον* A. Alex. 105, a, perperam: retinenda enim vulgata propter antegressum *πλείω.* Ita male me habet apud Sophoclem *Trachin.* 115: *βάντ' ἐπίοντα τ' ἴδοι*, ubi scribendum *βάντ' ἐπιβάντα τ' ἴδοι.* — Mox pro *διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν* Alex. A. P. S. Cas. (qui tamen nostram lectionem in margine commemoravit) *δι' αὐτὴν τὴν αἰτίαν.*

11. *πνευμάτων κυριώτατος βορέας* N. omisso deinde *κυριώτατα.* — *ἔστι δὲ καὶ τῶν εἰρημένων πνευμάτων βορέας μὲν ὅ τε* (scr. *τά τε*) *ἀπαρκτικὰ καὶ θρασκίας καὶ μέσης* Olymp. 42, b. Idem fol. 43, a, ubi in reliquis vulgatam scripturam sequitur, *καί* post *ἔστι δέ* retinet. — *καὶ θρασκίας καὶ μέσης* praebent etiam Alex. fol. 105, a. A. *καὶ ὁ θρασκέας* (sic) F. — *κοινὸς ἀργέστου* omittunt E. H. N. — Verba *καὶ μέσον* .... *ἀπηλιώτου* in margine posuit F. omisso *κοινός.* Unde fortassis totus locus ita est refingendus: *ἔστι δὲ καὶ τῶν εἰρημένων βορέας μὲν ὅ τ' ἀπαρκτίας κυριώτατα καὶ θρασκίας καὶ μέσης,* in quibus *καί* spectat ad antegressa *τοῦδ' εἶναι πλείους ἀνέμους ἀπὸ τῶν πρὸς ἄρκτον τόπων* et q. s. — Articulum ante *ἀπὸ μεσημβρίας* omittit F., qui mox pro *ἀργέστης* exhibet *ἀργέτης.*

12. *ὁμοίως* pro *ὅλως* Olymp. fol. 43, b, non minus inepte, quam quod deinde exhibet *τούτου* pro *τούτων.* — De re cfr.

de re publ. IV, 3. p. 1290, a: *μάλιστα δὲ δοκοῦσιν εἶναι δύο* [*πολίτειαι*] *καθάπερ ἐπὶ τῶν πνευμάτων λέγεται τὰ μὲν βόρεια, τὰ δ᾽ ἄλλα τούτων παρεκβάσεις.* Eodem modo Hippocrates duo ventorum genera statuit, quibus reliquos adnumerat (cfr. Coray *Discours prélimin.* ad Hippocrat. *de aëre, aq. et loc.* p. LXVII.). Quemadmodum hoc loco Aristoteles *τοῖς ἀπηλιωτικοῖς πνεύμασι* adnumerat etiam Caeciam et Eurum, ita Herodotus VII, 188 Hellespontiam, qui cum Caecia concidit (cfr. *Problem.* XXVI, 56. p. 946, b. Theophrast. *de vent.* 62. p. 782), *Ἀπηλιώτην* vocat. A *Scholiasta* ad Aristophan. *Equit.* 435 Caeciae Austri nomen additur, quum latiori significatione expressione australium ventorum abutatur. Huc etiam pertinet locus Strabonis I. p. 26 sq.: *Εἰσὶ δέ τινες, οἵ φασι δύο τοὺς κυριωτάτους εἶναι ἀνέμους, Βορέαν καὶ Νότον· τοὺς δὲ ἄλλους, κατὰ μικρὰν ἔγκλισιν διαφέρειν, τὸν μὲν ἀπὸ θερινῶν ἀνατολῶν Εὖρον· χειμερινῶν δέ, Ἀπηλιώτην· δύσεων δὲ θερινῶν μέν, Ζέφυρον· χειμερινῶν δέ, Ἀργέστην· τοῦ δὲ δύο εἶναι τοὺς ἀνέμους ποιοῦνται μάρτυρας Θρασυάλκην τε* (ex quo ipsum Aristotelem etiam alia hausisse testatur Posidon. apud Strabonem XVII. p. 1139, B) *καὶ τὸν ποιητὴν αὐτόν, τὸν μὲν Ἀργέστην τῷ Νότῳ προσνέμειν·*

Ἀργέσταο Νότοιο —

(*Il. φ'*, 334. *λ'*, 305. Cfr. tamen *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* III, 12. p. 65) *τὸν δὲ Ζέφυρον τῷ Βορέᾳ*

Βορρῆς καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον

(*Il. ι'*, 5. vid. *Meteorol. vet.* l. l. p. 66. not. 15. 16). — At ex hisce locis minime patet, Homerum duos tantum novisse ventos, ut neque ex *Odyss. ε'*, 295 sq. ubi quatuor enumerantur, elucet, eum non plures quam quatuor distinxisse, monente iam Beckmanno *Beitr. zur Gesch. der Erfind.* Vol. IV. p. 534. Qui enim istum Homericum imitati sunt locum posteriores poëtae, Ovidius *Metam.* I, 61—66, *Trist.* I, 27—30, Manilius *Astronom.* IV, 591 sqq. Musaeus v. 316 sq. aliique, plures quam quatuor noverunt, neque iudicii acumen cernitur in Senecae versibus *Agamemn.* 469 sqq., ubi octo ventos

secum pugnantes recenset. — *τούτων βόρεια* mutato verborum ordine F. — *νότια δέ* pro *νότῳ δέ* E. Alex. *τῷδε νότῳ* F. Cam. P. S. Cas. — Eurum Notumque calidiores esse Zephyris probat *Problem.* XXVI, 27. p. 943, b. Secundum Hippocratem *de aëre, aq. et locis* §. 9 omnes venti calidiores sunt [*πνεύματα*] *ὅσα κέεται μεταξὺ τῆς τε χειμερινῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν δυσμέων τῶν χειμερινῶν.* — *διὰ τὸ ἀπό* pro *τῷ ἀπό* F. H. N.

13. De articulo ante *ἀλεεινῷ* omisso cfr. ad I, 3, 5. Etiam ante *θερμῷ* omittunt *τῷ* F. Alex. fol. 105, b. A. Cam. P. S. Cas. quod fere probaverim. *τῷ θερμῷ καὶ τῷ ψυχρῷ* inverso ordine exhibent H. N. quorum posterior etiam *τῷ ἀλεεινῷ* exhibet. Post *θερμότερα* pro *δέ* habent *μέν* F. H. N. Cam. cfr. Schaefer *Meletem. critic.* p. 111. — *τῶν ἀπὸ δυσμῆς τὰ ἀπὸ ἕω* mutato ordine omissoque articulo F. — *τῶν δ' ἀπὸ δυσμῆς*, addito *δέ* casso sensu Alex. A. *γρ.* Cas. *ἀπὸ δυσμῶν* Olymp. fol. 43, b. — *πλείονα* pro *πλείω* H. N. — Mox *τῶν δ' ἀπὸ δυσμῆς* pro *τὰ δ' ἀπὸ δυσμῆς* E. F. H.

14. *δῆλον ἅμα ὅτι πνεῖν* sensu paululum diverso Olymp. fol. 43, b. — *οὕτως κειμένους* Cam. ut saepe alias. cfr. ad I, 4, 1. — *καὶ διὰ τοῦτο* addita copula Alex. fol. 105, b. A. Cam. P. S. — *τοῦτο καὶ ἅμα* F. — *εὖροι* pro *οὔριοι* inepte N. — *ἐπὶ τὸ γ αὐτοῦ σημεῖον* Cam. — *ταυτοῦ* pro *τοῦ αὐτοῦ* N.

15. *τάς* ante *ὥρας* omittit F. — *καικίας* deest apud A. — *οἱ λίβες* addito articulo Alex. 105, b. Cam. (qui paulo ante exhibet *μετοπωρινήν*) P. Cas. — *δὲ χειμερινάς* inverso perperam ordine E. — Qua vice singuli venti per annum spirent, exposui *Meteorol. vet.* III, 13. p. 74 sqq.

16. *πίπτουσι* pro *ἐπιπίπτουσι* E. qui saepe, uti iam observavimus, simplex verbum pro composito ponit. — *μάλιστα τοῖς ἄλλοις* inverso ordine N. — *ἀπαρκτίας καὶ θρασκίας* loco pluralis numeri Olymp. fol. 43, b. — *ἀργέται* N. Huc pertinere verba Horatii *Odd.* I, 3, 13:

> — *nec timuit praecipitem Africum*
> *Decertantem Aquilonibus* —

monui iam *Meteorol. vet.* l. l. — Deinceps *γάρ* post *ἐγγυτάτω*

omittunt Alex. fol. 105, b. A. Cam. P. S. Cas. et verba *διὰ . . . ἢ εἶναι* perperam cum antegressis coniungunt. — *πολύ* pro *πολλοί* exhibet E. — *μάλιστα πνέουσιν* mutato ordine H. N. — Mox *μάλιστά τε ἀποβιαζόμενοί τε* duplici *τε* praebet E. — *ἄλλα* pro *τἆλλα* H. P. S. Cas. — *παύουσι πνεύματα* inverso ordine F. — *ἄν* omittit E. *σφόδρα* deest apud Alex. A. — *ἅμα* ante *τύχωσιν* ponit F.

17. *τότε γὰρ οὐκ αἴθριοι* H. — *ἐάν* pro *ἄν* exhibet N. — *ψυχροὶ μᾶλλον* H. — *παρωθοῦντες* pro *προωθοῦντες* reperitur in codice N. — *εἰς* ante *αὐτόν* omittit E. De re cfr. *Probl.* XXVI, 1. p. 940, a. XXVI, 29. p. 943, a. (*Meteor. vet. Gr. et Rom.* III, 13. p. 82 sq. VI, 21. p. 117 sq.) *de mundo* c. 4. s. 14: *τῶν ἀνέμων οἱ μέν εἰσιν εὐθύπνοοι, ὁπόσοι διεκπνέουσι πρόσω κατ᾽ εὐθεῖαν. οἱ δὲ ἀνακαμψίπνοοι, ὥσπερ ὁ Καικίας λεγόμενος*, quo respexit Hesychius v. *ἀνακαμψίπνοος· ὁ καικίας λεγόμενος*. In versiculo isto, quem dedimus cum B. ex auctoritate codicis E., mira est lectionis varietas. *πρὸς ἑαυτόν* pro *ἐφ᾽ ἑαυτόν* H. *ὥσπερ* pro *ὥστε* F. H. N. Cam. P. S. Cas. *ὥστε* est etiam apud Theophrastum *de ventis* §. 37. p. 772 consentiente cod. Urbin. In *Problem.* XXVI, 29. p. 942, a. Bekkerus servavit *ὥσπερ*. Ibi solus cod. Laurentianus 87, 4. C[a] signatus praebet *ὥσπερ ὁ καικίας*, ad quam lectionem proxime accedit Gellius *Noctt. Attic.* II, 22, apud quem legitur *ὡς ὁ καικίας*. Apud Plutarchum denique *Praec. pol.* c. 31 (p. 196 ed. Hutten) legi solet *ὥσπερ καικίας νέφη*. De confusis *ὡς, ὥστε, ὥσπερ* cfr. Schneider ad Aristot. *Hist. animal.* Tom. IV. p. 235. Schaefer ad Longi *Pastoral.* p. 333 et *Ind.* p. 460. ad *Schol. Par.* Apollon. Rhod. I, 269. p. 30.

18. Post *γίνονται* H. addit *μέν* et deinde pro *καταπαυομένων* simplici verbo utitur. Verba *κατὰ . . . . μετάστασιν* ante *καταπαυομένων* ponit N.

19. *οὐχ ὑγροί* pro *οἷον ὑγροί* scripsit P. inepte. — *λίψ* in Graecia et Italia madidus. Cfr. *Problem.* XXVI, 26. p. 943, a: *ἐπεὶ δὲ ὁ Λίψ ἔκ τε τῆς χειμερίου τάξεώς ἐστι καὶ ὑγρὸς φύσει, προστεθεὶς ἐν τῇ ἰσημερίᾳ* (quod etiam testatur

Theophrastus *de sign.* I, 21) ῥοπὴν χειμῶνος ἐποίησε καὶ ὄμβρον. ὁ γὰρ ὄμβρος χειμών ἐστιν οἰκειότατος τῷ πνεύσαντι πνεύματι. Inde Rutilius *Itinerar.* I, 631:

Interea madidis non desinit Africus alis
Continuos picea nube negare dies;

inde *humidus* Plinio *Histor. natur.* II, 48, *creber procellis* Virgilio *Aen.* I, 85 (cfr. Shaw *Travels.* London 1757. 4. p. 134), *praeceps* Horatio *Carm.* I, 3, 12 eidemque *protervus* audit *Epod.* XVI, 15. Maxime circa Rhodum Cnidumque violentem esse Africum affirmat Theophrast. *de vent.* §. 51. p. 777, ubi etiam proverbii mentionem facit:

Λὶψ ἄνεμος ταχὺ μὲν νεφέλας, ταχὺ δ' αἴθρια ποιεῖ·
Ἀργέστῃ δ' ἀνέμῳ πᾶσ' ἕπεται νεφέλη.

— De Caecia paulo ante diximus. In Italia serenus erat, quod ex Plinii verbis patet *Histor. natur.* II, 48: *Narrant in Ponto Caeciam in se trahere nubes.* De Hellespontiae nomine cfr. ad §. 12. — Solanum, ita enim apelioten Romani vocarunt, *aquosum* esse ex Ovidio *Metam.* XI, 481. XV, 603 et Horatio *Epod.* XVI, 54 elucet. — ἀργέτης exhibent F. N. De Argeste et Euro prorsus ex mente Aristotelis, ex quo sua repetiit, monet Plinius *Hist. nat.* II, 48: *Siccus est Corus, sicut Vulturnus, praeterquam desinens.* In Italia Corus (is enim idem est, qui Graecis vocatur Argestes) *frigidus* (Ovid. *Fast.* V, 161), unde *frigora Cauri* commemorantur apud Virgilium *Georg.* III, 356, ubi cfr. Voss, et Claudianus I, 132 ait:

Sarmaticosque pati medio sub frigore Cauros —

praetereaque *rapidus* (cfr. Rutil. Numatian. I, 463. Senec. *Agamemn.* 484) et *imbrifer* (Senec. *Hippolyt.* 1131) fuit. De Euro cfr. *Problem.* XXVI, 27. p. 943, a. — νιφετώδεις Olymp. fol. 44, a, uti etiam mox χαλαζώδεις et deinde καυματώδεις consentiente cod. N. — Articulum ante ἀπαρκτίας addunt H. A. Cam. P. S. Cas. — ἀργέτης iterum exhibent F. N. — ἀραιοτέρως pro ἀραιοτέροις F. Cam. P. S. Cas. — καὶ καικίας addito *καί* H. — Post ἀέρα addunt νέφη Alex. 106, a. A. εἰς νέφη Cam. P. S. Cas. quod contra Aristotelicam theoriam

est. cfr. ad I, 13. — Deinde *ἀπαρκτίας καὶ θρασκίας καὶ ἀργέστης* F. H. N. Olymp. 44, b. ut §. 16. — *θρασκίας* prima manu omisit E. — *ἡ γ' αἰτία* F.

21. *ἀστραπὰς δὲ μάλιστα ποιοῦσι* F. Cam. *ἀστραπὰς δὲ ποιοῦσι μάλιστα* H. N. P. S. Cas. Secuti sumus cod. E. cum A. Bas. B. *γρ.* Cas. et cfr. Theophrast. *de sign.* II, 12. p. 793: *ἀστραπαῖος δὲ θρασκίας καὶ ἀργέστης καὶ ἀπαρκτίας καὶ μέσης.* — *ἐκεῖθεν* pro *ἐγγύθεν* Cam. De re cfr. II, 9, 3.

22. Quid sit *ἐκνεφίας*, explicat III, 1. Cfr. imprimis Theophrast. l. l. *γίνονται δὲ ἐκνεφίαι, ὅταν εἰς ἀλλήλους συμπίπτωσι πνέοντες, μάλιστα μὲν μετοπώρου, τῶν δὲ λοίπων ἔαρος.* Totus autem locus inde a §. 10 cum nostro capite conferri meretur, ex quo petitus est. *De mundo* c. 4: *οἱ δὲ κατὰ ῥῆξιν νέφους γινόμενοι καὶ ἀνάλυσιν τοῦ πάχους πρὸς ἑαυτοὺς ποιούμενοι ἐκνεφίαι καλοῦνται.* Adde Senec. *Quaest. nat.* V, 12. Plin. *Hist. nat.* II, 48. — *ἀργέτης* hoc quoque loco F. N. — Articulum ante *ἐκνεφίαι* omittit F. — *ὅταν τῶν ἄλλων πνεόντων*, addito articulo, simplicique verbo in locum compositi substituto F. H. N. *τῶν μὲν ἄλλων ἐκπνεόντων* Cam. *γρ.* Cas. — *ἐπιπίπτωσιν* pro *ἐμπίπτωσιν* F. qui etiam deinceps exhibet *ἐπιπίπτουσι.*

23. *ἀπαρκτικῶν* pro *ἀπαρκτίων* E. — *καί* ante *ἀργέστας* omittunt A. P. S. *ἀργέτας* F. — Quae in parenthesi posita sunt verba in omnibus editionibus *ὁ γὰρ ἀπαρκτίας ζέφυρός ἐστι* difficillima sunt intellectu. Vicomercatus ea ita explicat, ut moneat non absolute esse intelligenda, sed de iis tantum interpretanda, qui occidentem versus incolant. Sed tunc prorsus superflua sunt, atque idcirco amplectimur lectionem codicis E. qui pro *ἀπαρκτίας* exhibet *ἀρκτικός* nisi, quod verba transponimus hunc in modum *ὁ γὰρ ζέφυρος ἀρκτικός ἐστι.* Talis transpositio, cuius in Meteorologicis omnes codices innumera praebent exempla, non nimis audax videtur, praesertim cum via depravationis inde eluceat. Si enim vera est lectio nostra: verba eum in modum transposita, quo exhibentur in codice E, nullum sensum fundunt, unde aliquis doctior scriba *ἀρκτικός* in *ἀπαρκτίας* mutavit. Caeterum conferenda sunt verba Stra-

bonis I. p. 3, A qui in Hispania fere semper Favonios spirare docet, auctore, uti videtur, usus Homero, quem in Hispania Elysios campos collocasse refert, de quibus ille *Odyss.* δ', 566:

Οὐ νιφετός, οὔτ' ἄρ χειμὼν πολύς, οὔτε ποτ' ὄμβρος,
Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀφίησι. —

Plinius *Hist. nat.* II, 48 ea in re consentit cum Aristotele, quod in Asia etesias ab oriente flare docet; sed de Hispania idem quod de Asia valere iniuria narrat. Cfr. etiam, quos laudavimus *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* VI, 20. p. 117. not. 8, Gellium *Noctt. Attic.* II, 22. Diodor. Sicul. I, 39. p. 47 ibiq. Wesseling et Hesychii glossam: *Ἀργέσται· οἱ ἐτησίαι.*

24. *καὶ τῆς* pro *τῆς τε* F. *τε* prorsus omittunt H. N. Alex. fol. 106, a. — Mox *κοινῇ καὶ καθ' ἕκαστον παθημάτων* pro *κοινῇ τε παθημάτων καὶ περὶ ἕκαστον* F. Cam. P. S. Cas. quae lectionis varietas absque dubio ex transpositione orta est. — Denique *ἕκαστα* pro *ἕκαστον* H. N.

Cap. VII.

Si quis in nulla historiae naturalis parte ullum nos nostra aetate fructum ex veterum opinionum recensu capere posse censeat, conveniet saltem, in explicandis terrae motibus nos amplius, quam Aristotelem et qui eum presso fere pede secuti sunt, veteres scriptores, nondum processisse. Unde nusquam maiore cum diligentia quidquid veteres hac illave de re proposuerunt placita, componere et inter se comparare studui, quam nunc, ubi ad Aristotelicam de terrae motu opinionem explicandam pervenimus. Anteaquam vero veterum sententias enumeramus, indicabimus, qui inter recentiores physicos prae ceteris dilucide ac diserte de hoc phaenomeno eiusque causis probabilibus disseruerint et laudabimus idcirco, praeter ea, quae in Rees *Cyclopaedia* Vol. XII. Art. *Earthquake* et in Gehleri *Physik. Wörterb.* (edit. recent.) Art. *Erdbeben* leguntur, quae exposuerunt Michell in *Philosoph. Transact.* Tom. LI. p. 566

— 634, Alexander ab Humboldt *Voyage aux régions équinoxiales* Tom. II. p. 240 — 302, qui p. 249 sq. de divisionibus terrae motuum, secundum variam succussionum naturam et directionem egit, Fr. Kries *Ueber die Ursachen der Erdbeben* (*Eine gekrönte Preisschrift. Utrecht.* 1820. 8. Leipz. 1827. 8, quam posteriorem editionem ante oculos habui) et v. Hoff *Geschichte der durch Ueberlieferung nachgewiesenen Veränderungen auf der Erdoberfläche* (*Gotha* 1824. 8.) Vol. II. p. 71 — 85. Quem ille laudat librum Ioannis Viventii (Giovanni Vivenzio *Istoria de' tremuoti avvenuti nella Provincia della Calabria ulteriore e nella Città di Messina nell' anno* 1783, *e di quanto nella Calabria fu fatto per lo suo risorgimento, fino al anno* 1787. *Preceduta da una Teoria ed Istoria generale de' tremuoti.* 2 voll. 4. *Napoli* 1788) equidem comparare non potui.

Quid sit, cur sacerdotum Aegyptiorum de terrae motibus placita nulla nos servaverint Graeci scriptores, facile potest indicari. Etenim Aegyptus ad Agathiae usque tempora nunquam tremuit. Is vero libr. II. p. 52 ed. Paris. p. 37, D. ed. Venet. narrat: τότε δὲ καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς τῷ Νείλῳ ἱδρυμένῃ ποταμῷ καὶ ταῦτα οὐκ εἰωθὸς σείεσθαι τὸ χωρίον, συναίσθησίς τε τοῦ κλόνου ἐλαχίστη μὲν καὶ ἀφαυροτάτη καὶ οὐ πάμπαν ἀρίδηλος, γέγονε δὲ ὅμως· ἅπαντες δὴ οὖν οἱ ἐπιχώριοι καὶ μάλιστα οἱ σφόδρα γεγηρακότες, ἐν θαύματι μεγάλῳ τὸ ξυνενεχθὲν ἐποιοῦντο, ὡς οὔπω πρότερον γεγενημένον, ἔμενέ τε οἴκοι ὅστις οὐδείς, ἀλλ' ἀνὰ τὰς λεωφόρους τὰ πλήθη ξυνέρρει τῷ ἀπροσδοκήτῳ δῆπου καὶ παραδόξῳ τοῦ μετρίου καταπεπληγμένοι. Post causas, cur Aegyptum minime terrae tremoribus obnoxiam nonnulli censuerint, quas ex Aristotelica theoria repetierunt, enumeratas, refert (p. 38 B) tum temporis timuisse Aegyptios, ne γαιήοχος Neptunus in ἐννοσίγαιον, κινησίχθονα et σεισίχθονα *) sibi converteretur.

---

*) Cfr. Senec. *Quaest. natur.* VI, 23, 4. Ammian. Marcellin. XVII, 7, 12. Eustath. ad Homer. *Iliad.* ο', p. 1013. Ez. Spanhem. ad Callimach. *Hymn. in Del.* 31. p. 403 sq. ed.

Quod tamen non accidit: inde enim ab isto tempore, cum simul Berytus Phoeniciae urbs dirueretur et Byzantii solum concuteretur, insulaque Cos tremeret, nihil tale Aegyptiis accidisse narratur: neque id antea factum esse proditur nisi quod Thebas in Aegypto superiore sitas Ol. 188, 1 terrae motu concidisse perhibet Eusebius *Chron. ex interpret. St. Hieronymi* edit. Arnold. Pontaci (Burdig. 1604. fol.) p. 149 B, qua de re nihil aliunde notum. Neque scio num verba Hieronymi: *Thebae Aegypti usque ad solum erutae*, re vera ad terrae motum spectent.

Nostris etiam temporibus non desunt indicia regiones, quas Euphrates Tigrisque perfluunt, olim saepenumero tremuisse (cfr. v. Hoff l. l. p. 115 sqq.), pluresque ea de re exstant narrationes. Inde factum est, ut Babyloniorum placita commemorare potuerit Plinius, qui *Histor. nat.* II, 79 (81) perhibet eos existimasse, *motus terrae hiatusque et caetera omnia, vi siderum fieri; sed illorum trium, quibus fulmina adsignent: fieri autem, meantium cum sole aut congruentium, et maxime circa quadrata mundi.*

Primus Graecorum philosophorum, de quo nobis erit dicendum, Thales est Milesius, de quo *Plac. Philosophor.* apud Plutarchum III, 15. p. 90. ed. Corsini: *Θαλῆς μὲν καὶ Δημόκριτος ὕδατι τὴν αἰτίαν τῶν σεισμῶν προσάπτουσιν.* At de ratione, qua terrae motus ex Thaletis sententia fiant, nihil amplius exponitur: quod discimus ex Seneca *Quaest. natur.* VI, 6. Thales enim totam terram subiecto humore portari et innatare censuit. Cfr. Aristotel. *de caelo* II, 13: *οἱ δὲ ἐφ᾽ ὕδατος κεῖσθαι [τὴν γῆν φασι]. τοῦτον γὰρ ἀρχαιότατον παρειλήφαμεν τὸν λόγον, ὅν φασιν εἰπεῖν, τὸν Θαλῆν τὸν Μιλήσιον, ὡς διὰ τὸ πλωτὴν εἶναι μένουσαν, ὥσπερ*

Ernesti. Creuzer *Meletem. crit.* I, 32. Letronne *Essai sur les idées cosmographiques qui se rattachent au nom d'Atlas* in *Bulletin universel des Sciences.* Sect. VII. Tom. XVII. p. 134 sqq. Inde Soph. *Trachin.* 503 Neptunus audit *τινάκτωρ γαίας* et Pind. *Isthmic.* IV, 32: *κινητὴρ γᾶς.* Adde Thucyd. I, 128. Paus. IV, 24.

ξύλον, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. Iam *illud in argumenti loco posuit, aquas esse in causa, quibus hic orbis agitatur, quod in omni maiore motu erumpunt fere novi fontes; sicut in navigiis quoque evenit, ut, si inclinata sunt et abiere in latus, aquam sorbeant, quae in omni onere eorum quae vehit, si immodice depressa sunt, aut superfunditur, aut certe dextra sinistraque solito magis surgit.* Unde elucet ad Thaletem pertinere verba Plutarchi haec l. l. p. 91: οἱ δέ φασιν ἐφ' ὕδατος [ἐποχεῖσθαι τὴν γῆν], καθάπερ τὰ πλατανώδη καὶ σανιδώδη ἐπὶ τῶν ὑδάτων, διὰ τοῦτο κινεῖσθαι. Qua in re dissensit a Thalete Democritus, qui minime totam terram moveri censuit, arbitratus, cum aequaliter undequaque a caelo terra distet, nullam causam adesse, propter quam huc potius quam illuc vergat, adeoque tellurem in aequilibrio permanere, neque moveri, sed tantum concuti. — Democriti sententiam exposuit deinde Aristoteles: suppresso auctoris nomine refellere etiam studet Seneca *Quaest. nat.* VI, 7, quamvis argumentis parum validis sit usus. cfr. VI, 20.

Anaximenis explicationem, praeter Aristotelem, retulit etiam Seneca *Quaest. natur.* VI, 10, 1 sqq. Sed ex alio fonte hausit, quam Aristoteles. Quam ob rem eius haec verba adscribo: *Anaximenes ait, terram ipsam sibi esse causam, nec extrinsecus incurrere, quod illum impellat: sed intra ipsam et ex ipsa quasdam partes eius decidere, quas aut humor solverit, aut ignis exederit, aut spiritus violentia exusserit. Sed his quoque cessantibus non deesse, propter quod aliquid abscedat aut revellatur. Nam primum omnia vetustate labuntur, nec quidquam tutum a senectute est. Haec solida quoque et magni roboris carpit. Itaque quemadmodum in aedificiis veteribus quaedam non percussa tamen decidunt, quum plus ponderis habuere quam virium: ita in hoc universo terrae corpore evenit, ut partes eius vetustate solvantur, solutae cadant, et tremorem superioribus adferant: primum dum abscedunt, nihil enim utique magnum, sine motu eius, cui hausit, abscinditur, deinde quum deciderunt, solido exceptae resiliant, pilae more; quae quum*

cecidit, exsultat, ac saepius pellitur, toties a solo in novum impetum missa. Si vero in stagnantibus aquis delata sunt, hic ipse casus vicina concutit fluctu, quem subitum vastumque illisum ex alto pondus eiicit. In *Plac.* apud Plutarch. l. l. p. 90 de Anaximene haec leguntur: *Ἀναξιμένης ξηρότητα καὶ ἀραιότητα τῆς γῆς αἰτίαν τῶν σεισμῶν ὧν τὴν μὲν αὐχμοὶ γεννῶσι, τὴν δὲ ἐπομβρίαι.* Quin ibi corrigendum sit ex Galeno c. XXI. *ὑγρότητα* pro *ἀραιότητα*, uti voluit Corsini, nullus dubito: sed monendum videtur, interpretem hunc in adnotatione Anaxagorae sententiam cum Anaximenis confudisse. Caeterum post *ἐπομβρίαι* lacunam statuendam esse nemo non videt, comparatis Aristotelis et Senecae verbis: explicatio enim terrae motuum prorsus deest, nec causa adlata sufficit, nisi modus generationis addatur. Quod deinde p. 91 dicitur, Anaximenem arbitratum esse, tellurem propter latitudinem, qua praedita sit, aëri insidere (*διὰ τὸ πλάτος ἐποχεῖσθαι τῷ ἀέρι*), adeoque aliquando concuti et fluctuare: id minime cum Anaximenis opinione congruit: quippe qui partium terrae ruinam tamquam terrae motuum causam significaverit, haud vero totius motum. Itaque de Anaximandro cogitavi, cuius nomen saepe cum Anaximenis confundi notum est *): quod tamen ne fiat, vetant verba Plinii *Histor. natur.* II, 79 (81): *Praeclara quaedam esse et immortalis in eo, si credimus, divinitas perhibetur Anaximandro Milesio physico, quem ferunt Lacedaemoniis praedixisse, ut urbem ac tecta custodirent: instare enim motum terrae, cum et urbs tota eorum corruit; et Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta, cladem insuper eam ruina pressit.* — Nam ex hisce patet etiam Anaximandrum, si fabula vera, non de totius terrae motu aliquo, sed de partium tantum ruina et concussione cogitasse. — Deinde vidi Anaxagorae nomen esse substituendum, quod ex verbis Alexandri patet mox adscribendis,

---

*) Quod nemo interpretum animadvertit apud Ammian. Marcellin. XVII, 7, 12, ubi Anaximenis nomen substituendum esse, ex antegressis patet.

quamvis contra stare videatur Simplicius ad Aristot. *de caelo* fol. 126, b: *τρίτων τῶν λεγόντων μένειν αὐτὴν κρατουμένην ὑπὸ τοῦ ὑποκειμένου ἀέρος· ἐπειδὴ ἐφιζάνει πλατεῖα ὑπάρχουσα καὶ τυμπανοειδὴς ἡ γῆ· καὶ οὐ συγχωρεῖ ὑποχωρεῖν. οὕτω δὲ Ἀναξιμένης καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος ἐδόκουν λέγειν.* — In Anaximenis sententiam abiit Epicurus (cfr. Lucret. VI, 542 sqq. Plut. *Plac. philos.* l. l. p. 91), qui nisi demonstrationes *ad hominem*, ut aiunt, protulit, undequaque sibi congessit, quae a sua philosophandi ratione non prorsus abhorrerent, parum curans, utrum Thales, an Heraclitus, utrum Diogenes, an Anaximenes, an alius denique quicunque philosophus adscitae opinionis auctor fuerit, unde mirum sane eum, *qui tantummodo induit personam philosophi et sibi ipsi hoc nomen inscripsit*, ut ait Cicero *Tuscul. Quaest.* V, 26, tot tantaque convicia in summos philosophiae principes cumulasse, qua de re vide Plutarch. *Non posse suaviter viv. sec. Epicur.* p. 1086 E sq. Cleomed. *Meteor.* II, 1. p. 112 ed. Bake et Creuzer ad Ciceron. *de natur. Deor.* I, 33 sq. Quae quidem in causa fuerunt, cur hic tantum et illic notulam de Epicurea quadam sententia adsperserimus, magis ne Lucretium nauci floccique habuisse videamur, quam ipsius Epicuri gratia.

Anaxagorae explicationem refellere studuit Aristoteles. Tetigerunt eandem Seneca *Quaest. natural.* VI, 9: *Ignem causam motus quidam et quidem non eandem iudicant. Imprimis Anaxagoras, qui existimat, simili paene ex causa aëra concuti et terram, quam in inferiore parte spiritus crassum aëra et in nubes coactum eadem vi, qua apud nos quoque nubila frangi solent, rumpit, et ignis ex hoc collisu nubium cursuque elisi aëris emicuit. Hic ipse in obvia incurrit, exitum quaerens, ac divellit repugnantia: donec per angusta aut nactus est vim exeundi ad coelum, aut vi atque iniuria fecit* — et Ammianus Marcellinus XVII, 7, 11. ed. Wagner: *Anaxagoras affirmat, ventorum vi subeuntium ima terrarum* [*accidere terrae pulsus*]: *qui quum soliditatibus concrustatis inciderint, eruptiones nullas reperientes, eas*

partes soli convibrant, quas subrepserint humidi. Utrumque locum silentio praetermisit Schaubach p. 177. Diogenes Laërtius II, 9. p. 85 ed. Meib. dixit Anaxagoram putasse σεισμὸν εἶναι ὑπονόστησιν ἀέρος εἰς γῆν. Ad Anaxagoram spectant versus Lucretii VI, 556 sqq.:

Praeterea ventus cum per loca subcava terrae
Conlectus parte ex una procumbit, et urget
Obnixus magnis speluncas viribus altas:
Incumbit tellus, quo venti prona premit vis.

et Agathiae verba laudata Lindenbrogio ad Ammian. Marcellin. l. l. Tom. II. p. 275 ed. Wagner. Addimus verba Alexandri fol. 106, b: ἔστι δ' ἡ μὲν Ἀναξαγόρου δόξα τοιαύτη· φησὶ τὸν αἰθέρα πεφυκότα φέρεσθαι ἄνω, ἐμπίπτοντος δὲ εἰς τὰ κάτω τῆς γῆς, ἄνω λέγων τὴν ἐπιφάνειαν, ἐφ' ἧς οἰκοῦμεν ἡμεῖς, κάτω δὲ τὸ ὑπὸ τὴν γῆν καὶ ἐκείνην τὴν ἐπιφάνειαν, ὧν τὴν μέν, ἐφ' ἧς οἰκοῦμεν, συναναληλίφθαι τε διὰ τοῦ ὄμβρου καὶ ἡνῶσθαι, τὴν δὲ κάτω, σομφήν τε εἶναι καὶ ἔχουσαν διαστήματα. πᾶσαν γὰρ εἶναι τὴν γῆν σομφὴν φύσει. τὸν οὖν αἰθέρα τὸν ὑπὸ τῇ γῇ πεφυκότα ἄνω φέρεσθαι εἰς τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἐν τῇ ἀνόδῳ ἐμπίπτοντα εἰς τὰ κοῖλα καὶ σομφὰ τῆς γῆς, κινεῖν αὐτήν. καὶ οὕτω γίνεσθαι τοὺς σεισμούς, ὡς οὔσης δὲ τῆς γῆς πλατείας καὶ διὰ τοῦτο ἐποχουμένης τῷ ὑποκειμένῳ ἀέρι καὶ μενούσης ἔνθα ἐστί, λέγει ταῦτα. Ex postremis firmatur medela, quam attulimus loco ex *Plac. Philos.* ubi etiam p. 90 de Anaxagora leguntur haec: Ἀναξαγόρας ἀέρος ἀποδύσει τῇ μὲν πυκνότητι τῆς ἐπιφανείας προσπίπτοντος, τῷ δὲ ἔκκρισιν λαβεῖν μὴ δύνασθαι τρόμῳ τὸ περιέχον κραδαίνοντος.

Archelaus, Anaxagorae discipulus (Fabric. *Biblioth. Gr.* Vol. II. p. 652 sq. ed. Harles) cum magistro consensit; teste Seneca *Quaest. nat.* VI, 12, 1 sqq., nisi quod ignem exclusit.

Diogenis Appolloniatae sententiam tetigit idem Seneca *l. l.* VI, 15. Is omnia terrae loca perforata et in itinera pervia putavit (*Quaest. nat.* IV, 2, 27), quae per intervalla spiritus intraret, quem si mare inclusisset aut altius adegis-

set nec fluctus retro abire permisisset, exitu simul redituque praecluso volutaretur. Quo facto, cum in rectum tendere nequiret, quod efflagitaret natura, in sublime sese intenderet terramque prementem disverberaret.

Metrodorus Chius, Democriti discipulus, auctore Plutarcho *Plac. phil.* l. l. p. 91 negavit ullum corpus, nisi vehementer impulsum vel attractum, proprio loco impositum a quopiam posse moveri: *διὸ μηδὲ τὴν γῆν ἅτε δὲ κειμένην φυσικῶς κινεῖσθαι, τόπους δέ τινας αὐτῆς νοσεῖν τοῖς ἄλλοις.* Quam de causis terrae motuum opinionem habuerit, exposuit Seneca l. l. VI, 19, 2. Arbitratus enim est, *quemadmodum in dolio cantantis vox illa per totum cum quadam discussione percurrat ac resonet, et tam leviter mota tamen circumeat, non sine tactu eius tumultuque, quo inclusa sit: ita speluncarum sub terra pendentium vastitatem habere aëra suum, quem simulatque alius superne incidens percusserit, non aliter agitet, quam inania indito clamore sonuerint.* Quae tamen unice ad explicationem tumultus inferni pertinent. Perperam Metrodori sententiam exposuit Eusebius *Praeparat. Evangel.* III, 15, cui rei nunc non immorabimur. Plato *Tim.* Tom. III. p. 43 sex motus species proposuit, antrorsum et retrorsum, ad laevam et dextram, sursum et deorsum (cfr. Stob. *Eclog. phys.* I. p. 408): sed secundum nullam istarum specierum moveri posse terram arbitrabatur, in loco undequaque infimo (*ἐν τῷ πανταχόθεν κατωτάτῳ κειμένην*, sive quod mavult Corsini *ἰσωτάτῳ*). Ipsam igitur immotam permanere, quum nihil possit eligere, in quod potius vergat; eius vero loca ipsorum raritate fluctuare. Haec Plutarchus *Plac. philos.* l. l. p. 91.

Iam ad ipsum Aristotelem eiusque discipulos transgredimur. Eius theoria a pluribus deinde accepta, a multis exposita est. Strabo IV. p. 277 A. de vicinis Massiliae campis locutus, qui ingenti lapidum multitudine exuberent (cfr. *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* II, 7. not. 8. p. 41), Aristotelem censuisse refert a terrae motibus (*ὑπὸ σεισμῶν τῶν καλουμένων βραστῶν*) lapides in superficiem egestos in cava loca confertim

esse delapsos. Quae verba ex uberiore Meteorologicorum editione petita esse videntur (qua de re in Prolegomenis inque Commentariis ad librum primum plus semel egimus): iam enim Casaubonus monuit, nos Aristotelis locum hodie non amplius habere. Tetigit tamen eandem rem Aristot. infra II, 8, 47. Apud Plutarchum l. l. p. 90 Aristotelis sententia his exponitur verbis: *Ἀριστοτέλης διὰ τὴν τοῦ ψυχροῦ πανταχόθεν ἀντιπερίστασιν κάτωθεν καὶ ἄνωθεν αὐτῇ περιστάντος. Τὸ γὰρ θερμὸν ἀνωτέρω γενέσθαι σπεύδει, ἅτε δὴ κοῦφον ὄν· διὰ τοῦτο ἐν ἀπολείψει γινομένης τῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως, τῇ σφηνώσει καὶ τοῖς ἀντελιγμοῖς διαταράττεσθαι* — paulo uberius apud Galenum *Histor. philos.* c. 21 et uberrime apud Stobaeum *Eclog. phys.* Vol. I. p. 628 sqq. ed. Heeren. Is adeo apprime sequitur Aristotelis verba, qualia nunc habemus, ut in fine p. 634 adscripserit: *καὶ περὶ μὲν σεισμῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ γῆν παθημάτων ἐπὶ τοσοῦτον.* Confer etiam Senecam *Quaest. natur.* VI, 13, qui Theophrastum eadem tradidisse narrat et Stratonis adiunxit sententiam, qui dogma *ἀντιπεριστάσεως*, uti supra iam exposuimus (ad I, 12, 11) paulo amplius excoluit. Huc denique pertinet Callisthenes, qui ea de re obiter egit in Hellenicis, ubi mentionem iniecerat Helices et Burae terrae motu dirutarum (cfr. ad I, 6, 8), teste Seneca *Quaest. nat.* VI, 23, 3.

Ad Stoam transeamus. Zeno tria recensuit genera *χασματίαν, βρασματίαν* et *κλιματίαν* (emendante Schneidero *Eclog. phys.* Tom. II. p. 112, cum vulgo legeretur *καυματίαν*) auctore Diogene Laërtio *sect.* 154. Quorum prius omisit Heraclides *Allegor. Homer.* 38. p. 125 ed. Schow: *τὰ γάρ τοι σεισμῶν διαφέροντα, τοῖς παθήμασιν οἱ φυσικοὶ λέγουσιν εἶναι ἴσα καί τινας ἰδίους χαρακτῆρας ὀνομάτων ἐπιγράφουσιν αὐτοῖς, βρασματίαν τινὰ καὶ κλιματίαν προσαγορεύοντες,* ubi ante Heynium legebatur *κληματίαν.* Duo tantum agnovit Posidonius (*βραστάς* et *ἐπικλιντάς*), alterum succussionem, quum terra quatiatur et sursum ac deorsum moveatur: alterum inclinationem, qua in latera nutet navigii more, teste Seneca *Quaest. natur.* VI, 21, 2, qui tertium addidit,

terrae tremorem, quod iam indicavit Aristoteles II, 8, 15. Ipse Seneca, qui iuvenis volumen de terrarum motu ediderat (cfr. *Q. N.* VI, 4, 3), eandem quaestionem in *libro sexto Naturalium Quaestionum* retractavit, potissimum Aristotelis vestigia secutus. Etiam Asclepiodotus, Posidonii discipulus, qui de quaestionum naturalium causis librum conscripserat, unde plura sumpsit Seneca *Quaest. nat.* II, 26, 5. V, 15, 1, in eodem de terrae motibus disseruerat, quod patet ex VI, 17, 4. — Stoicis, uti facere solemus, addamus auctorem *libri de mundo*, qui c. 4. §. 27—29 causam itidem quaerit in spiritu (*πνεῦμα εὔκρατον.* cfr. ad I, 6, 2), qui aut in terrae visceribus progiiatus vi quadam loco suo motus in abstrusos terrae meatus (*εἰς μυχίους σύριγγας* sive ut paulo post ait *εἰς κοιλώματα*) penetret eaque ratione multas terrae partes concutiat, aut extrinsecus in concava ista terrae loca penetraverit exitumque, quo careat, quaerens terrae motum provocet. Quatuor deinde terrae motuum secundum directionem genera distinguit: *ἐπικλίντας, βραστάς, χασματίας* et *ῥηκτάς,* quorum prius ad angulos acutos in obliquum quatiat (*εἰς πλάγια κατ' ὀξείας γωνίας*), alterum sursum deorsumque ad rectos angulos terram rumpat (*ἄνω καὶ κάτω καθ' ὀρθὰς γωνίας*), tertium sedimentum terrae in cavum subsidentis afficiat (*συνιζήσεις ποιοῦντες εἰς τὰ κοῖλα*), postremum denique hiatum terrae aperiat (coll. Strabon. IX. p. 622 B sqq.). Quibus prolatis secundum varios effectus terrae motus dividit in *ὠστάς,* qui uno ictu terram concutiant et *παλματίας* (*τρόμῳ πάθος ὅμοιον ἀπεργαζομένους*), qui cum *moto vorticoso* Neapolitanorum comparari possunt. Tertio denique modo omnes dividit terrae motus in *μυκητίας* et qui absque mugitu terram infestent. — Ad verbum transtulit haec Apuleius, nisi, quod mavult Heumannus apud Fabric. *Bibl. gr.* Vol. III. p. 232. not. †††† ed. Harles, Apuleii verba in graecum translata sunt, quod tamen ego vix crediderim.

Plinius cum pluribus in locis de terrae motibus ageret, nihil fere peculiare tradidit. Potissima suis locis commentario inseremus. Nunc illud tantum monemus, narrasse eum

II, 81 (83) ***navigantes quoque non dubia coniectura, sentire terrae motus, sine flatu intumescente fluctu subito, aut quatiente ictos. Intremere vero et in navibus posita, aeque quam in aedificiis, crepituque praenuntiare.*** Exempla terrae motuum in mari observatorum plura enarravit Beckmann in libro, cui titulus: *Physikalisch-Oekonomische Bibliothek.* Vol. V. p. 328. Addimus: *Philosophical Magazine* Vol. LXVII. p. 148. 149. Sieber *Reise nach der Insel Creta* (Lips. 1823. 8.) Vol. I. p. 32. Ehrenberg und Hemprich *Reise durch Aegypten, Lybien, Nubien und Dongala* (Berol. 1828. 4.) Vol. I. Part. I. p. 20.

A. Gellius *Noct. Attic.* II, 28 nihil sibi de causis terrae motuum constare affirmavit. Paulo disertius ea de re exposuit Pausanias, qui VII, 24, 6 sqq. de terrae motuum indicibus signisque agens, perpetuos imbres aut diuturnam e contrario siccitatem, tepidas hyemes, vel quando aestate fiant, solis orbem vel caligine obductum vel incensum rutilo vel subatro lividum calore recenset, quibus addit fontes exsiccatos, ventorum turbines, astrorum transsilientium copiam*) aliasque flammas (*τὰ δὲ καὶ ἀστέρων ὤφθη σχήματα οὔτε ἐγνωσμένα ὑπὸ τῶν πρότερον καὶ μεγάλην τοῖς ὁρῶσιν ἐμποιοῦντα ἔμπληξιν*), eruptiones denique densiorum ex terra halituum. Deinde varia terrae motuum genera statuit: *ἠπιώτατος μέν ἐστιν αὐτῶν* [*σεισμῶν*] — — *ἐπειδὰν ὁμοῦ τῇ κινήσει τῇ ἀρξαμένῃ τὸ πρῶτον καὶ τῇ εἰς τὸ ἔδαφος τροπῇ τῶν οἰκοδομημάτων ἀντιστᾶσα ἐναντία κίνησις ἐξεγείρῃ τὰ ἤδη τραπέντα* — — *ὁ δὲ δὴ δεύτερος τῶν σεισμῶν ἀπώλειάν τε τῶν ἑτοιμοτέρων φέρει καὶ ἐφ' ὅ τι ἂν βάλῃ τὴν ὁρμήν, ἀπέκλινεν αὐτίκα τοῖς ἐς πολιορκίαν μηχανήμασιν ὁμοίως· τὸν δὲ αὐτῶν ὀλεθριώτατον τοιῷδέ τινι ἐθέλουσιν εἰκάζειν, τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου πνεῦμα εἰ συνεχεῖ πυρετῷ πυκνότερόν τε καὶ ὑπὸ πολ-*

---

*) Quod et alii observarunt. cfr. Gilbert *Annalen* Vol. LXIX. p. 330 sq. Luc. Howard *Climate of London.* Vol. I. Tabl. XXXIX, quos laudavi in libro: *Ueber den Ursprung der Feuerkugeln und des Nordlichts.* p. 70.

λῆς ἄνω τῆς βίας ὠθοῖτο. τοῦτο δὲ ἀλλαχοῦ τε τοῦ σώματος ἐπισημαίνει καὶ ἐν ταῖς χερσὶν ὑπὸ ἑκατέρων μάλιστα τὸν καρπόν.

Haec fere sunt, quae veteres de terrae motuum causis proposuere. Nihil enim restat, praeter locos Lucretii VI, 543 sqq. Servii ad Virg. *Georg.* II, 479, Statii *Thebaid.* VII, 809 et Ammiani XVII, 7, 13 sq.: *Fiunt autem terrae motus modis quatuor. Aut enim brasmatiae sunt, qui humum molestius suscitantes, sursum propellunt immanissimas moles: ut in Asia Delos emersit, et Hiera, et Anaphe, et Rhodus, Ophiusa et Pelagia prioribus saeculis dictitata, aureo quodam imbri perfusa, et Eleusin in Boeotio, et apud Tyrrhenos Vulcanus, insulaeque plures: aut climatiae, qui limes ruentes et obliqui urbes, aedificia montesque complanant: aut chasmatiae, qui grandiore motu patefactis subito voratrinis, terrarum partes absorbent; ut in Atlantico mari Europaeo orbe spatiosior insula, et in Crissaeo sinu Helice et Bura, et in Ciminia Italiae parte oppidum Saccumum, ad Erebi profundos hiatus abactae, aeternis tenebris occultantur. Inter haec tria genera terrae motuum, mycematiae sonitu audiuntur minaci, cum dissolutis elementa compagibus ultro adsiliunt, vel relabuntur considentibus terris. Tunc enim necesse est, velut taurinis reboare mugitibus fragores fremitusque terrenos.* Agathias II. p. 53 ed. Paris. p. 38 D. nullam proposuit opinionem, cum naturae principia et motus et singulorum quae fiant causas contemplari ratione et perscrutari neque utile neque aptum censeret, sed sufficere nobis, si hoc tantum intelligeremus, Dei consilio et potiore voluntate omnia esse constituta. Is in memoriam sibi revocare debuit Senecae verba (*Quaest. natur.* VI, 4, 3): *Nihil naturae tractatio in se continet pulcrius, quum multa habeat futura usui, quam quod hominem magnificentia sui detinet, nec mercede, sed miraculo colitur.* Servavit tamen nobis narrationem Agathias V. p. 150 ed. Par. p. 105 B ed. Venet. de Anthemio Tralliano, insigni illius aevi mathematico, de quo Procopius *de aedif. Iustin.* I, 1 dixit: Ἀνθέμιος δὲ Τραλλιανός, ἐπὶ

σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ λογιώτατος οὐ τῶν κατ' αὐτὸν μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῶν αὐτοῦ προγεγενημένων πολλῷ (Cfr. Schneider *Eclog. phys.* Tom. II. p. 113. Wilde *Ueber die Optik der Griechen.* Berlin 1832. 8. p. 25 sq.). Is, bene gnarus, quales effectus aër inclusus et calefactus producere possit, qua de re conferendus Simplicius ad Arist. *de caelo* II. fol. 127, b, cuius verba adscripsit Schneiderus l. l. Tom. I. p. 203, terrae motus naturales arte imitatus est. Cum longior sit narratio minime iniucunda, quam ut integram adscribere queamus, ad ipsum Agathiam lectores ablegemus necesse est. Aristotelicam de terrae motuum origine et natura sententiam ad nostra fere usque saecula invaluisse multorum testium autoritate potest firmari. Unius verba adponimus, quem nusquam vidimus excitatum, Mutii *Chronic. Germanic.* libr. XXV. p. 251 (apud Pistor. *Rer. Germanic. Script.* Tom. II): *Constat inter naturae peritos ex condensatis terrae flatibus, qui aeterna lege flant, perpetuo fieri fontes. In nimium igitur soluta pertransit spiritus non condensatus in aquam, in spissa vero nimium ingredi non potest; cernimus ergo paulo solutiorem ad fontes generandas aptissimam esse.*

Terrae motuum, qui ab antiquis temporibus ad recentiora usque singula terrae loca vastavere, recensum plures dedere. Praeter Hoffium, supra nobis laudatum, commendamus tabulam, quae continetur in: *Mémoires de l'Académie de Paris. Savans Etrangers.* Tom. IV. p. 488 et alteram a Cotte constructam in: *Journal de Physique.* Tom. LXV. p. 159, quae priorem supplet.

---

1. *ἐστίν* post *τούτου τοῦ γένους* omittit E. — *γε* post *μέχρι* ponunt F. H. N. Alex. fol. 106, b. A. Cam. P. (qui praebet *χθόνου* pro *χρόνου*) S. Cas. — *τε* post *Ἀναξαγόρας* omittunt H. N. in *μέν* mutavit F. — Deinde *πρότερον* pro *πρότερος* F. H. N. Cam. P. S. Cas. — *ὕστερον* pro *ὕστερος* H. N. Cam. (qui mendo typographico praebet *Ἀβδηκρίτης*) *γρ.* Cas.

2. Articulum ante *κοῖλα* omittunt F. H. N. Ad istas telluris spatiosas cavernas nostra etiam aetate confugere coacti sunt

physici ad explicandos terrae motus et cognata phaenomena, inter quos Alexander ab Humboldt (*Rélation historique* Vol. I. p. 423. 427. II. p. 24), La Place (*Mécanique céleste*. Tom. V. p. 56) alii. Cfr. v. Hoff *Gesch. der Veränd. auf der Erdoberfl.* Vol. II. p. 44 sqq. — Mox *συναληλεῖφθαι* F. *συναλειλῆφθαι* E. *συναλλίφθαι* N. *συναναλίφθαι* H. *συνειλῆφθαι* Cam. P. S. Cas. *συναληλῖφθαι* (perverso tamen accentu) correxit iam Schaubach *Fragm. Anaxag.* p. 177. Similiter Theophrastus *de causs. plantar.* III, 23, 1. p. 488 ait: *ἡ ὑγρὰ καὶ πηλώδης γῆ, ἐὰν ξηρανθῇ, συναλείφει καὶ οὐ διαδίδωσι.* — *ἅπασαν* pro *πᾶσαν* F. H. N. — *ἐφ' ᾧ* pro *ἐφ' οὗ* A. Cas. qui tamen in margine *γρ. ἐφ' οὗ.* De re cfr. ad II, 5, 10.

3. *οὐθὲν ἴσως οὕτω δεῖ λέγειν* Cam. *γρ.* Cas. — *καὶ τὸ κάτω* addito articulo F. H. N. P. Cas. *τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω* Alex. A. *τὸ ἄνω καὶ τὸ* omisso *κάτω* Cam. — *πρὸς μὲν τὴν γῆν* addito, ut amant, *μέν* H. N. — *φέρεσθαι πάντῃ* inverso ordine F. *κάτω* pro *πάντῃ* Cam. *γρ.* Cas. — *ὁρῶντες* pro *ὁρῶντας* pr. man. H. *ὁρῶντα* Cam. *γρ.* Cas. — *μεθησταμένων* P.

4. *μένειν* pro *μένει* Alex. A. — *ἄνω κάτωθεν δι' ὅλης εὔηθες,* inverso priorum verborum ordine, additoque postremo vocabulo N. cfr. II, 2, 15, ubi similiter a nonnullis additum est *ἄτοπον.*

5. *ὕδατος* omittit N. et mox *μή* ante *δύνασθαι.* — *καί* ante *ἕλκουσαν* deest in codd. E. F.

6. *τῶν ἀπορρηγνυμένων τούτων* F. — *διὸ γίνεσθαι* omisso *καί* Alex. fol. 107, a, qui mox praebet *ἔν τε αὐχμοῖς* omisso articulo — *ἐπομβρίαις* pro *ὑπερομβρίαις* F. H. N. Cam. S. *καὶ ἐν ἐπομβρίαις* Alex. Integra illa verba *διὸ καὶ γίνεσθαι* usque ad *ξηραινομένην ῥήγνυσθαι* omittit A. Legit enim *σείεσθαι καὶ ὑπὸ τῶν ὑδάτων* et q. s. — *ἐν μὲν γάρ* pro *ἔν τε γάρ* Alex. cfr. §. 1.

7. *ἔδει* omittit E. — *πολλαχῇ* pro *πολλαχοῦ* F. H. N. quorum postremus mox praebet *ὅτι* pro *ἔτι.* — *τοῦτο* ante *τὸ πάθος* omittit F. — Ad *καίτοι ἐχρῆν* supple *διαφέρειν ὑπερβολῇ τοιαύτῃ* non *γίνεσθαι.*

8. *τούτοις* pro *τοῖς* Alex. A. — *παύεσθαι* pro *παύσασθαι* F. — *εἶναι καὶ ταύτην* inverso ordine F. N.

Cap. VIII.

Singula in hoc capite terrae motuum phaenomena recenset suamque, de qua iam supra disseruimus, theoriam exponit. Pleraque, quae apud Plinium *Histor. natur.* II, 79 — 82 leguntur, hinc petita sunt, quod h. l. monui, quum singula cum singulis ubique componere nollem.

1. *Ἐπεί* pro *ἐπειδή* N. — Verba *ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς πρότερον* omisit E, possetque ea aliquis pro glossemate habere, cum II, 4, 1 dixisset, de ventis locuturus *λαβόντες ἀρχὴν τὴν εἰρημένην ἡμῖν ἤδη πρότερον*, et II, 7, 1 de terrae motibus monuisset *ἡ αἰτία ἐχομένη τούτου τοῦ γένους ἐστί* i. e. *ἡ ξηρὰ ἀναθυμίασις*. Causa cur ea cum Bekk. retinuimus, est quia etiam infra II, 9, 2 de fulgure ac tonitru disputaturus, ait: *τῆς γὰρ ἀναθυμιάσεως, ὥσπερ εἴπομεν, οὔσης διττῆς* et q. s. — *ἐν τοῖς προτέροις* N. contra Aristotelis usum loquendi. cfr. ad I, 1, 2. — Articulum ante *σεισμούς* omittit F. — Terra natura sua frigida est ac sicca. cfr. *de generat. et inter.* II, 3, unde calor, de quo mox loquitur, uti iam supra observavimus, nullus est alius, nisi quo radiis solaribus imbuta est humus. — *ἐν αὐτῇ* A. Cam. — Quod deinde sequitur *τε* in *γε* mutant H. N. — *συνεχῶς* pro *συνεχές* N. — Denique *ὁτὲ δ᾽ εἴσω ῥεῖ πᾶν*, iterato *ῥεῖ* dedimus cum E. Alex. fol. 107, a. A. Reliqui cum Bekk. omittunt. — *μερίζεται* sc. ita ut altera pars extrorsum, altera introrsum fluat.

2. *ποῖον* pro *ὁποῖον* F. H. N. et mox *κινητικόν* pro *κινητικώτατον* H. — *ἔσται* pro altero *ἂν εἴη* H. N., quod correctoris manum sapit.

3. *τύπτοι μὲν γάρ* addito *μέν* F. — *πλήσσει μὴν γάρ* Cam. *γρ.* Cas. quod fortasse verum, praesertim quum ita etiam legisset Alex. fol. 107, b: *σφόδρα γὰρ πλήσσει ταῦτα οἷς ἂν ἐμπελάζοι* (fort. *ἐμπελάζῃ*) *διὰ τὸ τάχος*. — *πλεῖον* pro *πλεῖστον* Alex. fol. 107, a. A. P. S. — *ἀπὸ τῶν σωμάτων*, addita praepositione N. — Verba *τὸ πνεῦμα κινητικόν*, quae in F. H.

N. et in omnibus editionibus post *σωμάτων* adduntur, omisimus cum E., glossatoris enim manum sapiunt. — De postremis verbis cfr. Theophrast. *de igne* §. 30. p. 715: *τοῦτο μὲν οὖν οὐκ ἂν ἀλόγως δόξειε συνεργεῖν πνεύματι πνεῦμα· καὶ γὰρ τὸ πῦρ οἷον πνεύματός τις φύσις.*

4. *οὐκ ἂν ὕδωρ*, uti censuit Democritus (II, 7, 5) *οὐδὲ γῆ*, ut Anaximenes (II, 7, 6). — *τὸ εἴσω ἀναθυμιώμενον* F. H. N. inepte. De re confer Senec. *Quaest. nat.* VI, 12, 3, qui Aristotelis verba aperte ante oculos habuit: *Nunc quoque quum hic motus in Campania fuit, quamvis hiberno tempore, tamen quietus per superiores dies aër stetit. Quid ergo? Nunquam flante vento terra concussa est? Admodum raro duo flavere simul venti. Fieri tamen et potest et solet, quod si recipimus, et constat duos ventos rem simul gerere: quidni accidere possit, ut alter superiorem aëra agitet, alter inferum?* Confidentius Plinius *Histor. nat.* II, 79, 81: *Ventos in causa esse, non dubium reor: neque enim unquam intremiscunt terrae, nisi sopito mari, caeloque adeo tranquillo, ut volatus avium non pendeant, subtracto omni spiritu, qui vehit: nec unquam, nisi post ventos, condito scilicet in venas et cava eius occulta flatu.* — *ῥεῖ* pro *ὁρμᾷ* F.

5. Post *γίνεσθαι* addunt *σεισμοὺς* F. Alex. fol. 107, a. A. Cam. P. Cas. *θάτερος* pro *θάτερον* N. quod non necessarium: ex sequentibus enim supplendum *πνεῦμα*. — *ὄντος πνεύματος* inverso ordine H. N. — Ante *σεισμός* articulum addunt F. H. N. editionesque omnes. Nos fecimus cum cod. E. — *τῷ μεγέθει* pro *τὸ μέγεθος* F. — De discrimine inter *ἀρχή* et *αἰτία* cfr. ad I, 3, 13. I, 7, 3. II, 4, 17.

6. Nullam diei noctisve partem terrae motibus prae reliquis esse obnoxiam docuit Kries l. l. p. 9—10. Magnus ille terrae motus, qui Tiberio imperante *Asiae duodecim urbes simul perdidit*, ut verbis utar Senecae *Quaest. natur.* VI, 1, 11, noctu accidit teste Tacito *Annal.* II, 47. cfr. Gataker ad Marcum Antoninum IV, 48. p. 172. Schneider *Analect crit.* I. p. 17. — *νυκτὸς δ'* omisso *καί* F. H. N. *καὶ*

νυκτός omisso δέ Alex. fol. 107, a. A. — De sequentibus cfr. *Problem.* XXV, 4. p. 938, a: *Διὰ τί μεσῶν νυκτῶν καὶ μεσημβρίας μάλιστα εὐδία γίνεται; ἢ διότι ἡ νηνεμία ἐστὶν ἀέρος στάσις; ἕστηκε δὲ μάλιστα, ὅταν κρατῇ ἢ κρατῆται, μαχόμενος δὲ κινεῖται. κρατεῖ μὲν οὖν μάλιστα μεσῶν νυκτῶν, κρατεῖται δὲ μεσημβρίας. τότε μὲν γὰρ ὁ ἥλιος πορρωτάτω, τότε δὲ ἐγγυτάτω γίνεται· ἔτι ἄρχεται πνεύματα ἢ περὶ ἕω, ἢ περὶ δυσμάς· λήγει δὲ τὸ μὲν ἕωθεν, ὅταν κρατηθῇ, τὸ δὲ ἀπὸ δυσμῶν, ὅταν παύσηται κρατῶν. συμβαίνει οὖν τὰ μὲν μεσημβρίας παύεσθαι, τὰ δὲ μεσῶν νυκτῶν.* Theophrast. *de vent.* §. 18. p. 764, qui locus lacunis repletus est. Adde, quae comparatis iis, quae dixerat Sieber *Reise nach der Insel Creta* Vol. I. p. 275. disputavimus *Meteorol. veter. Gr. et Rom.* III, 13. p. 76 sqq. Debebamus ibi addere *Problem.* XV, 5. p. 910, a: *ἅμα δὲ δῆλον καὶ ὅτι κατὰ μεσημβρίαν ἐλαχίστην ἀναγκαῖον εἶναι τὴν σκιάν, καὶ ὅτι αἱ ἐπιδόσεις τότε ἐλάχισται. μάλιστα γὰρ καθ' ἡμᾶς ὁ ἥλιος τῆς μεσημβρίας ἐστί, καὶ πνῖγος γίνεται διά τε τὴν εἰρημένην αἰτίαν καὶ ὅτι ἀπνεύματος· ὅταν γὰρ διακρίνῃ τὸν πρὸς τῇ γῇ ἀέρα, πνεῦμα γίνεται. εἰ οὖν ἅμα ἐν ἀμφοτέροις τοῖς ἡμισφαιρίοις, εἰκότως ἂν αἱ μέσαι νύκτες καὶ ἡ μεσημβρία ἀπνεύματοι εἶεν.* — et Dodwell *Classical and Topographical Tour through Greece* Vol. II. p. 8. — *κρατεῖ* pro *κρατῇ* F. — *καταλύει* pro *κατακλείει* exhibent A. S. *γρ.* Cas. ad Basileensem fortasse respiciens. — *πρὸς τὴν μεσημβρίαν* N. — *τῶν μερῶν* pro *τῶν ἡμερῶν* inepte P. — *τήν* ante *τοῦ ἡλίου* omittunt F. N. Quid sibi velit causa illa malaciae nocturnae, *ἀπουσία τοῦ ἡλίου* patet ex II, 5, 1: *ὁ ἥλιος καὶ παύει καὶ συνεξορμᾷ τὰ πνεύματα.*

7. *ἔσω* pro *εἴσω* F. H. N. — *ῥῦσις* A. ut supra *κύστις* II, 3, 13. — *ὥσπερ ἄμπωτις* cfr. ad II, 1, 11. Ex verbis *καὶ πρὸς ὄρθρον μάλιστα* nihil possumus concludere, utrum Aristoteles eodem errore, quo plurimi veterum, putaverit eadem cuiusvis diei hora maris undas ad littus redire indeque rursus recedere. Ita enim arbitratus est Agatharchides I. p. 18 ed. Hudson. Curt. IX, 9: *Tertia ferme hora*

erat, cum stata vice Oceanus exaestuans invehi coepit et retro flumen urgere; quamvis alii rectius phaenomenon descripserint, veluti Plinius *Hist. nat.* II, 97, Seneca *de provident.* c. 1. *Quaest. natur.* III, 28. In Euripo, ad quem mox procedit Aristotelicus sermo, aut valde irregulares fluxus aut nullos certa ex lege observari contendebant veteres. cfr. Strabon. I. p. 95 C. IX. p. 618 B. Plin. *Histor. natur.* II, 97. Pompon. Mel. *de sit. orb.* II, 7. Liv. XXVIII, 6. Omnino cfr. *Traité du flux et du reflux de la mer* par Lalande. Paris 1781. 4. p. 148—151 de Euripi fluxu et refluxu secundum recentiores opiniones fusius disserentem *). — ἔξω pro ἔξωθεν H. N. quorum posterior deinde exhibet ἄν pro ἐάν — ἰσχυρόν pro ἰσχυρότερον F. ἱσχυρότερον A. Cam. qui tamen mox praebent ἰσχυρότατοι.

8. Quam hac §. regulam proponit Aristoteles, eam etiam de Calabria, freto Siculo vicina, valent. Articulum ante ἰσχυρότατοι omittunt F. Alex. fol. 107, b. ἰσχυρότεροι exhibent H. N. — Verba ἡ θάλασσα ῥοώδης ᾗ omittit F. θάλαττα, ut solet N.

9. τὸν Ἑλλήσποντον addito articulo Alex. fol. 107, b. A. Cam. P. S. De Achaia cfr. Senec. *Quaest. nat.* VI, 1, 11,

---

*) Nota est, quam tradere solent, fabula, Aristotelem cum fluxus in Euripo leges reperire nequiret, in gurgitem desiluisse eoque modo vitam finivisse. Quos tamen adlegant testes Iustin. *Cohort. ad Graec.* p. 33 edit. Benedict. Gregor. Nazianzen. *Orat. III. adv. Iulian.* p. 79, b. edit. Morell. fabulae isti nequaquam patrocinari, nec nisi ex male intellectis ipsorum verbis ortam esse docuit iam Bayle *Dict. crit. art.* Aristote. *not.* Z. Huc pertinet locus, quem nondum vidi excitatum, Eustathii ad Dionys. Perieget. v. 473. p. 189. ed. Bernhardy: [μεταβάλλει] ἑπτάκις τὸ ὅλον νυχθήμερον ὁ περὶ Εὔβοιαν Εὔριπος, περὶ ὅν φασι διατρίψαντα τὸν Ἀριστοτέλην καταλῦσαι τὸν βίον, unde simul explicentur verba Strabonis l. posteriore a nobis laudato: περὶ δὲ τῆς παλιῤῥοίας τοῦ Εὐρίπου τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν ἱκανόν, ὅτι ἑπτάκις μεταβάλλειν φασὶ καθ᾿ ἡμέραν ἑκάστην καὶ νύκτα, ubi postrema verba nihil aliud significant, quam quod Eustathius expressit: τὸ ὅλον νυχθήμερον. — Adde Perizon. ad Aelian. III, 36. Stahr *Aristotel.* Vol. I. p. 155.

supra iam laudatum, *Epistol.* XCI, 9 ibiq. not. Ruhkopfii: *Quoties Asiae, quoties Achaiae urbes uno tremore conciderunt? quot oppida in Syria? quot in Macedonia devorata sunt? Cyprum quoties vastavit haec clades? quoties in se Paphos corruit?* — De Euboea vide Strabon. X. p. 686 B: *ἐστὶ δὲ ἅπασα μὲν ἡ Εὔβοια εὔσειστος, μάλιστα δ᾽ ἡ περὶ τὸν πορθμόν, καὶ δεχομένη πνευμάτων ὑποφοράς, καθάπερ καὶ ἡ Βοιωτία καὶ ἄλλοι τόποι.* Poterat addere Lacedaemonem, terrae motibus tota antiquitate famosissimam. cfr. Eustath. ad Homer. *Iliad.* II. p. 222 Bas. = p. 294 Rom. et quos laudat v. Hoff l. l. Vol. II. p. 171 sq. — *καὶ περὶ τούτους τόπους* F. addito *καί* omissoque articulo, qui mox etiam inverso verborum ordine exhibet *ἡ θάλασσα διαυλωνίζειν ὑπὸ τὴν γῆν.* — Aedepsus urbs erat Euboeae, calidis aquis celebris, quae Herculi sacra erant cfr. Strabon. IX. p. 651. A. Athen. *Deipnos.* III. init. uti omnes omnino calidi fontes sacri habebantur, teste Aristotele *Problem.* XIV, 19. p. 937, b: *διὰ τί τὰ θερμὰ λουτρὰ ἱερά, ἢ ὅτι ἀπὸ τῶν ἱερωτάτων γίνονται, θείου καὶ κεραυνοῦ.* Rem, quam tangit Aristoteles, narrat Strabo I. p. 104 A.: *Δημήτριος δ᾽ ὁ Καλατιανὸς τοὺς καθ᾽ ὅλην τὴν Ἑλλάδα ποτὲ γενομένους σεισμοὺς διηγούμενος τῶν τε Λιχάδων νήσων καὶ τοῦ Κηναίου τὰ πολλὰ καταδῦναί φησι, τά τε θερμὰ τὰ ἐν Αἰδηψῷ καὶ Θερμοπύλαις ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπισχεθέντα πάλιν ῥυῆναι, τὰ δ᾽ ἐν Αἰδηψῷ καὶ καθ᾽ ἑτέρας ἀνάρραγῆναι πηγάς.* Idem accidit in thermis Carlsbadii cum Lisboa ingenti terrae motu dirueretur. — Caeterum *ἔδεψον* E. *ἔδηψον* F. N. *ἐδηψόν* Alex. fol. 108, a. Deinde *ἀπὸ τῆς τοιαύτης* exhibet F.

10. Articulum ante *στενότητα* omittunt H. N. — *ῥεῦμα* dedimus cum E. F. in quo recentiori manu correctum est, Alex. A. Cam. Bas. P. S. Cas. Reliq. cum B. *πνεῦμα.* — *καὶ διὰ τὸ πλῆθος* E. H. N. Ad *πλῆθος* supple *τοῦ πνεύματος,* neu coniungas cum genitivis deinde sequentibus. — *γε* ante *πεφυκός* omittunt E. F. N. — Denique pro *ἀπὸ τῆς γῆς* F. H. N. Cam. *γρ.* Cas. exhibent *ἐκ τῆς γῆς.*

11. *μάλιστα* pro *μᾶλλον* F. qui deinde *πάλιν* scribit pro

μάλιστα.' — Nullam anni partem prae reliquis terrae motibus esse insignem, docuit Kries l. l. p. 5—8. Hibernis temporibus nullos fieri terrae tremores voluerunt veteres, v. c. Seneca *Quaest. natur.* VI, 1, 1: *Pompeios ...... desedisse terrae motu — audivimus: quos vacare a tali periculo maiores nostri solebant promittere.* Contra inter recentiores fuerunt, qui hiemem prae reliquis anni tempestatibus terrae motibus obnoxiam censuerunt, ut Bertrand apud Cotte in *Journal de Phys.* Tom. LXV. p. 161, alii. Etiam le Gentil (*Voyages dans les mers de l'Inde.* Tom. II. p. 366) de maiore terrae motuum Manillae frequentia hibernis mensibus, quam aestivis locutus est. — Quod deinde Aristoteles addit, omnium frequentissimos esse vere atque autumno, ea de re consentit Plinius *Histor. natur.* II, 80, 82: *Et autumno ac vere terrae crebrius moventur, sicut fiunt fulmina.* Posteriora verba spectant ad Aristotelis II, 9, 21: *ἡμεῖς δέ φαμεν τὴν αὐτὴν εἶναι φύσιν ἐπὶ μὲν τῆς γῆς ἄνεμον, ἐν δὲ τῇ γῇ σεισμόν, ἐν δὲ τοῖς νέφεσι βροντήν,* quae sic expressit Plinius *Hist. nat.* II, 79, 81 (omisso tamen vento, de quo aliter sensit atque Aristoteles. cfr. ad I, 13): *Neque aliud est in terra tremor, quam in nube tonitruum: nec hiatus aliud, quam quum fulmen erumpit incluso spiritu luctante, et ad libertatem exire nitenti.* Quod fulmina vere atque autumno frequentissima ait, id de Graecia atque Italia recte se habet. Cfr. Voss. ad Virg. *Georg.* I. 311 — 334. Inde Horatius ait (*Odd.* I, 4. init.):

Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni,
Trahuntque siccas machinae carinas;
Iam Cytherea choros ducit Venus, imminente Luna;
Iunctaeque Nymphis Gratiae decentes
Alterno terram quatiunt pede; dum graves Cyclopum
Vulcanus ardens urit officinas.

Arrian. apud Stob. *Eclog. phys.* I. p. 610: *πλεῖστοι δὲ κεραυνοὶ ἦρος καὶ μετοπώρου καὶ ἅμα βιαιότερα περί τε Πλειάδος καὶ Ἀρκτούρου ἐπιτολήν, ὅτι ἐν κινήσει καὶ παθήμασι πολυειδέσιν ὁ ἀὴρ τῇ ὥρᾳ ἐστίν, οἷα δή οὔτε ὑπὸ κρύει πεπη-*

γώς, οὔτε ὑπὸ τῷ θερινῷ ἡλίῳ ἐκκεκαθαρμένος. Lucret. VI, 357 sqq. Plin. II, 51. Negat tamen Seneca *Quaest. natur.* II, 57, 2, qui aestate plurima fieri fulmina perhibet. — Denique Aristoteles creberrimos terrae motus aestu et imbribus esse contendit, qua in re plures habet adsentientes, veluti Plinium II, 80, 82: *Fiunt praecipue — quum sequitur imbrem aestus, imbresve aestum.* Recentiorum nonnullorum auctorum verba in nota addidi *). Sed cfr. Kries l. l. p. 11. post v. Humboldt *Voyage aux rég. équinox.* Tom. II. p. 281. — *καὶ ἐν αὐχμοῖς* H. N. male: cfr. ad I, 12, 19. — *αἵ τε γὰρ ὧραι* addito *τε* H. N. *καὶ γὰρ ὧραι* F. qui mox pro superlativo exhibet comparativum *πνευματωδέστεραι.*

12. *ἀεί* post *χειμών* dedimus cum E. Reliqui, quibus accedit Bekk. omittunt. — *τὸ μὲν διὰ τὴν ἀλέαν, ὁ δὲ διὰ τὸν πάγον* N., qui deinde etiam praebet *ὁ μὲν γὰρ ἄγαν ψυχρός*: correctio minime necessaria. — Denique *ἄγαν θερμὸν καὶ ξηρόν ἐστιν* scribunt F. Cam. — *γρ.* Cas.

13. Articulum ante *αὐχμοῖς* omittit Alexander, articulum ante *ἀήρ* N. — Deinde *γίνεται* pro *γίνηται* exhibet H. *γένηται* F. N. Alex. A. Cam. P. S. Cas.

14. *ἐπομβρίαις* pro *ὑπερομβρίαις* F. H. N. Alex. A. Cam. P. S. Cas. cfr. ad II, 7, 6. — Articulum ante *στενωτέροις* ad-

---

*) *The inhabitants of Jamaica exspect an earthquake every year; an some of them think they follow their great rains.* Sir Hans Sloane *Introduction to the History of Jamaica* p. 44. *Philosoph. Transact.* nr. 209. p. 77. *The Earthquake, during may stay at Algiers fell out generally at the end of the summer, or in the autumn, a day or two after great rains. The cause perhaps may arise from the extraordinary constipation or closeness of the earths surface at such times; where by the subterraneous streams will be either sent back or confined: where as in summer, the wholy country being full of deep chinks and chasms, the inflammable particles have and easier escape.* Shaw *Travels.* London 1757. 4. p. 152. Similia de Amboina refert la Billardière *Voyage à la récherche de Pérouse.* Tom. I. p. 291. Cfr. v. Humboldt *Voyage aux rég. équinox.* Tom. II. p. 6. *Neue allgem. geogr. Ephemeriden.* XI. p. 298.

dunt H. N. στενοτέροις praebent A. Cam. P. S. Cas. — τῶν κοιλιῶν τῆς γῆς posterioribus vocabulis additis Alex. A. Cam. P. S. Cas. qui deinde post ὅταν addunt γάρ. — Mox ἄρξηται διακρατεῖν τὸ πολύ E. πνεῦμα post πολύ addit N. — Denique προπίπτων pro προσπίπτων F.

15. Ad verba ὥσπερ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν cfr. Senec. *Quaest. natur.* VI, 3, 1: *Suas ista causas habent: nec ex imperio* (numinum) *saeviunt, sed ex quibusdam vitiis, ut corpora nostra turbantur.* III, 15, 2 sqq.: *Placet natura regi terram, et quidem ad nostrorum corporum exemplar, in quibus et venae sunt et arteriae: illae sanguinis, hae spiritus receptacula: In terra quoque sunt alia itinera, per quae aqua, et alia per quae spiritus currit: adeoque illam ad similitudinem humanorum corporum natura formavit, ut maiores quoque nostri aquarum appellaverint venas* et q. s. — ὅτι ante ὥσπερ omittit F. — Verba τρόμων καὶ σφυγμῶν αἴτιόν ἐστιν ἡ τοῦ πνεύματος ἐναπολαμβανομένη δύναμις optime explicantur loco Hippocratis *de flat. Opp.* Sect. III. p. 297, 40 ed. Foës: *μετὰ πάντων τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων εἴσεισι πνεῦμα ἐς τὸ σῶμα, ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον. φανερὸν δὲ τοῦτο τῷδέ ἐστιν. ἐρευγμοὶ γάρ γίνονται μετὰ τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ τοῖσι πλείστοισιν. ἀνατρέχει γὰρ ὁ κατακλεισθεὶς ἀήρ, ὁκόταν ἀναρρήξῃ τὰς πομφόλυγας, ἐν ᾗσι κρύπτεται. ὅτε οὖν τὸ σῶμα σιτίων πλησθῇ καὶ πνεύματος πλησμονὴ ἐπὶ πλεῶν γίνεται τῶν σιτίων χρονιζομένων. χρονίζεται δὲ τὰ σιτία διὰ πλῆθος οὐ δυνάμενα διελθεῖν. ἐμφραχθείσης δὲ τῆς κάτω κοιλίης, εἰς ὅλον τὸ σῶμα διέδραμον αἱ φῦσαι. προσπεσοῦσαι δὲ τὰ ἐναιμότατα τοῦ σώματος, ἔψυξαν. τουτέων δὲ τῶν τόπων ψυχθέντων ὅκου αἱ πηγαὶ καὶ αἱ ῥίζαι τοῦ αἵματός εἰσι, διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἡ φρίκη διῆλθεν. ἅπαντος δὲ τοῦ αἵματος ψυχθέντος, ἅπαν τὸ σῶμα φρίσσει. διὰ τοῦτο μὲν οὖν πρῶτον αἱ φρίκαι γίνονται πρὸ τῶν πυρετῶν. ὅκως δ' ἂν ὁρμήσωσιν αἱ φῦσαι πλήθει καὶ ψυχρότητι, τοιοῦτον γίνεται καὶ ῥῖγος ἀπὸ μὲν πλειόνων καὶ ψυχροτέρων ἰσχυρότερον· ἀπὸ δὲ ἐλασσόνων καὶ ἧσσόν τι ψυχρῶν ἧσσον ἰσχυρόν. ἐν δὲ τῇσι φρίκησι καὶ οἱ τρόμοι τοῦ σώματος κατὰ τόνδε γίνονται τὸν*

τρόπον. De pulsationibus (*σφυγμοῖς*) eorumque origine cfr. eundem librum p. 298, 31 sqq. ubi l. 43 dicit: *πάντων γὰρ τῶν τοιουτέων αἰτίη τοῦ πνεύματος ἡ διόδευσις.* Deinde apud Hippocratem saepenumero iunguntur *τρόμοι* et *σφυγμοί.* cfr. v. c. *de morb. vulgarib.* IV. p. 1136, F. *Opp.* Sect. VII. *σφυγμοί, τρόμοι, σπασμοί, λύγγες.* — *ἐναπολαμβανομένου* H. S. Cas. qui tamen nostram lectionem in margine commemoravit. *ἀπολαμβανομένη* E. Alex. A. — *οὕτω γὰρ καί* addito *γάρ* E. — *ποιεῖ* pro infinitivo H. N. Cam. — Deinceps *τις* post *τρόμος* omittit E. — *εἴσω* pro *ἔσω* recepimus ex F. H. N. ut §. 1. — *τοιαῦτα γὰρ γίνεσθαι* addito *γάρ* H. N.

16. *ἐν* ante *τῷ ἀέρι* omittunt E. S. — Articulus *τοῖς* ante *τῶν ζῴων* deest in E. A.

17. Tetani descriptionem petamus ex Hippocrate *de morb.* II. *Opp.* Sect. V. p. 491, 4 sqq.: *Οἱ τέτανοι ὅταν ἐπιλάβωσιν οἱ γέννες πεπήγασιν ὡς ξύλα καὶ τὸ στόμα διοίγειν οὐ δύναται, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσί τε καὶ ἰλλαίνονται· καὶ τὸ μετάφρενον πέπηγε. καὶ τὰ σκέλεα οὐ δύνανται συνάγειν, ὁμοίως οὐδὲ τὼ χεῖρε· καὶ τὸ πρόσωπον ἐρεύθει. καὶ σφόδρα ὀδυνᾶται καὶ ὁκόταν ἀποθνήσκειν μέλλῃ, ἀνεμέει διὰ τῶν ῥινῶν καὶ τὸ πόμα καὶ τὸ ῥόφημα καὶ τὸ φλέγμα. οὗτος τριταῖος, ἢ πεμπταῖος, ἢ ἑβδοματαῖος, ἢ τεσσαρεςκαιδεκαταῖος ἀπόλλυται. ταύτας δὲ διαφυγὼν ὑγιὴς γίνεται.* — *μέν* post *πνεύματος* omittit F. — Deinde inverso ordine *ἰσχὺν ἔχουσιν* praebent F. H. N. — *τὸ τοιοῦτον δεῖ* pro *τὸ αὐτὸ δεῖ* est in cod. F. *τὸ τοιοῦτον δὴ δεῖ* exhibet N. *τὸ αὐτὸ δεῖ νοεῖν τὸ τοιοῦτον γινόμενον* H. Cam. P. Cas. — Denique *μέγα* pro *μεῖζον* F. Cam. *γρ.* Cas. cfr. II, 9, 6: *ὡς παρεικάσαι μείζονι μικρὸν πάθος.* Quae proverbialis locutio fuisse videtur. *Hist. anim.* I, 5. p. 490, a: *ὡς μικρὸν εἰκάσαι μεγάλῳ.* Virg. *Eclog.* I, 24: *Sic parvis componere magna solebam. Georg.* IV, 176: *si parva licet componere magnis.* Plin. *Epist.* V, 6: *ut parva magnis conferamus.* Adde Ovid. *Metam.* V, 416. Stat. *Silv.* I, 5, 61.

18. *πολλαχῇ* pro *πολλαχοῦ* H. N. — *τις* pro *τισί* exhibet F. — *ὑπὲρ τῆς γῆς* recepi ex H. N. A. Cam. P. Cas. *ὑπὲρ τῆς* omisso *γῆς* E. Reliqui cum Bekk. *ὑπὲρ γῆς.* — *γέγονε* pro *ἐγέ-*

νετο F. — De Heraclea Ponti cfr. Strabon. XII. p. 817 C sq. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 787. p. 249. Plin. *Hist. nat.* III, 1. De re cfr. v. Hoff II. p. 140. — ἐν τῇ Ἱέρᾳ νήσῳ pro περὶ τὴν Ἱερὰν νῆσον F. Plin. *Histor. nat.* II, 110: *In medio mari Hiera insula Aeolia iuxta Italiam cum ipso mari arsit per aliquot dies sociali bello, donec legatio Senatus piavit*, ubi cfr. Harduinum. Antigon. Caryst. c. 145: Θεόφραστον δὲ [ἱστορεῖν φησι Καλλίμαχος] τὰς περὶ τὰς Αἰόλου νήσους ἀναζεῖν οὕτως, ἐπὶ δύο πλέθρων τὸ μῆκος, ὥστε μὴ δυνατὸν εἶναι διὰ τὴν θερμασίαν ἐμβαίνειν εἰς ταύτην, ubi omnia fere, quae huc pertinent, congessit diligentia Beckmanni. Utrum, de quo Aristoteles loquitur, terrae motus circa Hieram insulam tremor idem fuerit, de quo Thucydides III, 88, an alius: num Plinius plures confuderit narrationes, cum circa sociale bellum hanc rem accidisse referat, num denique de alia phaenomeni iteratione loquatur Livius XXXIX, 56, cum prope Hieram novam insulam ex mari surrexisse narret, Q. Fabio Labeone et M. Claudio Marcello coss. [a. u. c. 572], idemne phaenomenon significare voluerint Virgilius *Aen.* VIII, 416 sq., cum dicat:

Insula Sicanium iuxta lacus Aeoliamque
Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis,

Orosius IV, 20; Cassiodorus *Variar. ep.* III, 47; quibus adde Cornel. Sever. *Aetn.* v. 439, in dubio est. Nihil mirum, si plus semel famosissimum illud mare, Aetnam inter et Vesuvium, similia phaenomena prodiderit. Cfr. omnino v. Hoff. Tom. II. p. 253 sqq. et adde Posidon. apud Strabon. VI. p. 424 C sqq. Thucydidem tamen et Aristotelem eandem rem respexisse vero simile mihi videtur.

19. ἀνῴδει pro ἐξανῴδει E. F., quorum prior deinde omittit πολύ post πνεῦμα. — φέψαλλον Cam. Alexander fol. 108, b explicat τὸν πεπυρακτωμένον κονιορτόν [*Lava*]. — ἀνήνεγκε pro ἀνῆκε Alex. fol. 108, a. A. P. S. Cas. qui in margine γρ. ἀνῆκε ad Cam. respiciens. — λιπαρέων pro Λιπαραίων H. N. In cod. E. τε λι et α correcta sunt. — Cineres saepenumero ventorum vi

procul abducuntur. Exempla dabit d'Aubuisson *Traité de Geogn.* Tom. I. ed. II. p. 158 sq. Adde Leopold v. Buch in *Abhandl. der Berlin. Acad.* $18\frac{20}{21}$. *phys. Cl.* p. 109 sq. Raffles *History of Java* I. p. 25. *Edinburgh philosophical Journal.* III. p. 389. — ἔτι omittunt H. N.

20. που pro τοῦ ante γινομένου E. — Mox Koenigmann *Geogr. Aristot.* p. 92. not. 233. ὅτι ἐξεπρήσθη pro ὅταν ἐκπρησθῇ: male. cfr. §. 40: αἴτιον, ὅταν ἐναντία γίνηται τὰ πνεύματα, ubi iterum Koenigm. ὅτι γίνεται. πρῶτον ἐκπρησθῇ inverso ordine F. — Deinde κερματιζομένου pro κερματισθέντος F. — ὑπὸ γῆν omisso articulo H. N. Alex. A.

21. τοιοῦτος pro νότος E. De re cfr. Strabon. VI. p. 423 B: ἐὰν μὲν οὖν νότος μέλλῃ πνεῖν, ἀχλὺν ὁμιχλώδη καταχεῖσθαι κύκλῳ φησὶ [ὁ Πολύβιος] τῆς νησίδος, ὥστε μηδὲ τὴν Σικελίαν ἄπωθεν φαίνεσθαι. ὅταν δὲ βορέας, φλόγας καθαρὰς ἀπὸ τοῦ λεχθέντος κρατῆρος εἰς ὕψος ἐξαίρεσθαι καὶ βρόμους ἐκπέμπεσθαι μείζους· τὸν δὲ Ζέφυρον μέσην τινὰ ἔχειν τάξιν. τοὺς δ' ἄλλους κρατῆρας ὁμοειδεῖς μὲν εἶναι, τῇ δὲ βίᾳ λείπεσθαι τῶν ἀναφυσημάτων· ἔκ τε δὴ τῆς διαφορᾶς τῶν βρόμων, καὶ ἐκ τοῦ πόθεν ἄρχεται τὰ ἀναφυσήματα καὶ αἱ φλόγες, καὶ αἱ λιγνύες, προσημαίνεσθαι καὶ τὸν εἰς ἡμέραν τρίτην [cfr. *Meteorol. vet.* II, 7. not. 13. p. 42] πάλιν μέλλοντα ἄνεμον πνεῖν. Diodor. Sicul. IV, 7. p. 336 ed. Wesseling. Plinius *Hist. nat.* III, 9: *Strongyla Lipara liquidiore flamma tantum differt: e cuius fumo, quinam flaturi sint venti in triduum praedicere incolae traduntur: unde ventos Aeolo paruisse existimatum.* Adi Beckmann *Beitr. zur Gesch. der Erfind.* Vol. IV. p. 537. Iam in *Meteorol. veter.* III, 13. p. 86 monui recentiores physicos eadem in re consentire idcircoque laudavi Spallanzani *Voyages aux deux Siciles* Tom. II. p. 185, Dolomieu in *Journal de Physique* XLIV. p. 112, qui ait: *Et le Stromboli, volcan toujours en activité, annonce plusieurs jours d'avance un changement de tems par la fréquence de ses irruptions.* Dureau de la Malle *Géogr. phys. de la mer noire.* Paris 1807. p. 16. De Luc *Récherches sur les modifications de*

l' atmosphère. Tom. III. p. 248. §. 690. *Journal de Physique* Tom. XX. p. 119. — *ἀναφυσσώμενον* Cam. — *ὑπέρχεται* pro *ὑπερχεῖται* E. H. N. A.

22. De fusco colore solis caligine obducti in terrae motibus cfr. Ideler *Ueber den Ursprung der Feuerkugeln und des Nordlichts* (Berlin 1832. 8.) p. 68. v. Humboldt *Voyage aux rég. équinox.* Tom. IV. p. 17 sq. — *ἐστὶν αἰτίας* inverso ordine F. H. N.

23. *ἀμαυρότερον* pro *ἀμαυρόν* H. N. — *εἶναι* post *ἀναγκαῖον* omittit E. — *ὑπονοστεῖν* dependet ab *ἀρχομένου.*

24. *καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον* spectat ad II, 8, 6: non uti voluit Cas. ad II, 5, 3. *καὶ* ante *πρότερον* omittunt F. H. N. — *ἀθρόως* pro *ἀθρόον* N.

25. *τρέπεσθαι* pro *περιτρέπεσθαι* exhibet E. qui mox articulum ante *κινεῖν* omittit. — *πολλῆς ὄντα καὶ ψυχρᾶς* mutato ordine verborum F. *ὄντα πολλῆς καὶ ψυχρᾶς* H. N. — *ὥσπερ δὴ τὸ πνεῦμα,* addito *δή* F. Cam. qui deinde ut §. 21 exhibet *φυσσώμενον.* — Articulum ante *διὰ τοῦ στόματος* omittunt E. F. H. N. praebent editiones omnes.

26. De re cfr. *Problem.* XXXIV, 7. p. 964, a: *Διὰ τί ἐκ τοῦ στόματος καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν πνέουσιν· φυσῶσι μὲν γὰρ ψυχρόν, ἀάζουσι δὲ θερμόν· σημεῖον δὲ ὅτι θερμαίνει, ἐὰν πλησίον προσάγῃ τις τὴν χεῖρα τοῦ στόματος. ἢ ἀμφοτέρως ὁ ἀὴρ κινούμενος ψυχρός· ὁ δὲ φυσῶν κινεῖ τὸν ἀέρα οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ διὰ στενοῦ τοῦ στόματος. — ὀλίγον οὖν ἐκπνέων πολὺν κινεῖ τὸν θύραθεν, ἐν ᾧ τὸ θερμὸν ὂν τὸ ἐκ τοῦ στόματος οὐ φαίνεται δι' ὀλιγότητα. ὁ δὲ ἀάζων ἀθρόων ἐκπνεῖ. διὸ θερμόν. ἔστι γὰρ φυσασμοῦ τῷ διαφέρειν τῇ συστροφῇ· ὁ δὲ ἀασμὸς ἀθρόου ἔκπνευσις.* Adde Alex. Aphrodisiens. *Problem.* I, 65. p. 10, b: *διὰ τί φυσῶντες τὰ μὲν θερμὰ ψύχομεν, τὰ δὲ ψυχρὰ θερμαίνομεν· τῷ τὴν ἀναπνοὴν θερμὴν εἶναι. καὶ τὸ ἔξιὸν πνεῦμα διαφορεῖν τὴν ἐν αὐτοῖς ποιότητα. τὰ δὲ θερμὰ ψύχομεν, τῷ κινεῖν καὶ διαφορεῖν τὴν ἐν αὐτοῖς ποιότητα θερμὴν οὖσαν.* — *αἰάζωμεν* pro *ἀάζωμεν* F. H. N. Cam. γρ. Cas. *ἀτμίζωμεν* E. Alex. — *διὰ τὴν αὐτὴν*

αἰτίαν τοῖς ἀνέμοις] cfr. *Problem.* XXVI, 48. p. 945, b. Theophrast. *de vent.* §. 19. p. 764 sq.

27. *ἐκλειπούσης* pro *ἐπιλειπούσης* exhibent F. H. N. *ἐπιλιπούσης* Alex. A. P. S. Cas. qui γρ. *ἐκλιπούσης*. — *τήν* ante *γῆν* omittit E. — *εἰς τήν* omisso *γῆν* P. — Mox *ἀπόρροια* pro *ἀπορροή* F. H. N. Cam. γρ. Cas. — *τόποις* ante *γίνεσθαι* ponit F. omittunt H. N.

28. Idem prognosticon proposuit Plinius *Histor. nat.* II, 81, 83. *Est et in coelo signum, praeceditque motu futuro, aut interdiu, aut paulo post occasum sereno, ceu tenuis linea nubis in longum porrecta spatium.* *εἰ* pro *ἤ* F. cfr. ad II, 1, 11. *ἡ* pro *ἤ* Cam. — *νεφέλιον μακρὸν καὶ λεπτόν*, omissis deinde *καὶ μακρόν* F. — *τοῦ γὰρ πνεύματος* addito *γάρ* E. — *τὴν ὑπὸ γῆν μετάστασιν* N.

29. *τὸ δ'* ab initio omittit E; uti etiam praepositionem *περί* ante *τοὺς αἰγιαλούς*. — *ἐκβάλη* pro *ἐκβάλλη* E. N. Alex. fol. 108, b. A. Cam. P. S. Cas. — *σκολιαὶ καὶ παχεῖαι* inverso ordine F. — *δέ* post *ὅταν* omittit F. — *ἢ* deest apud E. Alex. A., quorum posteriores duo etiam *ποιεῖσθαι* omittunt.

30. *ἀέρος οὖσαν* inverso ordine F.

31. Plinius *Hist. nat.* II, 80, 82: *Fiunt et Solis Lunaeque defectu, quoniam tempestates tunc sopiuntur.* — *τῆς σελήνης ἐνίοτε* mutato ordine F. — *ἢ* ante *πάμπαν* omittit E. qui quod sequitur *ἐκλείψεων* ter correxit.

32. De re cfr. *Problem.* XXVI, 18. p. 942, a: *διὰ τί ἄνεμος γίνεται πρὸ τῶν ἐκλείψεων ὡς τὰ πολλά, ἀκρόνυχον μὲν πρὸ τῶν μεσονυκτίων ἐκλείψεων, μεσονύκτιον δὲ πρὸ τῶν ἑῴων; ἢ διότι ἀμαυροῦται τὸ θερμὸν τὸ ἀπὸ τῆς σελήνης διὰ τὸ πλησίον ἤδη φορὰν εἶναι, ἐν ᾧ γενομένῳ ἔσται ἡ ἔκλειψις; ἀνιεμένου οὖν ᾧ κατείχετο ὁ ἀὴρ καὶ ἠρέμει, πάλιν κινεῖται καὶ γίνεται πνεῦμα τῆς ὀψιαίτερον κινήσεως ὀψιαίτερον.* — *ἀκρόνυχον* A. et ita fortasse in V. L. voluit Bekk. cum scriberet F. exhibere *ἀκρόνυχοι*. — *μεσονύκτιον* pro *μεσονυκτίων* E. H. N. A. — *γένηται* pro *γίνηται* N. — *φθορά* pro *φορά* prima manu E. cfr. ad I, 8, 2. — Articulum ante *ἔκλειψις* omittunt E. Alex. — Optime hunc locum explicuit Koenigmann *Geogr.*

Aristotel. p. 87. not. 220, cuius verba adscribo: *ἐν ᾧ refertur ad omissum τοῦ τόπου, quod ad πλησίον intelligendum relinquitur. Post γενομένων vero suppleri debet αὐτῶν, ut significetur lunae sphaera cum sidere ipsius. Nam φορά et sphaeram ipsam denotat philosopho, qui* de caelo II, 12 init. *δικαίως ἀπορήσειεν ἄν τις, διὰ τίνα ποτ᾽ αἰτίαν ἐν μὲν τῇ πρώτῃ φορᾷ τοσοῦτόν ἐστιν ἀστέρων πλῆθος — ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἓν χωρὶς ἕκαστον* (leg. *ἄστρον*), *δύο δὲ ἢ πλείω οὐ φαίνεται ἐν τῇ αὐτῇ ἐνδεδεμένα φορᾷ h. e. Iure dubitabit aliquis, qua tandem de causa in primo quidem orbe tanta sit stellarum multitudo; in caeteris vero unum sidus deorsum; duo autem vel plura eidem sphaerae non cernantur illigata. Et sic eodem capite saepius verbum illud usurpat Aristoteles.*

33. *ὀψιαίτερον* pro *πρωϊαίτερον* H. N. *τῆς ὀψιαίτερον ἐκλείψεως πρωϊαίτερον* Alex. fol. 109, a. A. P. S. Cas. *τῆς ὀψαίτερον ἐκλείψεως* Cam. — *περί* ante *τετταράκοντα* omittunt F. Cam. *τετταράκοντα ἡμέρας πρόεισι πολλάκις* E. Alex. A. *τετταράκοντα σείει ἡμερῶν* F. Cam. P. S. Cas — *αὐτούς* ante *τόπους* omittit E. De re cfr. Kries l. l. p. 7. Adde Plin. *Hist. natur.* II, 82, 84: *Desinunt autem tremores, quum ventus emersit: sin vero duravere, non ante quadraginta dies sistuntur: plerumque et tardius, utpote quum quidam annuo et biennii spatio duraverint.*

34. *ᾗ γὰρ ἀντιτυπήσει* N. *ᾗ γὰρ ἂν ἀντιτυπήσει* H. — *τε* post *μάλιστα* omittit F. — Post *ὕδωρ* E. H. N. Alex. A. addunt *ἐν σώματι*, quae verba ex sequenti linea irrepserunt. — *μὴ δυνάμενον* pro *οὐ δυνάμενον* F. qui deinceps pro *διεξελθεῖν* ponit simpliciter compositum *διελθεῖν.*

35. *ἐκ προσαγωγῆς* explicuimus ad I, 13, 23. cfr. I, 14, 7. — *μαραινομένου* pro composito N. — Articulum ante *ἀναθυμίασις* omittunt E. F. perperam. — *δῆλον ὅτι* deest apud H. N.

36. *ἄν* post *ἕως* omittit F. *οὖν* deest in N. — *ἀνάγκη* omittit E. *σείειν* correxit E., qui videtur antea habuisse verbum finitum. — Idem correxit etiam *ἠρεμαίτερον*, cuius in locum *ἠρε-*

μαιότερον praebent F. H. N. Cam. γρ. Cas. *ἠρεμέστερον* A. P. S. Cas.

37. *ὑπὸ γῆν* omisso articulo F. qui paulo post exhibet *ὑπὸ τῆς γῆς* pro *ὑπὸ γῆν*, ubi *ὑπὸ τὴν γῆν* Cam. P. S. Cas. — Ante *ῥαπιζόμενος* addunt *καί* F. H. N. Cam. P. S. Cas. — *ὁ αὐτός* pro *αὐτός* F. H.

38. Articulum ante *ψόφος* omittit E. — *λεπτομερέστερος* pro *λεπτομερέστερον* E. *λεπτομερές* Alex. fol. 109, b. De hoc loco ita Koenigmann l. l. p. 89. not. 223: *τὸν ψόφον Aristoteles* de anima II, 8 extr. *definit ἀέρος κίνησιν. Quomodo igitur sonus cum corpore comparari et vapore tenuior dici possit, quasi et ipse sit corporeus, equidem non capio. Itaque cum excidisse aliqua videantur: pro τοῦ πνεύματος τὸν ψόφον rescribendum est forte: τοῦ κινοῦντος πνεύματος τὸ ποιοῦν τὸν ψόφον. Nam qui varios tantum sonos edat vapor, hunc eo tenuiorem esse vult philosophus, qui ad terram concutiendam sufficiat, ut ex proxime sequentibus intelligitur.*" Nugae: minime enim sonum cum corpore componit Aristoteles; sed *διὰ τὸ λεπτομερέστερον εἶναι* explicat sive corrigit potius per sequentia *διὰ τὸ μᾶλλον διὰ παντὸς ἰέναι*, qua in re apte sonus cum flatu comparari potest. Sed bene monuit Koenigmann mox eiicienda esse verba *διὰ λεπτότητα*, quippe quae ex margine, in quo explicationis gratia ad verba proxima *διὰ μὲν τὸ ῥαδίως διηθεῖσθαι* adscripta fuissent, irrepsissent. *ἑτέροις* pro *στερεοῖς* E. — *ὥσπερ* pro *ὅπερ* Alex. Cam. S. Cas. Tumultum inferiorem, qui *βούμυκοι* appellabatur, explicat etiam *Problem.* XXV, 2. p. 937 b sq., ubi ait: *κλυζόμενον τὸ ὕδωρ ἀπωθεῖται τὸν ἀέρα διὰ στενοῦ εἰς εὐρυτέραν κοιλίαν. οἷον εἴ τις εἰς ἀμφορέα κενὸν κατὰ τὸ στόμιον ποιεῖ ψόφον, μυκήματι ὅμοιον γίνεται. πολλὰς δὲ καὶ ἀτόπους φωνὰς ποιοῦσι τὰ σχήματα τῶν κοιλιῶν ἀνώμαλα ὄντα· ἐπεὶ καὶ ἀμφορέως τὸν πύνδακα, ἐάν τις ἀφελὼν διὰ τοῦ πυθμένος τρίβῃ ἕλκων ἔσω καὶ ἔξω, εἰ τρίψει διὰ τοῦ καταδήματος, ψόφον ποιεῖ, ὥστε φεύγειν τὰ θηρία, ὅταν οἱ ὀπωροφύλακες κατασκευάσωσιν αὐτό.* De postremis cfr. quae disseruit Schneider *Eclog. phys.* Tom. II. p. 182 sq. Metro-

dori Chii ea in re secutus est sententiam, quam exposuit, melius quam Plutarchus apud Eusebium *Praeparat. Evangel.* III, 15, Seneca *Quaest. natur.* VI, 19 cum dicat: *Quomodo in dolio cantantis vox illa per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat, et tam leviter mota, tamen circuit, non sine tactu eius tumultuque, quo inclusa est: sic speluncarum sub terra pendentium vastitas habet aëra suum; quem simul alius superne incidens percussit, agitat non aliter, quam illa, de quibus paulo ante retuli, inania indito clamore sonuerunt.* Cfr. Virg. *Aen.* IV, 490. VI, 256. Ovid. *Metam.* VII, 206. Lucan. *Pharsal.* III, 418. Claudian. *Rapt. Proserp.* I, 10. Beckmann ad Aristot. *de mirabil. auscultat.* c. 106. p. 214 sq. Alex. ab Humboldt *Essai politiq. sur le royaume de la Nouvelle Espagne.* Vol. III. p. 318. *Voyage aux rég. équinox.* Tom. II. p. 194. IV. p. 23.

39. *σεισμῶν γενομένων* praebet N. — *τὸ ὕδωρ αἴτιον* mutato ordine E. — Cum iam dudum monuisset Koenigmannus *Geogr. Aristot.* p. 90. not. 226. scribendum esse *ἀλλ' ἂν ᾖ ἐξ ἐπιπολῆς ἢ κάτωθεν*, iure mireris in B. iterum apparere vitiosum illud *ἢ* loco prioris *ᾖ*. — *ἐξ* ante *ἐπιπολῆς* omittit E. — *βιάζεται* pro *βιάζηται* Alex. — *οἱ ἄνεμοι τῶν κυμάτων* mutato ordine F. qui deinde cum H. N. Cam. *εἰσίν* pro *ἐστίν* exhibet (cfr. ad I, 3, 1), sed verba *εἰσὶν αἴτια* in margine ponit. Huc pertinet quaestio Aristotelis, cur in litoribus undae saepenumero prius adveniant, quam venti. *Problem.* XXIII, 2. p. 931, a. 28. p. 934, b. cfr. XXIII, 11. 12. p. 932, b. Fuerunt, qui statuerent Oceani fluminibus ventos provocari posse. v. c. v. Lindenau in v. Zach *Monatl. Correspond.* Vol. XIII. p. 451. — Deinde *γοῦν* pro *γάρ* F. — *ἐστί τις* inverso ordine H. N. *τῆς γῆς ἐστιν* pro *τίς ἐστιν* F.

40. *μὲν ἄμφω ταῦτα* transposita exhibent F. — *γίνεται* pro *γίνηται* Alex. quo aliquantulum firmatur Koenigmanni coniectura, de qua vide ad §. 20.

41. Articulus ante *σεῖον* deest apud Alex. — *μέν* ante *ὅλως* omittit F.

42. Verba *ἀθρόαν ..... πνεύματος* desunt in cod. F.

43. De re cfr. ad I, 6, 8. Adde Gataker ad Marc. Antonin. IV, 48. p. 131. v. Hoff. l. l. Vol. I. p. 34 sq. — τοῦτο omittunt Alex. A. — τοῦ κύματος omittit F. τοῦ πνεύματος exhibent E. H. N.

44. οἱ δ' ἄνεμοι οὔ omisso κατὰ μέρος prima manu F. — κατὰ τὸν τόπον αὐτῶν Alex. fol. 40, a. — ἔφαμεν cfr. II, 4, 11.

45. ὥστ' ἐφ' ἕνα πάσας pro ὥστ' ἐφ' ἓν ἁπάσας Cam. P. S. Cas. — Post ὥστε ῥεῖν F. Cam. γρ. Cas. addunt ἐφ' ἓν omissis iisdem vocabulis in fine paragraphi.

46. κάτωθεν ἄνω κινεῖ additis prioribus duobus vocabulis N. — ὥσπερ δὲ ὁ τρόμος exhibet F. — μέν post ἐπὶ πλάτος omittunt F. H. N. Cam. et καί post ὀλιγάκις H. — Articulus ante σφυγμός deest in F. et verba ἄνω καὶ κάτωθεν in N., qui deinde praebet inverso ordine τὸν τρόπον τοῦτον. — οὐ γὰρ δίδωσι ῥᾴδιον addito δίδωσι E. H. N. — οὔπω pro οὕτω P. — ἀρχήν post πολλήν ponit F. omittit E. τὴν ἀρχήν exhibet Cam. γρ. Cas.

47. τοιοῦτον σεισμόν pro nominativo E. — λίμοις pro λίκνοις N. qui deinceps exhibet γινομένου pro γενομένου. — τά τε περί E. H. N. — Σίπελον A. γρ. Cas. M. et mox inverso ordine καλούμενον Φλεγραῖον A. Cam. P. S. De re cfr. Strabon. I. p. 101 B. μιμνήσκεται δὲ [ὁ Ποσειδώνιος] πρὸς ταῦτα τῶν ὑπὸ Δημοκλέους λεγομένων, σεισμούς τινας μεγάλους, τοὺς μὲν πάλαι περὶ Λυδίαν γενομένους καὶ Ἰωνίαν, μέχρι τῆς Τρωάδος, ἱστοροῦντες, ὑφ' ὧν καὶ κῶμα κατεπόθησαν, καὶ Σίπυλος κατεστράφη, κατὰ τὴν Ταντάλου βασίλειαν, καὶ ἐξ ἑλῶν λίμναι ἐγένοντο τὴν δὲ Τροίαν ἐπέκλυσε κῦμα. coll. XII. p. 869 A. XIII. p. 923 A. Plin. *Hist. nat.* II, 91: *Ipsa se condens terra devoravit Cybotum altissimum montem, cum oppido Curite, Sipylum in Magnesia et prius in eodem loco clarissimam urbem, quae Tantalis vocabatur.* Omnino ista regio saepenumero terrae motibus devastata est. cfr. v. Hoff. Vol. II. p. 142 — 147. De Phlegraeo campo Campaniae cfr. Strabon. V. p. 372 C sq. Eustath. ad Dionys. Perieg. 357. p. 157. Plin. *Hist. nat.* XVIII, 11. Adj v. Hoff. II.

p. 187 sqq. — Ligysticam oram nominat campos, qui nunc vocantur *Crau d'Arles* inter Massiliam et Rhodani ostia, lapidibus repletos. Vide Strabon. IV. p. 277 A. Pompon. Mel. *de situ orb.* II, 5 et quae monui *Meteorol. vet. Gr. et Rom.* II, 7. p. 41. not. 8.

48. *ποντίοις* pro *ποντίαις* H. ut etiam §. 49: *ποντίους* pro *ποντίας*, ubi accedit N. — Discessit ab Aristotele Callisthenes apud Senec. *Quaest. natur.* VI, 26, 4: *Ob hoc etiam insulas esse certioris soli, urbesque eo tutiores, quo propius ad mare accesserunt.* Contra Plin. II, 80, 82: *Maritima autem maxime quatiuntur.* — *γίνονται σεισμοί* pro singulari F. — *ἀναψύχει* pro *καταψύχει* E. — Verba *καὶ οὐ σείεται* post *πνευμάτων* ponit N.

49. *αἱ ἐγγὺς δέ* pro *αἱ δ' ἐγγύς* F. — Post *ἠπείρου* Alex. fol. 100, b. A. addunt *νῆσοι*. — *σμικρότητα* pro *μικρότητα* F.

50. Post *φύσις* vulgo addunt *αὐτῶν*, quod omisimus cum E. Alex. A. — *σχεδόν* omittit E.

Cap. IX.

Quamvis sequenti demum libro de omnibus istis phaenomenis disserat, quae nunc electricis adnumeramus, pauca tamen huic libro de fulgure et tonitru addit, quia ut §. 21 monet *ἡμεῖς δέ φαμεν τὴν αὐτὴν εἶναι φύσιν ἐπὶ μὲν τῆς γῆς ἄνεμον, ἐν δὲ τῇ γῇ σεισμόν, ἐν δὲ τοῖς νέφεσι βροντήν· πάντα γὰρ εἶναι ταῦτα τὴν οὐσίαν ταὐτόν, ἀναθυμίασιν ξηράν.* Veterum de fulminum tonitruumque origine, effectibus, noxisque averruncandis sententias exponemus in commentariis ad librum III: pleraque exposita reperiuntur *Meteorol. vet. Graec. et Rom.* VII. §. 32—38. p. 154—174 *).

---

*) In paragrapho, qua de fulminum noxis averruncandis egi, §. 38. p. 172 docuique nihil ea de re veteribus innotuisse, laudans Plinii verba *Hist. nat.* II, 54: *Imperari naturae, audacis est credere* et proverbium apud Macrobium servatum *Saturnal.* V, 3. p. 315: *Impossibile vel Iovi fulmen, vel Herculi clavam, vel Homero versum*

reliquis exponitur apud Plutarchum *Plac. philos.* III, 3. p. 78—80. ed. Cors. Stob. *Eclog. phys.* I, 30. p. 590 sqq. — Seneca hoc quoque loco aliam textus recensionem ante oculos habuisse videtur. Quae enim *Quaest. nat.* II, 12, 3 sqq. habet, Aristotelica quidem sunt, sed longe aliter expressa, alioque ordine exposita.

1. *περὶ πρηστῆρος* addita praepositione F. cfr. ad I, 12, 19. — *ἀρχήν* omittit E. — *ὑπολαβεῖν* pro *ὑπολαμβάνειν* H. Cam. γρ. Cas. — *πάντων δεῖ* dedimus cum E. Alex. fol. 111, a. A. Cam. P. S. Cas. Reliqui cum B. inverso ordine *δεῖ πάντων*.

2. *ἄμφω* in margine ponit F., qui deinde post *συστάσεως* addit *οὔσης* et quod sequitur *γινομένης* in margine ponit.

4. *καίπερ* pro *καίτοι* F. H. N. male: cfr. Bernhardy ad Dionys. p. 873, qui hunc usum solis recentioribus tribuit. — *τοῦ θερμοῦ ἄνω φέρεσθαι διά παντός* F. *διά παντός* exhibet etiam Cam. γρ. Cas. quamquam verborum ordine non mutato. — In Basileensis editionis margine: cod. quidam *δαλῶν* pro *δακτύλων*, et ita γρ. Cas. qui addit: Non recte ut res ipsa et alii Aristotelis loci ostendunt. Cfr. enim I, 4, 9 ibiq. comment. — *ἐκπηδῶντες* pro *πηδῶντες* F. H. N.

5. *διασπιραται* E. *διακρίνεται* supra posita nostra lectione F. — *ἐκπεριλαμβάνεται* pro *ἐμπεριλαμβάνεται* P.

6. *τὸν αὐτὸν τόπον ἡ πληγή* mutato ordine F. — *ὥσπερ εἰκάσαι μειζόνι μικρὸν πάθος* dedimus cum E. F. H. N. P. S. γρ. Cas. Alex. cfr. II, 8, 17. *ὡς εἰκάσαι πρὸς μικρὸν μεῖζον.*

---

subtrahere, addenda erant Senecae verba *Quaest. nat.* VI, 1, 6, ubi remedia malorum ex aëre in nos irruentium recenset: *adversus tonitrua et minas caeli subterraneae domus et defossi in altum specus remedia sunt.* Cum deinde p. 173. not. 8. de variis superstitionibus agerem, pluresque nugas veterum recenserem de rationibus quibus fulmina possent averti, cum Plinii loco (*Histor. natur.* XVII, 10): *Persis vero suffitu Achatarum tempestates averti et praeterea fulmina*, comparanda erant verba Ctesiae apud Photium *Bibl.* p. 67 ed. Hoeschel.

